SERVII GRAMMATICI

QVI FERVNTVR

IN VERGILII BVCOLICA ET GEORGICA

COMMENTARII

RECENSVIT

GEORGIVS THILO

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
A. MDCCCLXXXVII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

PRAEFATIO.

Quo tempore ad veteres Vergilii interpretes edendos adgrediebar, ab Hermanno Hageno, amico, petivi, ut eam operis partem, quae ad bucolica et georgica Vergilii pertineret, curandam susciperet: atque lubens ille meis se precibus obsecuturum esse promisit, cum praesertim Bernensibus ad illa carmina scholiis editis ad id munus se in primis paratum esse suo iure speraret. nunc ut idem Serviani certe commentarii editionem repeterem, duabus maxime causis factum est. nam cum libri manu scripti, e quibus ea quae hoc fasciculo continentur edita sunt, praeter Bernensem 363 omnes a me conlati essent, non satis cavisse me videbam, ut eis quae ipse exscripsissem, alius sine erroris periculo uteretur. itaque critico instrumento ea quae esse debet fides et auctoritas non videbatur parari posse, nisi ita ut omnia quae enotassem in Hageni usum transcriberem: qua re futurum fuisse intellegitur, ut labor noster inutiliter augeretur ac prope duplicaretur. deinde verendum erat, de ea quae recte et iure postulatur operis aequabilitate nequid detraheretur, si Serviani ad bucolica et georgica commentarii ab alio ederentur, atque ab eo qui Aeneidis commentarios edidisset. Hagenus alteri huius voluminis parti adornandae praeerit, qua continebuntur Veronensia scholia, Probi qui fertur in bucolica et georgica commentarius, Iunii Filargirii bucolicorum duae explanationes, georgicorum expositiones Laurentiano plut. 45 cod. 14, Parisino 7960, Leidensi 135 (Burmanni *G*) servatae. idem Hagenus indicum confectionem, rem operosissimam, suscepit.

De libris, quibus in ipsius Servii commentario recensendo usus sum, in primi voluminis praefatione dixi: de Bernensi 363 (*B*) p. LXXVII sq., de Caroliruhensibus 186 et 116 (*A*) p. LXXVIII et LXXX, de Parisino 7959 (*P*) p. LXXXVIII sq., de Hamburgensi (*H*) p. LXXXI sq., de Monacensi 6394 (*M*) p. LXXXIII. item quae ratio inter libros in Francia exaratos (*PH*) et eos, qui Scoticorum monachorum sedulitati deberi videntur (*BM*), inter-

cederet, p. LXXXV sqq. exposui. *APH* libri per totum bucolicorum et georgicorum commentarium praesto fuerunt. in Monacensi bucolicorum commentarii pars maxima (praefatio usque ad verba *audieras et fama fuit sed carmina* p. 3, 12 et scholia ad III 75—IX 67) interiit; georgicorum commentarium I 1—202, II 17—515, III 135 — IV 492 cum eo libro contuli. itaque buc. III 75 — IX 67, georg. I 204 — II 16, II 516 — III 133, IV 493 — 565 Bernensis testimonia adscripsi: alibi eum librum non adhibui nisi in locis, quorum scriptura incerta videbatur, ut codicum memoriam quam plenissime proponendam esse putarem. contulit autem Bernensem cum Lionis exemplari Hagenus ea quam omnes admirantur sollertia. Caroliruhensem 186 georg. II 458 — IV 193 excussi. sed cum ab imperito homine vitiose scriptus sit, in locis dubiis tantum aut ubi solus Servii manum exhibere videbatur eum commemoravi. Lipsiensis (rep. I n. 36. cf. praef. p. LXXVII sq.), quem olim georg. III 1—24 inspexi, uno loco, p. 273, 26, mentionem feci. e Vossiano Fol. 12 saec. X exeuntis (*Vos.*) bucolicorum praefationem Halis nescio quo anno exscripsi, cum ad Franciscum Oehlerum, ni fallor, missus esset.

ABPHM librorum et Caroliruhensis 186 ope Servii scriptura satis certo videtur constituta esse: quamquam is codex, unde omnes illi defluxerunt, duplex damnum contraxerat. nam iam paulo post Servii aetatem graeca verba, quae aut ipse suae orationi inseruerat aut exempli causa e poetarum carminibus deprompserat, ab hominibus graeci sermonis inperitis vehementer corrupta sunt. veluti ne primus quidem mythographus buc. VI 41 (p. 72, 21) quod ex ipsius et Caroliruhensis 116 testimoniis inter se coniunctis certa coniectura recuperasse videor θυμοβόρος iam integrum legit; Lemovicensis[1]) autem scriptura paulo obscurior, ut id quod *PH* Burmannique libri exhibent *atrox*, ad Caroliruhensis *aroc* redire videtur. georg. II 241 pro δεῖγμα non solum Serviani libri, sed Vaticanus quoque *dignam* exhibet, quod quid sibi velit non potest intellegi. quod georg. IV 513 restitui '*flet*' ὀδύρεται, cum in Vaticano nihil sit nisi *flet*, iam in eius archetypo corruptum fuisse apparet. minus certa res est georg. IV 539, ubi *hostiae* prope invitus ex Vaticano recepi, cum *orosthiae* A, *oʀoſthiaſ* B, *orostiae* P, *oroschiae* H habeat. proposui in adnotatione *ARAS* θυτήρια, quod non nescio a librorum memoria longius quam deceat discedere. sed haud scio an Servio non fiat iniuria, si eum θυεία vel θυία voci eam vim tribuisse di-

1) Lemovicensi Danielis et Vaticano Vrsini, de quibus infra accuratius dicendum est, pleniorem commentarium contineri moneo.

camus, quam habet *θυτήριον* vox: ut non librarii tantum, sed etiam Servii ipsius error correctus sit.

Deinde *APHBM* libris nonnullae paucorum verborum lacunae communes sunt, librarii plerumque ad idem verbum exiguo intervallo repetitum aberrantis neglegentia effectae: quae non fuerunt in Lemovicensis et Vaticani archetypo. ut exempla proferam, buc. VI 35 interciderunt *se durare coeperit solum ... canebat etiam quemadmodum*, buc. VIII 4 *duplicem ... quiesco*, georg. IV 238 *patiebatur ... quam*, 363 *nam certis diebus in sacris.* buc. VII 58 *cum genere,* quod Servii esse constat, unus Lemovicensis habet, georg. IV 234 *tendere ... coeperunt* unus Vaticanus et Isidorus. cf. adnot. crit. ad georg. IV 447. Vaticanum autem ad georg. III 340 scholium Servio vindicandum esse, Lucani versu exempli causa commemorato probatur: nam ab antiquis interpretibus Lucanum non esse in idoneorum auctorum numero habitum, Adolfus Kiessling docuit in Richardi Halfpap nom. Klotz quaestionibus Servianis p. 1 sq.[1]) buc. VII 34 (p. 88, 3) quod in omnibus Servianis libris inepte additum est *consideratione,* omittit Danielis liber.

Restat ut de maiore quodam bucolicorum commentarii defectu loquar, qui, cum viginti quattuor membranae, quae olim primum locum tenuerunt in Lemovicensi interierint, idemne in eius archetypo fuerit incertum est. perierunt enim nescio quo casu Serviana ad buc. I 37 — II 10 scholia; hiat autem commentarius in *AB*, in *PHM* et in Reginensi 1495, de quo infra dicam, ita expletus est, ut ex ampliore Iunii Filargirii bucolicorum explanatione ea quae ad versus illos pertinerent transcriberentur: duae enim supersunt Filargirii explanationes, quae ex eodem commentario non ab eodem homine videntur excerptae esse (cf. mus. Rhen. XV p. 119 sqq.). extant autem in codicibus Laurentiano plut. 45 cod. 14 saec. X. et Parisino 7960 eiusdem aetatis, quos ad emendanda ea quae pro Servianis edi solent cum *PHMR* libris adhibui. Laurentianum *L* vel *Laur.*, Parisinum *N* nota insignivi; sed cum consentire so-

---

1) Quoniam eius commentationis mentionem feci, oblata occasione quaedam removere placet, quae a me dicta esse iniuria Halfpap adfirmat. quod praef. p. XLVII adnot. 1 *quod Ἀφρόδιτον vocatur* verba ab Italis saeculi XV. Serviano ad Aen. II 632 scholio e Macrobio (Sat. III 8, 1) adscripta esse dixi, id pag. 29 ita interpretatur, quasi Danielinum scholium e Saturnalibus petitum esse statuerim, eumque errorem multis verbis refutare contendit. p. 54 in incerto me relinquere ait, num Servianus commentarius integer servatus sit: qua re se non legisse prodit quod p. XLV sqq. exposui. denique quod p. 1 argumenta quaedam commemorat, quibus 'praecipue' usus sim, ut Danielina scholia a Servio aliena esse ostenderem, equidem ceteris satis multis, quibus eam rem probare studui, plus momenti tribuendum esse puto.

leant inter se neque leviores scripturae discrepantias curandas esse putarem, una *L* nota utriusque testimonia plerumque comprehendere licebat. in contextum nihil nisi Filargiriana recepi: quae *HRM* libri praeter illa habent in adnotatione edidi, quamquam pars eorum in Stephani aliorumque exemplaria transiit, neque negari potest, quaedam ita comparata esse, ut ex ipsius Servii commentario deprompta esse conicias, veluti quae in Hamburgensi ad *contagia laedent* (I 51), ad *frigus opacum* (52), ad *salicti* (54), ad *culmen* (68), ad *post aliquot aristas* (69), ad *novalia* (70), ad *insere* (73) adscripta sunt.

Nolo Hageni quam speramus de Iunio Filargirio vel potius Philargyrio disputationem occupare, illud tamen hoc loco paucis explicandum esse video, quid societatis inter Servium et Filargirium sit. atque siquis quartae eclogae explanationem, quam mus. Rhen. l. l. edidi, cum Serviano ad idem carmen commentario comparaverit, is admodum pauca utriusque communia esse videbit (cf. ad v. 1 2 4 10 15 42 58 scholia): cetera Filargirii prope omnia cum Bernensi commentario consentiunt. sic ex illis etiam, quae ad I 37 — II 10 edita sunt, longe plurima in Bernensibus quoque Hageni libris inveniuntur — unde haud exigua eorum in emendandis Filargirianis utilitas est —, neque quidquam certo ad Servium referri potest nisi (I 65 p. 15, 1) *vel Oaxes fluvius Scythiae: in Creta insula non est*, quippe quae ipse II 24 sua agnoscat. illud quoque, quod I 58 de *turtur* vocis genere adnotatum est, Servianam indolem ostendit. egregia autem illa et recondita doctrina, cuius Danielina scholia plena esse constat, in his tantum deprehenditur quae ad I 47 *nam a monte ... tua possessio*, 57 *columbae ... palumbes reliquit*, 65 *Oaxen Philisthenes ... scindere dicta*, 67 *en umquam ... aliquando*, II 4 *vel 'incondita' inconscripta ... temnere* adscripta sunt. reliqua ab antiquorum interpretum rationibus aliena videntur. cf. Thomas Essai p. 283 sqq.

De tribus codicibus singillatim dicendum est: de Reginensi 1495 (*R*), de Lemovicensi, nunc Leidensi inter Vossianos latinos formae octavae 80 (*L*), de Vaticano 3317 (*V*).

Ac Reginensis quidem CXXV membranis formae quadratae constat. folia 1—84 Vergilii carmina saeculo XII., ut videtur, exarata habent. folia 85—125, quibus Vergilii vita e Donati commentario sublata et Servii ad bucolica et georgicorum I 1—375 commentarii continentur, saeculo decimo scripta sunt. verba gram-

matici saepius aut inmutata [1]) aut amplificata [2]) esse vides, quae quidem additiones et mutationes eo, ni fallor, spectant, ut quid voluerit ille facilius intellegatur. sunt etiam in hoc libro Servianis satis multa scholia adiuncta, quae Italis saeculi XV. adeo placuerunt, ut partem eorum suis Servii exemplaribus adscriberent, nobis inutilia videntur ac prope futtilia. etenim nihil fere in eis invenitur quod ab antiquis auctoribus petitum esse dicas [3]); perpauca, quae ad rusticas res plerumque pertinent, eius modi sunt, ut aut aptam obscuriorum Vergilii sive verborum sive locorum interpretationem aut memorabilium rerum cognitionem suppeditent [4]); pleraque vulgaria et quae ad tritissimas voces aut apertas poetae sententias explicandas spectant.[5]) quod cum ita sit, non omnia quae ex Reginensi exscripsi edenda esse putavi [6]), sed ea ratione usus sum, ut in bucolicis commemorarem quae olim edita sunt, e reliquis ea eligerem quae aut apta viderentur ad iudicium de commentarii consiliis fulciendum, aut aliorum, veluti eorum qui glossaria edenda susceperunt, studiis aliquam utilitatem adferre possent. contra in georgicis Reginensis additiones, cum Stephanus plerasque recepisset perpaucis forte exceptis omnes protuli. usque ad v. 217 quid ediderit Stephanus commemoravi, v. 218—375 omnia a Stephano edita esse intellegendum est, nisi quae ab eo omissa esse indicavi.

In Francia compositum esse hunc commentarium idoneis argumentis probatur. nam Reginensis codex in monasterio Verziacensi, prope Augustodunum sito, exaratus est, et in Servianis eius scriptura cum eis libris consentire solet quos in Francia scriptos esse constat. adde quod ad buc. IV 45 sandycem herbam varantiam a rusticis dici adnotatum est; ex ea enim voce, quam alii per 'g' litteram garantiam scribebant [7]), Gallorum 'garance' extitit. denique in hac re commemorandum videtur quod georg. I 184 ad *bufo* adscriptum est *fructicus*: quae vox cuius gentis vel regionis fuerit doctiores videant. quod septimo fere saeculo Reginensis commentarii auctorem floruisse olim conieci (mus. Rhen. XIV p. 547), id etiam-

1) cf. p. 6, 30; 7, 13; 23, 1 sqq.; 24, 14; 25, 4; 26, 19 al.
2) p. 7, 3; 9, 11 et 24; 20, 6 et 14; 21, 17; 27, 12; 28, 11 al.
3) quae buc. V 20 de Daphnide narrata sunt cum Iunii Filargirii explanatione consentiunt. eorum quae ad buc. VI 46 et georg. I 43 (p. 143, 10) e Reginensi edidi auctores frustra quaesivi.
4) cf. p. 149, 4; 152, 21; 168, 1; 175, 12; 178, 6; 192, 1 et 23; 204, 13 sqq.
5) cf. mus. Rhen. l. l. et Thomas Essai p. 43 et 294.
6) Reginensis ad bucolicorum IV et V commentarium supplementa mus. Rhen. l. l. p. 543 sqq. plene edidi.
7) veluti in Dagoberti et Childeberti regum (saec. VII) tabulis a Ducangio laudatis 'garantia' legitur.

nunc teneo. argumentis autem ibi propositis hoc addo quod Serviani libri, quibus ille usus est[1]), eis quae supra descripsi damnis iam erant adfecti: etenim ad buc. I 37 — II 10 in Reginensi quoque Filargirius in Servii locum successit, atque v. 38 allegoria quaedam quam ille protulit tamquam inanis impugnatur. etiam aliis locis Filargirii scholia in Reginensem translata sunt.[2]) cum Lemovicensi autem commentario quo vinculo contineatur Reginensis in incerto relinquo. sunt enim quaedam utriusque communia, sed ea tam pusilla, ut non possis discernere, utrum ex altero in alterum, an ex eodem fonte in utrumque defluxerint (cf. adnot. crit. ad buc. VI 51, 65, 66; VII 17, 27, 30; VIII 24, 32, 62, 81; IX 16, 50, 53; X 2 et 63; georg. I 122, 125, 248, 257, 266).

E scholiis Reginensis propriis perpauca in antiquiores Servii libros, veluti in Hamburgensem et Parisinum 7963 (saec. XIII)[3]), multo plura, ut supra dixi, in Italorum saeculi XV. codices recepta sunt, veluti in Parisinum 7965, de quo Thomas Essai p. 10—33 diligentissime disputavit, in Reginensem 1352, Vrbinatem 344, Laurentianum bibl. Gadd. 91, 21, Taurinensem D. 111. ex his unum Parisinum 7965, quem ad buc. I et II et georg. I 1—100 inspexi, aliquot locis in adnotatione critica commemoravi: de plerisque enim Italorum supplementis in Stephani et Fabricii auctoritate acquiescere posse videbar. ceterum haud scio an Reginensis olim totum in georgica commentarium habuerit: nam ea quae ad I 376 — II 17 aut a Stephano et Fabricio aut ab altero ultro, inde usque ad exitum carminis ab uno Fabricio praeter ea, quae e Vaticano 3317 petita esse constat, Servianis addita sunt[4]), et interpretandi ratione et sermone mihi quidem Reginensibus scholiis non dissimilia videntur.

Lemovicensis[5]) (*L*), nunc inter Leidensis bibliothecae Vossianos codices latinos formae octavae 80[6]), olim Petri Danielis fuit,

1) ad buc. VIII 82 plures sibi codices praesto esse ipse significat.

2) veluti buc. V 15, 16, 31, 64, 70. cf. mus. Rhen. XIV p. 545 sq. et XV p. 139 sqq.

3) de Hamburgensi cf. adnot crit. ad buc. I 16, 17, 32; georg. I 86; de Parisino Thomas Essai p. 310 sq.

4) ad tertium librum et quartum admodum pauca a Fabricio Servianis adiuncta esse moneo.

5) cf. epistulam ad lectorem datam, quam Daniel suae editioni praemisit: 'Qui hoc opus edendum curavit... quinque exemplaribus praecipue est usus, Lemovicensi in septem posteriores eclogas et georgicorum librum primum usque ad versum ducentesimum septuagesimum octavum.' ceterum in bucolicorum commentario ex Floriacensi et Autissiodorensi libris, qui Bernensia scholia habent, Daniel quaedam Servianis inseruit: quae suis locis indicata sunt.

6) primae paginae papyri segmentum adglutinatum est, in quo haec sunt: 'Ex Biblioth. Viri Illust. Isaaci Vossii 271.'

cuius nomen ipsius manu scriptum et in prima et in extrema pagina legitur. scriptus est nono, ut videtur, saeculo exeunte aut ineunte decimo in CIV membranis. incipit a verbis quae sunt (buc. IV 1) *operi ergo non maiora, sed paulo maiora*, desinit in his (georg. I 278) *per Coeum autem et Typhoea et Iapetum omnes gigantes intellegimus.* cum is quaternio, qui nunc secundus est, V numero signatus sit, tres quaterniones periisse apparet, qui commentarios ad buc. I—III habuerunt.[1])

In membranis 1—64^b bucolicorum IV—X commentarius extat[2]), ab eodem, ut videtur, librario, sed non eadem in omnibus partibus cura et sollertia scriptus. singulae paginae vicenos singulos versus habent. lemmata, excepta primae vocis initiali, quae maiuscula est, minusculis litteris scripta sunt, sed lineolis sub versus ductis insignita. a folio 65^b georgicorum commentarius incipit, ab alio homine exaratus, qui contractioribus litteris usus est. viceni quini in singulis paginis versus sunt. fol. 65^b—69^a lemmata eadem qua in bucolicis ratione a scholiis distincta esse vides, in eis quae sequuntur, poetae verba scholiis praemissa maiusculis litteris expressit librarius et spatia earum ductibus circumscripta viridi colore explevit.[3])

Quae hi librarii scripserant iam medio aevo duo homines correxerunt: alter, cuius emendationes *l* littera signavi, illis prope aequalis fuisse videtur; alterius (λ) scriptura duodecimi saeculi morem ostendit. is in bucolicis Serviana scholia ad eorum librorum, quibus sola continentur, auctoritatem revocare studuit, eaque, quae in pleniorem commentarium non erant recepta, supplevit. item saeculo XVI. exeunte duo viri docti emaculando codici operam dederunt. alter leviores plerumque librariorum errores correxit. eas emendationes, de coniectura factas, P. Danieli tribuendas esse putavi, nam duabus exceptis[4]) in edito quoque eius exemplari inveniuntur: in hoc ipso demum quae emendata vidi, omisso prae-

1) in bucolicis tantum quaternionum numeri additi sunt.

2) folii 64^b una tantum et dimidia linea est, extrema commentarii verba *suboles ... egestas* habens. sequuntur a diversis hominibus inferioris aetatis scripta *Exemplo catoni secuti sunt multi* et *Ex te Christe data est fides quam inter nos.* fol. 65^a musicis notis impletus est.

3) videtur georgicorum commentarius ex libro Floriacensis simili descriptus esse, in quo mediae paginarum partes Vergilii versus, margines scholia habuerint. inde explicandum, quod non nullis locis inter media interpretum verba GEORG. vel GEORGICON et LIB. I, paginarum indices, inveniuntur, veluti I 19 fol. 70^a *trip GEORG. tolemum,* 39 fol. 73^b *elysio LIB. I grana,* 94 fol. 80^b *dicimus GEORGICON et haec,* 138 fol. 87^a *HIADAS LIB. I hyades,* 243 fol. 98^b *opiniones LIB. I sunt.* cf. praef. p. LXVIII adnot.

4) georg. I 18 p. 135, 17 *en inris,* I 246 p. 188, 16 *in ursa mutatam* et codex et exemplar Danielis exhibet.

nomine Danielis esse dixi, ut ab eis quae iam in codice correcta essent distinguerentur. alter vir doctus, qui post Danielem Lemovicensem tractavit, nomina scriptorum, quorum verba interpretes laudaverunt, in marginibus repetivit et tres locos, qui sunt buc. V 2, VI 6, VII 33, egregie restituit. suspicari possis eum Iosephum Scaligerum fuisse, quippe qui tribus castigationum in Festum anno 1575 editarum locis, p. 90 (buc. VIII 82), 147 (buc. VIII 29), 183 (buc. IV 43), Lemovicensia scholia antequam edita essent se cognovisse professus sit. sed cum earum quae ibi proferuntur emendationum nullum in codice vestigium agnoscatur, non is ipse, sed apographum Danielis iussu factum Scaligero ad manus fuisse videtur.

Codex iam ante quam a Daniele in lucem revocatus est, et repositorii in quo servabatur vitio et hominum barbaria haud levia damna contraxerat. nam foliorum 1—12 margines superiores cum extremis primarum linearum partibus putredine absumpti sunt. qua calamitate quot litterae pessum datae sint, in scholiis Lemovicensis propriis accurate indicavi, in Servianis non item. multo gravius est quod in georgicorum libri primi versuum 50—92 commentario foliorum 77^b^ 78^a^ 79^a^ scriptura tota periit, folia 76^b^ 77^a^ 78^b^ 79^b^ 80^a^ autem adeo sordibus inquinata sunt, ut satis multa hodie aut non sine magna difficultate legi possint aut omnino evanuerint. huius generis lacunas (in Danielinis scholiis) non eodem omnes modo, sed ita ut errare non possis, indicatas invenies. in contextu ea quae aut Danieli apparuisse aut certo suppleri videbantur, lunulis includenda curavi.

Bis codicem contuli: primum Lugduni mense decembri anni 1857 et lucis et temporis penuria impeditus, iterum aestate anni 1886 in bibliotheca Heidelbergensi, cuius fidei ut liber per aliquot menses committeretur ab eximia Nicolai Du Rieu, viri egregii, liberalitate facile impetratum est. ubi cum tempore abundarem et puri plerumque solis splendore adiuvarer, in iis maxime paginis, quas sordibus obductas esse dixi, aliquanto plus expiscari potui, quam cum primum codicem tractavi; sed in ceteris etiam pauca quaedam quae non videram aut non satis recte legeram supplevi et correxi.

Quae de Fuldensium et Floriacensium in Aeneidem scholiorum praestantia praef. p. XXXII sqq. exposui, eadem de scholiis e Lemovicensi libro a Daniele petitis valere moneo. unde apparet, georgicorum commentario inde a primi libri versu 280 amisso quantam iacturam in Vergiliani carminis interpretatione et in Latinarum litterarum antiquitatisque Romanae cognitione fecerimus. quod

damnum aliqua ex parte illis scholiis resarcinatur, quae Serviano in georgica commentario in codice Vaticano 3317 (*V*) addita sunt. habet is liber, qui olim Francisci Filelfi fuit[1]), LXXXIX membranas formae maximae, praeter quartam et quintam saeculo decimo vel undecimo langobardicis litteris scriptas. foliorum 1—3 scriptura paene tota deleta est, ut perpauca legere potuerim: quae quidem ad vitam Vergilii pertinere videbantur. foliis 4 et 5, inferiore aetate scriptis, Servii ad bucolica praefatio et in primam eclogam commentarius, foliis 6—26 Serviana in buc. II—X scholia continentur. ad II 1—10, ut in ceteris Servii libris plerisque, Filargirii explanationem adscriptam esse vidi, de Lemovicensibus ad IV—X scholiis, aut de illis quae Politianus e Laurentiano 45, 14 exscripsit, nihil inveni. contra in georgicorum commentario, qui in foliis 27—86[b] extat, Servianis, ut dixi, aliena ita addita sunt, ut pauca grammatici verbis vel inserta vel adiecta, longe plurima *et aliter* interposito ab eis separata sint. haec primus edidit Fulvius Vrsinus Romae a. 1587 in libro miscellaneo, cuius haec est inscriptio *NOTAE | AD. M. CATONEM | M. VARRONEM | L. COLVMELLAM | de re rustica | AD. KALEND. RVSTICVM FARNESIANVM | et veteres inscriptiones Fratrum Arvalium | IVNIVS PHILARGYRIVS | in Bucolica et Georgica Vergilii | NOTAE | Ad Servium in Bucol. Georg. et Aeneid. Virg. | VELIVS LONGVS | DE ORTHOGRAPHIA | Ex Bibliotheca Fului Vrsini.* in epistula ad Antonium Carafam cardinalem praemissa postquam Iunii Philargyrii ad bucolica et georgica Vergilii commentarius ut ederetur, a multis paene convicio efflagitatum esse dixit, fol. 5[a] *quos interim* inquit *illud admonitos velim, Iunii huius Philargyrii scripta, quae in praesentia damus, non esse illa quidem integrum commentarium ad Bucolica et Georgica Virgilii, sed excerpta tantum quaedam ex eo: quae cum ego primum legissem inserta fragmento vetustissimo Serviano (quod olim mihi litteris Longobardicis exaratum dono dederat Paulus Manutius favente Aldo filio) nullius autem interposito nomine auctoris discreta, sed a Servianis expositionibus tantum his notis disiuncta, ET ALITER (qua formula, id est καὶ ἄλλως, utuntur etiam Graeci ad indicandas expositionum varietates) suspicatus aliquando sum, id quod erat, ea scripta non esse supplementum ad Servium, ut multi opinabantur, sed additamentum potius quoddam ad eius commentarium. Quae cum repererim deinde in margine codicis Virgiliani,*

---

1) in folio enim papyraceo membranis praemisso Fulvius Vrsinus haec scripsit 'Virgilio con Servio antichissimo che fu del Filelfo in pergamena in foglio. Fulu. Vrs.' conferantur etiam quae Henricus Keilius Zeitschr. f. Alterthumswissensch. 1848 p. 548 de hoc codice disputavit.

quem item domi habeo, exscripta manu Angeli Politiani, et quidem diserte sub nomine Iunii Philargyrii, illam dubitationem penitus sustulerunt, eoque magis, quod idem Politianus hunc ipsum scriptorem sub hoc titulo non solum exscripsit et agnovit, sed in suis etiam Miscellaneis nominavit. Quo autem tempore vixerit, etsi difficile sit affirmare, ex libri tamen inscriptione coniici potest, floruisse Imperatore Valentiniano, si modo Valentinianus Augustus eo titulo designatur. Illud certe constat, eum non longe a Servii aetate abfuisse, et Vergilii chirographo usum esse, ut ex eius commentario apparet, in quo multa ab eo proferuntur ex iis scriptoribus, qui temporibus non nisi antiquissimis extabant.

Hanc Vrsini expositionem ita plerique interpretati sunt, ut eum professum esse dicerent, invenisse se in fragmento Servii longobardicis litteris exarato (i. e. in Vaticano 3317) aliena a Servio et in bucolica et in georgica scholia, quibus tamen nullo loco auctoris nomen additum vidisset: tum incidisse se in Vergilianum librum, cuius marginibus eadem fere ab Angelo Politiano essent adscripta, atque ita quidem, ut Iunio Philargyrio, qui Valentiniano cuidam sua misisset, tribuerentur: ab eodem Politiano in miscellaneorum libro ex illis scholiis quaedam addito Philargyrii nomine proferri. negari non potest, quid voluerit Vrsinus illos adsecutos esse. at ea scholia, quae ad bucolica pertinent praeter unum (buc. IX 35), quod aut ipsius Politiani aut certe Itali cuiusdam eiusdem fere aetatis esse non est quod pluribus ostendam, omnia ex Laurentiana Iunii Filargirii explanatione petita sunt, et quae Politianus in miscellaneis laudavit ad bucolica spectant: nam cap. XXXVII de buc. I 65 disputans, Philargyrio non nominato Varronis Atacini versus protulit; cap. LXXXIX, quo loco de buc. IV 60 sq. agitur, haec scripsit *quod Iunius quoque Philargyrius docet, hunc ipsum ita interpretans locum: 'pueris', inquit, 'nobilibus editis, in atrio Iunonis Lucinae lectus ponitur Herculis mensura.'* itaque sic, ni fallor, de hac re statuendum est: Politianum libro suo Vergiliano in bucolicis quaedam ex Laurentiano, e Vaticano in georgicis adscripsisse; bucolicorum autem scholiis hanc inscriptionem praemisisse, qua Vrsinus quoque cum primum ea ederet usus est, 'IVNIVS PHILARGYRIVS IN BVCOLICA VIRGILII AD VALENTINIANVM': ea re deceptum esse Vrsinum et inductum, ut Vaticana quoque scholia Philargyrio tribueret.[1])

1) cum ipsum Vrsini exemplar tunc mihi non esset ad manum, olim (mus. Rhen. XV p. 135) hunc errorem ipsi Politiano falso tribui.

Quoniam Vrsinum Politiani libro nimium auctoritatis tribuisse probavimus, ad quemnam scholia Serviano in georgica commentario in Vaticano addita referenda sint, de integro quaerendum esse apparet. qua in re illud primum moneo, non eiusdem omnia aetatis esse videri. pleraque enim cum iisdem virtutibus insignia sint, propter quas Danielina scholia iure maximi aestimantur, illis temporibus tribuenda esse puto, quibus grammatica ars inter Romanos ab hominibus vere doctis factitabatur et ad verum magis via ac ratione explorandum, quam ad adulescentes erudiendos spectabat, id est primo vel alteri post Christum saeculo.[1]) nam de oratione Vergilii multa docte observata exemplisque ex antiquorum scriptorum librorum depromptis inlustrata[2]), obscuriores poetae sententias apte explicatas, in historica quae vocatur carminum enarratione reconditas res prolatas[3]), de locis dubiae scripturae antiqua fideque dignissima testimonia adposita esse videmus.[4]) sed alia sunt quae aut cum Servianis aequanda[5]) aut etiam inferiori aetati videantur adscribenda esse, veluti quaestiones quae haud paucae proponuntur et solvuntur; nam inanes sunt pleraeque, quaedam etiam ineptae.[6]) cf. II 195, 301, 460 (ubi solutio haud scio an e Serviano scholio petita sit); III 151, 344. tres loci, qui huc pertinent (II 434, IV 89 et 115), corrupti sunt illi quidem, ut tamen quaestiones satis inprudenter excitatas esse intellegas. accedit quod is qui II 434 de *quid maiora sequar* verbis quaesivit, *humilesque myricae* verbis, e buc. IV 2 in exemplari suo supra versum adscriptis, se decipi passus est. duobus autem locis quaestiones inferioris aetatis esse,

---

1) conferantur quae Philippus Wagnerus in commentationis de Iunio Philargyro parte priore p. 25 sqq. de aetate interpretis dixit.

2) praeter Cornelium Celsum (IV 1) et Plinium, cuius nat. hist. tribus locis (IV 88, 168, 200) commemoratur, nullius scriptoris, qui quidem post Augustum vixerit, verba proferuntur. laudata sunt verba Afranii, Agrippae (in secundo vitae suae), Caesaris (in libro III ad Ciceronem), Catonis (de re militari), Ciceronis (quater), Cinnae, Coelii, Ennii (novies), Horatii (ter), Livii, Lucilii (quater), Lucretii (quinquies), Lutatii, Nigidii, Pacuvii, Plauti (duodecies), Pompeii, Sallustii (septies), Terentii (sexies), Trebatii, Valgii, Varronis Reatini (octies), Varronis Atacini (bis). e Graecis nominantur Aristoteles, Nicander, Theocritus, Theophrastus. neque ex Persii, Iuvenalis, Statii, Lucani carminibus neque ex Verrinis Ciceronis, quos libros inferioris aetatis gramatici saepissime exempli causa commemoraverunt, quidquam prolatum est.

3) cf. II 97, 225 (nunc primum edita), 336, 389, 476, 478; III 53, 55, 202 alia.

4) cf. II 224, 333, 344, 383; III 3, 176, 230, 310; IV 112, 141, 231, 372, 442.

5) inveniuntur quae ex eodem quo Serviana fonte derivata sint: ut ex secundi et quarti libri commentario exempla depromam, cf. II 126, 160, 172, 184, 197, 230, 264, 381, 479 et 481; IV 127, 145, 198, 394, 452, 461.

6) inter quaestiones non sunt ponenda ea scholia, quibus dubitare se significat interpres, e duabus explicationibus utra praeferenda sit, ut II 317, 333 (et 'nec metuit'... quod magis puto); III 36, 56, 71, 174; IV 40, 228. eius modi scholia in Danielinis quoque libris inveniuntur, veluti buc. VIII 27.

quam scholia, quae praeter illas ad eosdem locos in Vaticano adscripta sunt, ea re ostenditur, quod ex his ipsis quasi defluxerunt: nam II 333 *quomodo non metuit ... nec surgunt* ex his quae sunt *et nec metuit ... quod magis puto* et III 148 *et quomodo Grai vertere* e. q. s. ex Nigidii verbis ad v. 146 prolatis orta esse apparet. deinde inter singulorum verborum interpretationes inveniuntur, quas vix pueris, si modo latino sermone tamquam patrio uterentur, ullius utilitatis fuisse dicas. exempli causa commemoro II 104 *'refert' aut interest aut prodest*, III 193 *'per aperta volans' currens*, 273 *'in' pro 'contra'*, 405 *'Spartae' pro 'Spartanos'*, IV 19 *'adsint' praesentes sint*, 362 *'genitricis' matris.* denique in Vaticano aliquot scholia extant, quae qui scripserunt aut propter iudicii imbecillitatem notarumque rerum ignorationem aut propter interpretandi rationem non videntur in antiquis interpretibus numerandi esse. conferantur ea quae ad II 148, III 319, 502, 550 (*moraliter ... Melampodem pro divino posuit*), IV 131 (*'vescum' tria significat: minutum, edule, multum:* quae illis, quae ad III 175 de 'vescus' adiectivi vi adnotata sunt, quanto deteriora sint nemo non videt. 'multum' autem illud unde ortum sit ut intellegatur, ad Bernensem commentarium refugiendum est. cf. mus. Rhen. XV p. 137, Hagen praef. ad schol. Bern. p. 705), IV 379 et 383 (*et sane mox ita dictum apparuit ... Vestam* et *et vide ... non de vino*), IV 483 (*'vento' pro adventu ... Troiano ab rege petendum*) adscripta sunt.

His igitur, quae mihi quidem recentioris aetatis esse videntur, seclusis si quaeritur ceterane ad eundem scriptorem referenda sint, unum esse concedo quo quis uti possit, ut eidem omnia deberi probet. quattuor enim locis, qui sunt II 333, III 3, 296, IV 219 (cf. etiam IV 335), suum iudicium interponit suoque nomine loquitur interpres. sed alia sunt quibus huius argumenti vis infringatur. ac primum quidem non nullis locis duo vel etiam plura ad eadem Vergilii verba non eiusdem interpretis scholia ita proposita sunt, ut non sit alterum ab alterius scriptore citatum[1]), sed ut inferiore aetate e diversis commentariis collecta esse videantur. cf. ea quae ad II 162 et 168, IV 424[2]) in uno Vaticano extant. septem locis (II 146, III 5, 35; IV 39, 386, 390, 424) *alii sic* interposito diversa scholia proferuntur; II 478, IV 211, 452, 478 *et aliter* illo, quo a Servianis aliena separari solent, duo Vaticana scholia distinguuntur; II 225 *alibi sic,* III 136 et IV 335 *alibi* ad eam rem ad-

1) quod his locis factum est: II 197; III 12, 115, 130, 498; IV 127.
2) nam is qui medium orbem terram dici voluit, *hauserat* longe aliter interpretatus est, atque is qui huic ipsi verbo *tenuerat* adscripsit.

hibitum vides, cuius quidem formulae usus haud scio an inde apte repetatur, quod alterum scholium in eo libro, ex quo Vaticani additamenta petita sunt, alio loco scriptum extabat. etenim quod in primi voluminis praefatione p. IX et XV partem Danielinorum scholiorum, atque ea maxime quae antiquiorum interpretum esse viderentur, ex libro Vergiliano deprompta esse conieci, in quo, lemmatis non praemissis, partim in marginibus partim supra versus adscripta essent, id in Vaticani additiones cadit omnes. inde explicandum est quod ex eis scholiis, quae *et aliter* interposito Servianis adiuncta sunt, haud pauca non ad ea, quae Servius interpretatus est poetae verba, sed ad alia in eodem vel etiam in vicino versu collocata pertinent. cf. II 126, 212, 383, 475, 488, 527; III 46, 56, 174, 305, 385, 391, 532; IV 47. ubi Servianum scholium cui alienum adiceretur non extabat, ut huic suum lemma praescribendum esset, eo munere is, qui Vaticanum commentarium composuit, parum prudenter functus est, cum aut ea quae ad scholium recte intellegendum necessaria essent omitteret aut superflua adderet: illud his locis, quos exempli causa profero, factum est, I 375; II 238, 263, 338, 479; III 121; alterum his: I 340, ubi *extremae*, II 367, ubi *inde ubi iam validis*, 449, ubi *nec tiliae leves*, III 142, ubi *carpere prata fuga* abundant. gravius est quod quaedam quo pertinerent ille non intellexit, veluti II 75 *dicit fieri debere*, 182 *ubi fertilis sit*, 301 *etenim . . . et valida sunt*, quibus *semina neve oleae* perperam praescripsit. ne illud quidem in hac re neglegendum est quod non nulla, quae Servianae orationi in Vaticano inserta sunt, ad ipsius poetae verba Serviano scholio praescripta aptius referuntur, veluti II 168 *cum inculta . . . parvoque assueta iuventus*, 179 *quia malignum . . . in silvis*, 340 *quia creditum est . . . dictos* (cf. adnotat. crit.), 421 *quia . . . videtur* (cf. praef. vol. I p. IX). denique huc pertinet, quod quaedam non eo quo debebant loco Servianis addita sunt, ut II 193 *Plautus . . . pinguescit*, 374 *seu . . . persequantur*, III 305 *et aliter* e. q. s. probasse videor libri illius, ex quo Vaticana scholia petita sint, eam rationem fuisse, quam in Veronensi et Turonensi (cf. praef. p. LXII sqq.) etiam hodie videmus, in Danielinorum scholiorum archetypo olim fuisse iure opinamur. eiusmodi autem codicibus non perpetui unius grammatici commentarii, sed scholia e diversis libris congesta propagari solebant.

His quae de scholiis Vaticani propriis adhuc exposui ostenditur, ni fallor, ad plures illa rectius quam ad unum interpretem referri, ut Vaticani commentarii rationes similes sint atque Danielini. quae opinio aliis quoque argumentis firmatur. nam ex iis quae in

Lemovicensi codice ad I 1—278 adscripta sunt, quaedam in Vaticano quoque extant. cf. adnot. crit. ad v. 30, 67, 82 (p. 153, 3 quo loco *quia est pabulum pecoribus*, quae in Lemovicensi recte ad *inaratae* adposita vides, inepte Serviano scholio inserta sunt), 102 (p. 157, 19), 105 (p. 158, 18), 155 (p. 168, 25), 166 (p. 171, 17), 170 (p. 172, 5), 174 (p. 172, 20), 178 (p. 173, 16), 180 (p. 173, 21), 189 (p. 175, 16), 239 (p. 186, 19), 266 (p. 192, 17).[1]) deinde ut in Danielis libris et in Veronensi, sic in Vaticano auctores scholiorum non numquam nominantur: (Iulius) Modestus III 53, Aufidius Modestus[2]) II 498, Celsus[3]) II 333, 479; III 188, 296, 313, Asper IV 452, 519. Aspro scholium ad II 456 adscriptum Luct. Placidi ad Stat. Ach. I 238 testimonio vindicatur, ea scholia, in quibus Sallustii historiarum loci prolati sunt, probabiliter tribuuntur (cf. praef. vol. I p. XIX). mirum est quod Probi nulla fit mentio, quamquam, si modo probanda videntur quae praef. p. XX sq. exposui, ea quae de ipsius Vergilii emendationibus et de verbis, quibus Vergilius primus usus sit, (II 308, 345; III 101, 145) adnotata sunt non sine causa ad eius auctoritatem revocantur. scholium ad III 391 Serviano additum post Probi aetatem scriptum esse Macrobii testimonio firmatur, qui Sat. V 22, 9 sq. doctissimum grammaticum non invenisse narravit, quem auctorem illo loco Vergilius secutus esset. duo autem libri, ex quibus is, qui Danielinum commentarium composuit, satis multa eaque admodum memorabilia petivit, ad Vaticanum commentarium adornandum non videntur adhibiti esse: nam neque ex illo, quem a Macrobio exscriptum esse constat, quidquam in Vaticanum transiit, neque in fabularum expositione ea doctrina agnoscitur, qua Danielina eius generis scholia excellunt (cf. praef. XXXIII et LXVI). hinc illud explicandum, quod Vaticanae additiones et pauciores sunt et minus amplae quam Danielinae.

---

1) adde quod supra dixi, in Servianis scholiis lacunas quasdam ut ex Danielinis libris ita ex Vaticano expletas esse. illud quoque Vaticano cum Danielis libris commune est quod aliquot locis ipsius Servii errores correcti sunt, veluti III 199 *Persius*, IV 296 *te dignam*, 334 *nam*, 351 *FLAVUM*, 400 *pavet* unus Vaticanus habet; alibi Servii oratio sine idonea causa coniecturis temptata est, ut p. 272, 6; 316, 30; 320, 2; 366, 3. denique ea re Vaticanus Danielis codicibus similis est, quod in Servianis cum Bernensi et Monacensi magis, quam cum libris in Francia scriptis consentit.

2) Aufidium quendam Modestum tamquam aequalem Plutarchus commemorat quaest. conviv. II 5. ceterum scholium illud (ad II 497) non est ita comparatum, ut commentario georgica illum interpretatum esse inde certo conicias.

3) Celsum, sive Arruntius sive alius intellegendus sit, perpetuum in georgica certe commentarium edidisse et illis quos supra indicavi locis et schol. Dan. ad I 277 probatur. Cornelii Celsi verba IV 1 laudata ad libros de re rustica ab eo editos referenda sunt. cf. Ribbeckii prolegomena p. 25 sqq.

Superest ut ea scholia, quae in Bernensibus libris Iunilio Flagrio, id est Iunio Filargirio, adscripta extant, praeter perpauca, quae mus. Rhen. XV p. 136 sqq. proposui, a Vaticano aliena esse commemorem. ea enim omnino inter scholia Vaticani propria et Bernensem commentarium intercedit ratio, ut illa pleraque ab hoc absint, ea quae adsint — quae pauca sunt neque magnae dignitatis — in Bernensi non tribuantur Iunilio. in Filargirii autem bucolicorum explanatione praeter illa, quae a Politiano exscripta Vrsinus edidit, non multa invenies, quae antiquis interpretibus deberi dicas. itaque quae ex Laurentiani et Bernensium librorum scholiis de Iunio Philargyrio cognovimus non sunt ita comparata, ut ad eundem Vaticana scholia videantur referenda esse.

Quae cum ita sint, et verius et aptius me facturum esse putavi, si codicis magis auctoritati oboedirem, quam Vrsini exemplum sequerer, qui ea quae *et aliter* formula interposita Servianis in Vaticano addita sunt, lemmatis de suo praescriptis sub Philargyrii nomine separatim edidit, illa quae Servianae orationi inserta invenerat, in notis ad Servium evulgavit, ut e diversis libri partibus Vaticana scholia legentibus conquirenda essent. omnia igitur quae Vaticani propria sunt, una cum Servianis edidi, ita tamen, ut eodem quo Danielina scholia modo illa distinguerentur. qua in re hoc unum molestum esse confiteor, quod georg. I 1—279, cum in textu Lemovicensia scholia inclinatis litteris expressa essent, Vaticana in adnotatione collocanda fuerunt; inveniuntur autem his locis: p. 139, 10; 140, 28; 147, 24; 148, 6 et 16; 149, 4; 157, 19; 158, 18; 165, 13; 168, 25; 170, 24; 171, 17; 172, 5; 173, 16 et 21; 174, 13; 175, 12 et 16; 176, 9; 185, 23; 186, 19; 192, 17. sed imminuitur haec importunitas eo quem supra descripsi Vaticanorum et Lemovicensium scholiorum consensu, ut pauca tantum suo loco defraudata sint.

Ceterum duo quod sciam extant Vaticani apographa saeculo XV. facta: Guelferbytanus I, quem Lion contulit, et Vaticanus 1507, quem Henricus Keilius l. l. commemoravit. etiam Itali, qui saeculo XV. Servium supplere studebant, in libros suos, veluti in Parisinum 7965 et in Dresdensem D. 136 [1]), e Vaticano quaedam transcripserunt, quae cum ceteris illorum supplementis in impressa exemplaria, ut in Fabricianum, quo ego usus sum, recepta sunt. in emendandis Vaticani scholiis Itali liberius quam decebat versati

1) conferantur quae Philippus Wagnerus Allg. Schulztg. 1830 p. 185 sqq. et comment. de I. Philarg. II p. 29 sqq. de hoc libro dixit.

sunt, plus profecit Ianus Broukhusius, cuius 'in Iunium Philargyrium emendationes nonnullae' a Burmanno vol. I p. LXXV sq. editae sunt.

Haec habui quae de libris manu scriptis, quos adhibui, et de editionis ratione praefarer. restat ut aliquos locos commemorem, de quibus constituendis aliter atque ego sentit Fridericus Schoellius, quem, etsi multis magnisque officiis distineretur, tamen et in plagulis corrigendis et in emendandis interpretum verbis benigne me adiuvisse grato animo profiteor. qua in re quae invenit suis pleraque locis indicata sunt, quaedam huic praefationi reservanda erant. proposuit igitur vir doctissimus p. 17, 1 *δρυμώδης* vel *δασώδης*; p. 19, 3 *quod amorem in desertis canere praestabat*; p. 19, 11 *FRIGORA id est loca frigida, ut dein aprica loca 'aestu' designat*; p. 22, 8 *cum non sit, sed sit, ut diximus, Scythiae*; p. 56, 18 *hunc pastores inventum inter lauros Daphnin vocaverunt*; p. 113, 9 *quasi sit dubium, an superfutura sit*; p. 115, 19 *ἀκτῖσι quasi lemnisco ornatam*; p. 116 in Reginensis scholio ad v. 50 adscripto *cuncta sub se quieta faciente* legendum esse vidit; p. 117, 5 *frondes scilicet arborum ostendens ait ipsas* e. q. s.; p. 122, 4 *Diana irata*, Danielis coniecturam, praefert; p. 132, 7 *intra sese obruit*; p. 137, 20 *saritione* et *saritor*; p. 157, 2 *camillus adulescens est* secludi vult; p. 168, 4 *decimo*, quod Lemovicensis habet, ex *de VIImo* i. e. *die septimo* derivari posse putat; p. 168, 11 *genus herbae*; p. 171, 6 *hanc † fisticula, Pollio mysta, vallum*, ut in corrupto *fisticula* imperativus aliquis lateat; p. 244, 15 *tamen 'ae' pro 'e' est*; p. 286, 23 *bene 'referat': non enim potest unus e. d. p. h.*; p. 287, 1 *e cuius odore vaticinium A. h.* (ego praeter illud quod in adnotatione commemoravi *cuius moderamen unus A. h.*, de quo *unus* removeri volo, *cuius dominium A. h.* conieceram); p. 287, 27 *alioquin contradictio videbitur, cum infert*; p. 292, 12 *alioquin accusabuntur ob avaritiam morum qui s. o. l. m.*; p. 300, 3 *et, quia . . . fuit, inde F. u. a. habetur*; p. 333, 17 *alii 'thymo fraglantia'*; ibid. 19 *properate* e schol. Dan. ad Aen. IX 399 scribendum et 22 Plautina verba e Bacchidibus (v. 21 sq. ap. Ritschelium) deprompta esse monuit; p. 341, 8 *canales eas dispescit tippula*; p. 352, 9 *PERDVXIT i. e. perunxit*; p. 353, 29 *propter matrem hoc, non nomen*; p. 354, 6 *quasi violentae mortis ultio*; p. 357, 1 *Ovidius* (met. X 60) *'iamque iterum moriens non est de coniuge quicquam questa suo' et Lucanus 'bis rapitur'* e. q. s.

Ipse quoque quaedam habeo, quae addam: p. 97, 9 fortasse praestat *ad rem firmandam*. p. 101, 19 *delphini signum insidente se* proposueram. p. 105, 16 fortasse ex fragmentis Bobiensibus ab

Henrico Keilio in septimo grammaticorum volumine editis p. 543, 27 scribendum est *haec camilla eius est, quam Graeci* **συμμύστην** *dicunt.* p. 108, 22 haud scio an *originem* rectius sit quam *ordinem.* Schoellio *occasionem* in mentem venit. p. 110, 1 *deplanatur* proposueram. p. 134, 5 *in tantum* secludendum videtur. p. 139, 5 *ac si graece diceret* **οὖσα** *sive* **ὑπάρχουσα** verba iam in eo libro, e quo Danielina scholia exscripta sunt, corrupta fuisse videntur. intellegendum est, Latinos *venire* pro *esse* dixisse, ut Graecos **ὑπάρχειν** pro **εἶναι**. p. 258, 13 malim *ipsae,* i. e. oleae. p. 274, 1 scribendum videtur *AONIO v. Heliconio. Aonia ipsa est Boeotia* e. q. s. ut in codice ABPH libris antiquiore *eliconio* et *aonia* librarii alicuius errore in *eliconia* coaluerint, postea *Boeotio* perperam additum sit. p. 290, 12 fortasse *agitata* pro *fatigata:* cf. mythogr. II 89 'quo toto orbe vexata tandem ad Aegyptum venit'. p. 292, 13 fortasse *quasi sibi omne lac mulserint.* p. 315, 22 *reliqua grammatici legunt* verba, quae seclusi, Schoellius ita emendanda videri monuit, ut adiceretur interpretatio, quae ab illa, quae *quidam...consueverant* verbis continetur, diversa esset. quo consilio usus cum locum retractarem, scribendum esse vidi *reliqui grammatici legunt 'infelix studiorum',* i. e. *studiorum* non ad *immemor,* sed ad *infelix* referunt. cf. III 165. denique rogo, ut p. 237, 24 asteriscus deleatur.

Scr. Heidelbergae mense Septembri a. MDCCCLXXXVII.

G. Thilo.

SVBSIDIORVM CONSPECTVS.

I. plenioris commentarii codices.

L codex olim Lemovicensis, nunc Leidensis (buc. IV—X, georg. I 1—278). *l* huius codicis vetus corrector, *λ* corrector saec. XII. saeculi XVI. correctiones *P. Danielis* sunt.

V codex Vaticanus 3317 (georg. I—IV), *v* eius corrector. scholia huius codicis propria I. Philargyrio vulgo tribuuntur.

II. Serviani commentarii codices.

A Caroliruhensis 116 saec. X.
B Bernensis 363 saec. IX.
Carolir(uhensis) *186* saec. IX.
P Parisinus 7959 saec. X.
H Hamburgensis 52 saec. XI.
M Monacensis 6394 saec. XI.
abphm horum codicum correctores.
Vos. Vossianus Fol. 12 (bucol. praef.).
L Laurentianus plut. 45 cod. 14 } (bucol. I 37 — II 10).
N Parisinus 7960 }
R Reginensis 1495, Servii in bucolica et georg. I 1—375 commentarios cum scholiis saec. VII partim ineditis continens.

III. exemplaria impressa.

Steph. ex. Roberti Stephani a. 1532.
Fabr. ex. Georgii Fabricii a. 1575.
Daniel ex. Petri Danielis a. 1600.

Vncis rotundis ea quae e coniectura addita sunt, quadratis ea quae abicienda videbantur, includenda curavi. verbis transpositis et ab initio et in fine asteriscum supra versum adposui. asteriscus in ipso versu positus lacunam indicat.

SERVII GRAMMATICI
IN VERGILII BVCOLICON LIBRVM
COMMENTARIVS.

Bucolica, ut ferunt, dicta sunt a custodibus boum, id est *ἀπὸ τῶν βουκόλων*: praecipua enim sunt animalia apud rusticos boves. huius autem carminis origo varia est. nam alii dicunt eo tempore, quo Xerxes, Persarum rex, invasit Graeciam, cum omnes intra muros laterent nec possent more solito Dianae sacra persolvi, pervenisse ad montes Laconas rusticos et in eius honorem hymnos dixisse: unde natum carmen bucolicum aetas posterior elimavit. alii dicunt Orestem, cum Dianae Facelitidis simulacrum raptum ex Scythia adveheret et ad Siciliam esset tempestate delatus, completo anno Dianae festum celebrasse hymnis, collectis nautis suis et aliquibus pastoribus convocatis, et exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. alii non Dianae, sed Apollini Nomio consecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis pavit armenta. alii rusticis numinibus a pastoribus dicatum hoc asserunt carmen, ut Pani, faunis, nymphis ac satyris. et hic est huius carminis titulus. qualitas autem haec est, scilicet humilis character. tres enim sunt

---

1 Bucolica e. q. s.] cf. Donati praef. bucol. § 48 sqq. p. 741 Hag. ‖ 3 huius autem carminis origo varia est e. q. s.] cf. Probi comment. p. 2, 8 sqq. K. Diomedes p. 486, 17 sqq. K. Isid. or. I 38, 16

---

1 Bocolica *B* ‖ dicta] inde dicta *AB* ‖ custodibus *coni. Burmannus:* custodia *libri* ‖ id est *ἀπὸ τῶν βουκόλων om. H* ‖ 2 ΒΥΡΟΑΟΝ *A* ΒΟΥΟΛΩΝ *B* ΒΥΚΟΛΟΝ *Vos.* ‖ boues *Vos.:* boum *B, om. H, evanuit in A* ‖ 3 autem *om. H* ‖ 4 xerses *Hb* ‖ cum ... Laconas *om. H* ‖ 5 persoluere *Vos.* ‖ 6 rusticos in honorem dianae himnos dixisse *H* ‖ 7 bocolicum *B, om. H* ‖ 8 dicunt *om. H* ‖ oresten *Vos.* ‖ cum ... et *om. H* ‖ Facelitidis] *cf. Prob. p.* 3, 20 *K.* facilidis *AB Vos.* ‖ 9 et *om. AB* ‖ essetque *B* ‖ delatum *H* ‖ completo anno *om. H* ‖ 11 et *ante* exinde *om. B* ‖ mansisse *H* ‖ 12 non Dianae sed *om. H* ‖ Nomio] pastorali nomio *A* numio *B, om. Vos.* ‖ 13 hoc carmen *Vos.* ‖ 14 a ... ut *om. H* ‖ 15 panis *Vos.* ‖ saturis *B* ‖ et hic ... character *om. H* ‖ 16 autem *om. B* ‖ et humilis *B* ‖ caracter *AB* carecter *Vos.* ‖ enim *om. H*

characteres, humilis, medius, grandiloquus: quos omnes in hoc invenimus poeta. nam in Aeneide grandiloquum habet, in georgicis medium, in bucolicis humilem pro qualitate negotiorum et personarum: nam personae hic rusticae sunt, simplicitate gaudentes, a quibus nihil altum debet requiri. adhibetur autem ad carmen bucolicum, quod debet quarto pede terminare partem orationis: qui pes si sit dactylus, meliorem efficit versum, ut ⟨I 3⟩ nos patriae fines et dulcia. primus etiam pes secundum Donatum et dactylus esse debet et terminare partem orationis, ut ⟨I 1⟩ Tityre. quam legem Theocritus vehementer observat, Vergilius non adeo; ille enim in paucis versibus ab ista ratione deviavit, hic eam in paucis secutus est: Terentianus cum de hoc metro diceret ⟨2127⟩ plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus, ⟨2132⟩ noster rarus eo pastor Maro. intentio poetae haec est, ut imitetur Theocritum Syracusanum, meliorem Moscho et ceteris qui bucolica scripserunt, — unde est ⟨VI 1⟩ prima Syracosio dignata est ludere versu nostra — et aliquibus locis per allegoriam agat gratias Augusto vel aliis nobilibus, quorum favore amissum agrum recepit. in qua re tantum dissentit a Theocrito: ille enim ubique simplex est, hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras, quas perite plerumque etiam ex Theocriti versibus facit, quos ab illo dictos constat esse simpliciter. hoc autem fit poetica urbanitate: sic Iuvenalis ⟨II 100⟩ Actoris Aurunci spolium; nam Vergilii versum de hasta dictum figurate ad speculum transtulit. et causa scribendorum bucolicorum haec est: cum post occisum ·III· iduum Maiarum die in senatu Caesarem Augustus eius filius contra percussores patris et Antonium civilia bella movisset, victoria potitus Cremonensium agros, qui contra eum senserant, militibus suis

5 adhibetur autem e. q. s.] cf. Diomedes p. 495, 15 K. ‖ 23 Vergilii versum] Aen. XII 94

1 characteres *H: om. reliqui* ‖ grandilocus *Vos.* ‖ quos ... nam *om. H* ‖ 2 grandilocum *H Vos.* ‖ 5 adhibetur...carmen *om. H* ‖ adhibentur *B Vos.* ‖ bucolicum quod *Vos.:* bucolicum *AH* bocolicum bocolicum autem carmen *B. fortasse* bucolicum metrum, quod ‖ 6 partem] pedem *Vos.* ‖ 7 pes *om. H* ‖ 8 pes *om. H* ‖ 10 quam legem...Maro *om. H* ‖ obseruit *Vos.* ‖ 11 enim *om. Vos.* ‖ 13 sicula *B* ‖ 14 haec *om. H* ‖ 15 meliorem... nostra *om. H* ‖ 16 siracusio *AB Vos.* ‖ 17 per allegoriam *post* Augusto *hab. Vos.* ‖ agit *B Vos.* ‖ 18 gratiam *Vos.* ‖ 19 recipit *A* ‖ in qua re ... transtulit et *om. H* ‖ 21 plerumque *post* versibus *hab. Vos.* ‖ 23 arunci *B* ‖ 24 speculum *B:* spolium *A Vos.* ‖ 25 bocolicorum *B* ‖ .III. ID̃. MAIAR̄. die *A* III. id̄ maiarum *B* III id̄ mair̄ die *Vos.* III. Iduum Maiarum die *om. H.* cum post occisum iulium tercio Kalendas martias die in senatu caesar augustus *e. q. s.: Guelferb. I.* III. *numerum ut ex extrema praecedentis vocis littera ortum, delendum esse censet Dukerus. cf. Serv. ad georg.* I 466 ‖ 27 et contra Antonium *B* ‖ uictoria potitus est et cremonensium agros quos contra eum senserat *B*

dedit. qui cum non sufficerent, etiam Mantuanorum iussit distribui, non propter culpam, sed propter vicinitatem, unde est ⟨IX 28⟩ Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae. perdito ergo agro Vergilius Romam venit et potentium favore meruit, ut agrum suum solus reciperet. ad quem accipiendum profectus, ab Arrio centurione, qui eum tenebat, paene est interemptus, nisi se praecipitasset in Mincium: unde est allegoricos ⟨III 95⟩ ipse aries etiam nunc vellera siccat. postea ab Augusto missis tribus viris et ipsi integer ager est redditus et Mantuanis pro parte. hinc est, quod cum in prima ecloga legimus eum recepisse agrum, postea eum querelantem invenimus, ut ⟨IX 11⟩ audieras, et fama fuit; sed carmina tantum nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum Chaonias dicunt aquila veniente columbas. nec numerus hic dubius est nec ordo librorum, quippe cum unus sit liber: de eclogis multi dubitant, quae licet decem sint, incertum tamen est, quo ordine scriptae sint. plerique duas certas volunt ipsius testimonio, ultimam, ut ⟨X 1⟩ extremum hunc, (et primam, ut) in georgicis ⟨IV 566⟩ Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi; alii primam illam volunt ⟨VI 1⟩ prima Syracosio dignata est ludere versu. sane sciendum, VII. eclogas esse meras rusticas, quas Theocritus X. habet. hic in tribus a bucolico carmine, sed cum excusatione discessit, ut in genethliaco Salonini et in Sileni theologia, vel ut ex insertis altioribus rebus posset placere, vel quia tot varietates implere non poterat. poetae vitam in Aeneide diximus. operis explanatio in sequentibus comprobabitur. sane sciendum Vergilium XXVIII. annorum scripsisse bucolica, unde etiam ipse in fine georgicorum audaxque iuventa, Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi. et dicit Donatus, quod etiam in poetae memoravimus vita, in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Vergilium: primo enim pastoralis fuit in montibus vita, post agriculturae amor, inde bellorum cura

---

1 distrui *Vos.* ‖ 2 unde... Cremonae *om. H* ‖ 4 potentum *Vos.* ‖ 5 ab arione *B* ‖ 7 unde... siccat *om. H* ‖ 8 tribus uiris *AHVos.* triumuiris *B* ‖ 9 hinc est...in sequentibus conprobatur. sane sciendum *om. H* ‖ hinc...columbas ***haud scio an post*** vellera siccat ***collocanda sint*** ‖ hic est *B* ‖ 10 egloga *A* aegloga *Vos.* haecloca *B* ‖ 11 querellantem *A* ‖ et] sed *Vos.* ‖ 12 tantum nostra valent] *ab his verbis incipit M* ‖ 15 eglogis *libri, nisi quod* aeglogis *Vos.* ‖ 17 et primam ut *om. libri* ‖ 18 tu *B Vos.* ‖ 19 siracusio *AB Vos.* syracusio *M* ‖ 21 bocoloco *B* ‖ 22 genethliatico salonii *A* geniti hiatico salonii *B* geneleatico salonini *M* ‖ 23 theonologia *A Vos.* ‖ 24 placare *Vos.* ‖ quia] qui *B* ‖ 25 comprobatur *Vos.* ‖ 26 uirgilius XXVIII bucolica scripsit unde est audaxque...patulae. in scribendis carminibus naturalem ordinem secutus est uirgilius *e. q. s. H* ‖ 27 bocolica *B* ‖ 29 memoravimus *om. Vos.* ‖ 30 uirgilius *Vos.* ‖ 31 vita *om. Vos.* ‖ postea *M*

successit. notandum quoque, bucolica vel georgica, cum apud Graecos in fine habeant accentum, apud nos in tertia a fine habere: nam, ut in ultima sit, latinitas vetat, ut in paenultima non sit, brevitatis efficit ratio. etiam hoc sciendum, et personas huius operis ex maiore parte nomina de rebus rusticis habere conficta, ut Meliboeus, ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν, id est quia curam gerit boum, et ut Tityrus; nam Laconum lingua tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire consuevit: sicut etiam in comoediis invenimus; nam Pamphilus est totum amans, Glycerium quasi dulcis mulier, Philumena amabilis. personae, sicut supra dixi, rusticae sunt et simplicitate gaudentes: unde nihil in his urbanum, nihil declamatorium invenitur; sed ex re rustica sunt omnia negotia, comparationes et si qua sunt alia. hinc est, quod annos a fructibus computat, ut ⟨I 69⟩ post aliquot mea regna videns mirabor aristas, hinc etiam illae comparationes sunt ⟨V 82⟩ nam neque me tantum venientis sibilus austri nec percussa iuvant fluctu tam litora nec quae saxosas inter d. f. valles.

ECLOGA PRIMA.

1. TITYRE TV PATVLAE R. SVB T. FAGI inducitur pastor quidam iacens sub arbore securus et otiosus dare operam cantilenae, alter vero quomodo cum gregibus ex suis pellitur finibus: qui cum Tityrum respexisset iacentem, ita locutus est. et hoc loco Tityri sub persona Vergilium debemus accipere; non tamen ubique, sed tantum ubi exigit ratio. quod autem eum sub fago dicit iacere, allegoria est honestissima, quasi sub arbore glandifera, quae fuit victus causa: antea enim homines glandibus vescebantur, unde etiam fagus dicta est ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. hoc videtur dicere: iaces sub umbra fagi

25 unde etiam...φαγεῖν] cf. Isid. or. XVII 7, 28

1 bocolica *B* ‖ Bucolica in fine habent accentum apud grecos apud nos in tertia a fine *H* ‖ 2 habere] sillaba *add. B* ‖ 4 Personae huius ... de rebus habent composita *H* ‖ 6 ΟΤΙΛΙΑϹ ΤωΤωΝ ΒΟωΝ *A* ΟΠΑΤΑΥΤω. ΤωΝ ΒΟωΝ *B* ΟΤΙΛΑΥΤω ΤωΝ ΒΟωΝ *Vos. omittunt graeca HM* ‖ quia] qui *BH* ‖ 8 qui] qui ex oue et hirco nascitur et qui *B* ‖ inuenitur *Vos. H* ‖ 9 glygerium *AB* glicerium *Vos. M* gligerium *H* ‖ 10 mulier] gleycon enim greci dulce uel mustum dicunt *add. B* ‖ filumina *AH* Flumina *Vos.* filumela *M* philotium *B* ‖ personae...valles *om. H* ‖ 12 ex] et *Vos.* ‖ omnia] nomina *vulgo* ‖ 13 comparationis *B Vos.* ‖ a *om. Vos.* ‖ 17 nec quae] neque *AB Vos.* ‖ saxosa *B*

10 quomodo] qui *vulgo* ‖ 21 in hoc loco *R* ‖ tityrum sub persona uirgilii d. a. *libri, correxi* ‖ et hoc loco...ratio] sub persona Tityri Virgilius intelligitur, sub Meliboei plebs Mantuana, vel Cornelius Gallus *Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 25 ante *AP* ‖ antea...φαγεῖν *om. H* ‖ 26 ΑΠω ΤΙ ΦΑΓΙΝ *A* ΑΠΟ ΤΟΥ ΦΑϹΙΝ *P* ΑΠΟ ΤΟΥ ΦΑΓΙΝ *RM.* quod est comedere *add. Stephanus et Fabricius,* id est a manducando *add. Daniel*

in agris tuis, tuas retentans possessiones, quibus aleris, sicut etiam glandibus alebantur ante mortales. TV PATVLAE patulum dicimus quod patet naturaliter, ut nares, arbor; patens vero est quod et aperitur et clauditur, ut ostium, oculi.

2. SILVESTREM MVSAM id est rusticum carmen. TENVI AVENA culmo, stipula, unde rustici plerumque cantare consuerunt: alibi ⟨III 27⟩ stridenti miserum stipula disperdere carmen. dicendo autem 'tenui avena', stili genus humilis latenter ostendit, quo, ut supra dictum est, in bucolicis utitur. MEDITARIS quod Graeci μελετῶ dicunt, per antistoechon 'meditor' dixerunt Latini: l enim et d interdum sibi invicem cedunt, unde et 'sella' pro sedda dicitur a sedendo.

4. NOS PATRIAM FVGIMVS plus est, quam si diceret 'relinquimus': sic Horatius Teucer Salamina patremque cum fugeret. LENTVS otiosus, ut qui nunc lenti consedimus arvis.

5. RESONARE DOCES AMARYLLIDA S. id est carmen tuum de amica Amaryllide compositum doces silvas sonare. et melius est, ut simpliciter intellegamus: male enim quidam allegoriam volunt, tu carmen de urbe Roma componis celebrandum omnibus gentibus. plus enim stupet Meliboeus, si ille ita securus est, ut tantum de suis amoribus cantet.

7. NAMQVE ERIT ILLE MIHI SEMPER DEVS et iteratio ipsa exclusit adulationis colorem. 'semper' id est post mortem et dum vivit. alii enim imperatores post mortem in numerum referuntur

---

2 patulum...oculi] exscr. Isid. diff. verb. 434 ‖ 14 Horatius] carm. I 7, 21 ‖ 15 Lentus: otiosus] cf. Non. p. 338, 2 M. et commenta Lucani II 488 ‖ qui nunc] A. XII 237

---

2 antea *M* ‖ mortales] a lite, o Virgili, sub protectione Augusti securus quiescis *add. Daniel* ‖ 3 quod per se patet *R* ‖ arbores *R* arbor crux *Daniel* ‖ 4 oculi] Recubans: iacens uel requiescens. Sub tegumine: sub abundantia agri *add. R* ‖ 8 humilis stili genus *P* ‖ 9 MEDITARIS...a sedendo] MEDITARIS cantas, quasi melitaris d pro l posita, sic solium vel sella quasi sedda dicitur a sedendo *Daniel* ‖ 10 μελοτω *APH* meleto *R, om. M* ‖ antistochon *H* antistochen *R* ‖ etenim l et d *P* l et d enim *H* ‖ *ad v.* 3 NOS PATRIAE FINES LINQVIMVS non voluntate, sed vi Caesaris et militum eius compulsi victo Antonio. (*cf. schol. Bern.*) ET DVLCIA ARVA unicuique propria terra dulcis sibi videtur, nec enim omnis res delectationem habens dulcis appellatur. Allegorice voce utitur Mantuanorum, qui suis possessionibus expellebantur *Daniel* ‖ 15 LENTVS id est otiosus sive securus. IN VMBRA allegorice sub tutela Imp. Aug. ut qui *e. q. s. Daniel* ‖ 17 amaryllida *RH* amarillida *AP* ‖ resonare *R* ‖ 19 de urbe romana *P* ‖ 21 arboribus *P* ‖ *ad v.* 6 O Meliboee: sub audis (scilicet *vulgo*) quid miraris? Deus: id est caesar. Haec otia: hanc securitatem uel felicitatem (fertilitatem *Fabr.*) *R* (*cf. Don. ad Ter. Andr.* V 2, 11 *et Adelph.* II 1, 2), *ed. Stephanus et Fabricius.* O Meliboee: quid miraris? Deus: augustus. Haec otia: id est felicitatem *in marg. H* ‖ 22 DEVS] octavianus haec otia id est has securitates concessit *add. M* ‖ et *om. R* ‖ itaeratio *A* itaratio *P* ‖ 24 referebantur *R*

deorum, Augustus templa vivus emeruit: Horatius praesenti tibi maturos largimur honores iurandasque tuum per nomen ponimus aras. sic Lucanus de Nerone <I 63> sed mihi iam numen.

8. SAEPE TENER NOSTRIS AB OVILIBVS I. A. inbuere est proprie inchoare et initiare. nemo autem unam eandemque rem saepe inchoat. sed constat saepe pascua mutare pastores, sicut etiam in georgicis legimus <III 342> itque pecus longa in deserta sine ullis hospitiis; tantum campi iacet: unde necesse est pastores totiens aras inbuere, quotiens mutaverint pascua. invenimus etiam apud antiquiores, inbuere esse non inchoare, sed perfundere et madefacere: secundum quod absolutus est sensus, ut sit 'saepe perfundet'.

9. ERRARE pasci, ut <II 21> mille meae Siculis errant in montibus agnae.

10. LVDERE scribere, ut carmina qui lusi pastorum: Horatius poscimur. siquid vacui sub umbra lusimus tecum. CALAMO AGRESTI rustico stilo, sic supra <2> tenui avena.

11. NON EQVIDEM I. M. M. ne frequens interrogatio felicitatis alienae ex invidia venire videatur. et dicit se admirari potius, quam invidere.

12. USQVE ADEO TVRBATVR AGRIS turbamur sine ulla discretione culpae vel meriti. et invidiose tempora Augusti carpit latenter. sane vera lectio est 'turbatur', ut sit inpersonale, quod ad omnes pertinet generaliter: nam Mantuanorum fuerat communis expulsio. si enim 'turbamur' legeris, videtur ad paucos referri.

13. PROTENVS porro tenus, longe a finibus: unde et paulo post <64> at nos hinc alii sitientes ibimus Afros. AEGER et corpore et animo aeger dicitur, ut aegram nulli quondam flexere mariti. AGO autem proprie: nam agi dicuntur pecora.

---

1 Horatius] epist. II 1, 15 ‖ 16 carmina] georg. IV 565 ‖ Horatius] carm. I 32, 1 ‖ 27 Protenus...finibus] cf. Non. p. 377, 20 ‖ 29 aegram] A. IV 35

---

3 michi *P* ‖ 4 numen] Illius aram: id est octaviani caesaris laudem *add. R*, ILLIVS Octavii Caesaris *ed. Steph.* ‖ 6 et] uel *R* ‖ 8 itaque *P* ‖ 12 ut sit saepe imbuet saepe perfundet *R* ‖ 14 id est pasci *R* ‖ 15 agnae] siluae *R* ‖ 17 poscimus *M* ‖ 18 sicut *RH* ‖ 19 M. M.] excusat se *add. R* ‖ 20 et *om. H et exempl. impr.* ‖ 22 VSQVE ADEO] id est in tantum *add. R, ed. Steph.* ‖ TVRBAMVR *A* ‖ turbatur *RH* ‖ ulla *om. M* ‖ 23 merito *M* ‖ 24 turbatur] ut Servius dicit *add. Daniel* ‖ 26 referre *A* ‖ 27 PROTINVS *A* ‖ id est porro tenus *R* p. t. id est longe a. f. *vulgo* ‖ et] est *AHM* ‖ 28 Afros] nam protenus per e adverbium loci, per i protinus adverbium temporis, id est statim *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 29 et animo et corpore *R* ‖ 30 mariti] sed aegrotus corpore tantum *add. R, ed. Steph.* ‖ Ago: pecora proprie agi dicuntur *R*

15. SPEM GREGIS id est marem et feminam: reparatio enim gregis in sexu utroque consistit. SILICE IN NVDA ad hoc pertinet praemissa dolentis interiectio: nam solent herbas substernere, ut ipse in georgicis dicit ⟨III 297⟩ et multa duram stipula filicumque maniplis sternere. CONIXA pro eo, quod est 'enixa': nam hiatus causa mutavit praepositionem, sicut secludite curas pro 'excludite'.

16. SI MENS NON LAEVA FVISSET stulta, contraria. et sensus hic est: perdituros nos quandoque agros, res manifesta praedicebat, sed nosse mentis inprudentia nequivimus.

17. DE CAELO TACTAS MEMINI P. Q. mire compositum augurium: nam quercus in tutela Iovis est, et huius arboris fructu olim homines pascebantur. haec ergo tacta, id est adflata et leviter fulminata, ut Cicero tactus etiam ille qui hanc urbem condidit Romulus, significabat nutu imperatoris posse agros eorum perire, apud quos fulminatae sunt arbores: nam agri causa victus sunt, sicut olim quercus. quod autem ait 'tactas', ostendit temporale fore damnum, quale patiuntur arbores leviter fulminatae. et bene 'praedicere', quasi loqui et praedivinare, cum ita manifestum esse constet augurium.

18. DA dic, sic econtra accipe nunc Danaum insidias, id est audi.

19. VRBEM QVAM DICVNT ROMAM quaeritur, cur de Caesare interrogatus, Romam describat. et aut simplicitate utitur rustica, ut ordinem narrationis plenum non teneat, sed per longas ambages ad interrogata descendat: aut certe quia nullus, qui continetur, est sine ea re, quae continet, nec potest ulla persona esse sine loco: unde necesse habuit interrogatus de Caesare locum describere, in quo eum viderat. est autem longum hyperbaton 'urbem quam dicunt Romam. hic illum vidi Meliboee.'

6 secludite] A. I 562 ‖ 8 Laeva contraria] cf. Non. p. 331, 20 ‖ 14 Cicero] in Catil. III 8, 19 ‖ 21 Da dic] cf. Non. p. 278, 29 ‖ accipe] A. II 65

2 AH SILICE *PR* ‖ 3 substernere] parientibus *add. R, ed. Steph.* ‖ 4 stipulam *APM* ‖ 6 enixa] id est partu soluta *add. R, ed. Steph.* ‖ 8 id est stulta uel contraria. et est sensus hic *R* ‖ 9 res ... praedicebat] manifesto praedicebant signa *Daniel* ‖ praedicebat *M:* praecedebat *APRH* ‖ 10 nosse] nos *AM et exempl. impr.* ‖ intellegere nequivimus *Ma et exempl. impr.* ‖ 13 pascebantur] uescebantur. per quercus ergo agri, per fulmen ira Iouis, per iram Iouis ira Caesaris, per damnum arborum damnum agrorum figurabatur *R, ed. Steph.* ‖ haec] haec quercus *R* ‖ et *om. R* ‖ 14 etiam] est etiam *M* ‖ 15 remulus *R* ‖ nutu *P:* motu *reliqui* ‖ 19 praeloqui *vulgo* ‖ 20 augurium] Per quercus tactas ira iouis Per iram iouis ira caesaris augusti intellegitur. et est metonimia ueluti quaedam transnominatio *add. H* ‖ 21 id est dic sicut econtra *R* ‖ 29 yperbaton *APR* ΥΠΕΡΒΑΤΩΝ *H* ‖ 30 vidi iuuenem meliboee *R* ‖ Meliboee] *Mariani versus, quos Daniel huic scholio addidit, e Iunii Filargirii commentario petiti sunt*

20. STVLTVS EGO id est rusticus, qui nescivi iudicare. NOSTRAE autem Mantuae. QVO id est ad quam: nam adverbium posuit pro nomine, ut genus unde Latinum, id est a quo.

21. OVIVM TENEROS DEPELLERE FETVS periphrasis agnorum.

22. SIC CANIBVS CATVLOS SIMILES SIC MATRIBVS HAEDOS N. S. P. C. M. S. vult urbem Romam non tantum magnitudine, sed etiam genere differre a ceteris civitatibus et esse velut quendam alterum mundum aut quoddam caelum, in qua deum Caesarem vidit. qui enim comparat cani catulum vel haedum capellae, magnitudinis facit, non generis differentiam; qui autem dicit, leo maior est cane, et generis facit et magnitudinis differentiam, sicut nunc de urbe Roma fecit. putabam, inquit, ante, ita Romam comparandam esse aliis civitatibus, ut solet haedus caprae comparari; nam quamvis maior esset, tamen eam civitatem esse ducebam: nunc vero probavi eam etiam genere distare; nam est sedes deorum. hoc autem eum dicere, ille comprobat versus ʽquantum lenta solent inter viburna cupressi': nam viburnum brevissimum est, cupressus vero arbor est maxima. hoc autem genus argumentationis et apud Aristotelem lectum est, et apud Ciceronem. COMPONERE comparare.

26. ET QVAE TANTA FVIT ROMAM T. C. V. ʽquae tanta'; ad magnum enim aliquid nimia necessitas venire compellit: unde quasi miratur hominem rusticum Romam videre potuisse.

27. LIBERTAS amor libertatis. et aliter dicit servus, libertatem cupio, aliter ingenuus: ille enim carere vult servitute, hic habere liberam vitam, pro suo scilicet arbitrio agere: sicut nunc Vergilius sub persona Tityri dicit se amore libertatis Romam venire compulsum, et item latenter carpit tempora, quibus libertas non nisi in urbe Roma erat. aut certe simpliciter intellegamus hoc loco Tityrum sicut pastorem locutum: nam ubique eum Theocritus mercennarium inducit, item Vergilius, ut ⟨IX 23⟩ T i t y r e d u m r e d e o, b r e v i s e s t v i a, p a s c e c a p e l l a s. QVAE SERA TAMEN RESPEXIT INERTEM desidem, se non requirentem. nam culpat suam

3 genus] A. I 6

1 nescii *A* nescio *H* ‖ 2 autem] id est *R* ‖ 4 agnorum] Depellere: a lacte movere *add. R, ed. Steph.* ‖ 8 quo *RM* ‖ uiderit *R* ‖ 10 autem] enim *H* ‖ 12 facit *PH* ‖ 14 dicebam *R* ‖ nunc] nam *R* ‖ 17 viburnum] uirgultum *add. p in marg. fort. recte* ‖ est] semper virens et forma et genere a cupresso remota *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ nam cupressus *Daniel* ‖ 18 aristotilen *A* aristotilem *R* aristotelen *M* ‖ 23 et] etenim *vulgo* ‖ 24 ille] seruus *R* ‖ hic] ingenuus *R* ‖ 27 idem *R* ‖ carpit ea tempora *vulgo* ‖ 30 ut *om. RHM* ‖ 32 id est desidem *R* ‖ se non requirentem] uel non serentem *R*

inertiam, quod non ante Romam ierit et sit usus puer libertate, qua uti coepit provectioris aetatis.

28. CANDIDIOR POSTQVAM TONDENTI BARBA C. aut mutatio personae est, ut quendam rusticum accipiamus loquentem, non Vergilium per allegoriam; nam, ut diximus, XXVIII. annorum scripsit bucolica: aut certe est mutanda distinctio, ut sit non barba candidior, sed libertas; nam XXVIII. annorum barbam potest quivis metere, sed non canam. et bene 'candidior libertas', ut intellegamus etiam ante in libertate, sed non tali fuisse Vergilium.

29. ET LONGO POST TEMPORE VENIT, POSTQVAM NOS AMARYLLIS H. G. R. iungendum est hoc totum: nam duplici ratione tempus ostendit, quo eum libertas aspexerit, id est quando coepit secare barbam, et relicta Galatea Amaryllidis amore detineri. allegoricos autem hoc dicit, postquam relicta Mantua Romam me contuli: nam Galateam Mantuam vult esse, Romam Amaryllida. et bene tempora, quasi rusticus, computat a barbae sectione. LONGO POST TEMPORE aut archaismos est; antiqui enim 'post' 'ante' 'circum' etiam ablativo iungebant, quod hodie facere minime possumus: aut 'longopost' una pars est orationis, ut sit sensus, venit tempore longopost, sicut multominus, multomagis, postmodo: Horatius postmodo, quod mi obsit, clare multumque locuto. et 'longopost', ut postposita videatur esse praepositio et in unitatem coacta.

31. FATEBOR ENIM hoc per parenthesin dictum est.

32. NEC SPES LIBERTATIS ERAT NEC CVRA PECVLI nec sperare poteram libertatem in oppressa civitate, nec habere curam patrimonii. 'peculi' autem aut antique dixit, quia omne patrimonium apud maiores peculium dicebatur a pecoribus, in quibus eorum constabat universa substantia, unde etiam pecunia dicta est a peculio:

---

17 aut archaismos est e. q. s.] cf. Serv. comm. in Don. p. 420, 9 K. ‖ 21 Horatius] sat. II 6, 27 ‖ 27 peculi autem e. q. s.] cf. Isid. or. V 25, 5 et XVI 18, 4

---

1 puer *om.* *A* (*add.* *a*) ‖ 2 coeperit *R* ‖ 4 quendam senem rusticum *Fabricius* ‖ 6 mutanda est *RH* ‖ non sit *PH* ‖ 7 sed libertas *om.* *P* ‖ 8 mittere *p* (metere *P*) ‖ 10 ET...ostendit] et iungendum est totum et haec scilicet et quae sequens continet uersus POSTQ. NOS AMARILLIS H. G. R. nam duplicatione temporis ostendit *R* ‖ 17 est] aut antique dixit *add.* *R* ‖ 18 post et ante et circum ablativo iungebant *R* ‖ 19 minime] non *R* ‖ est *om.* *AP* ‖ orationis *om.* *R* ‖ 21 postmodum *PM* ‖ ut horatius *H* ‖ postmodum *P* ‖ mihi *libri* ‖ absit *R* ‖ 24 FATEBOR ... patrimonii] Namque fatebor enim dum me Galatea tenebat ne spes libertatis n. c. p.: et per parentesin interponit fatebor enim et est sensus ne sperare poteram libertatem in oppressa ciuitate id est mantua quam galateam uocat nec habere curam patrimonii *R* ‖ 27 peculium *R* peculii *H* ‖ 29 uniuersa constabat *R* ‖ etiam iam pecunia *R*

aut certe et hoc ad morsum temporum pertinet; nam modo servi tantum peculium dicimus, ut invidiose patrimonium suum dixerit peculium, ac si servus esset, quia se diu apud Mantuam servisse memoravit. sane 'peculi' pro 'peculii' per synaeresin dictum est.

33. EXIRET VICTIMA SAEPTIS saepta proprie sunt loca in campo Martio inclusa tabulatis, in quibus stans populus Romanus suffragia ferre consueverat. sed quoniam haec saepta similia sunt ovilibus, duo haec invicem pro se ponuntur, ut hoc loco saepta pro ovilibus posuit, item Lucanus econtra ⟨II 197⟩ et miserae maculavit ovilia Romae, Iuvenalis ⟨VI 529⟩ antiquo quae proxima surgit ovili. sane 'pinguis' melius ad victimam, quam ad caseum refertur.

34. INGRATAE VRBI quia cum alimenta civitatibus praestentur ex rusticorum labore, in his rustici et deridentur a civibus, et multa perdunt, et advectarum rerum pretia iniqua suscipiunt.

36. AMARYLLI VOCARES 'Amarylli' vocativus Graecus est, qui brevis est, quotienscumque nominativus 'is' terminatur, ut 'Amaryllis' 'Pieris': Horatius dulcem quae strepitum Pieri temperas.

37. SVA POMA id est ipsius arboris poma propria. [QVID VOCARES hoc Vergilii personae convenit. MAESTA AMARYLLI quae nemine laetabatur poeta. CVI PENDERE id est tibi: laudari a te non meruerunt.

---

5 saepta proprie sunt e. q. s.] exscr. comm. Luc. II 197 ‖ 18 Horatius] carm. IV 3, 18

---

1 et hoc *om. R* ‖ ad...pertinet] ad temporum pertinet morem *R* ‖ morem *P* ‖ 2 dicitur *RH* ‖ 3 quia] et quia *P* ‖ 4 memoravit] et peculium est facultas seruorum quam de pecudibus accipiunt quasi pecudium *add. R* ‖ sane...dictum est *om. R* ‖ dictum est] peculium autem dicitur facultas servi quam de pecudibus accipiunt quasi pecudum *add. H* ‖ 5 sunt] est *R* ‖ 6 stans *om. R* ‖ populus Romanus] ·p· rũſ *A* prus *P* (popul *in marg. p*) praefectus urbis *RH* praefectus urbi *M* ‖ 10 euilia *R* ‖ 11 oculi *P* (ouili *p*) ‖ 14 in his] et in his *APM* ‖ et *ante* deridentur *om. P* ‖ 15 suscipiunt] Grauis: ponderosa *add. R* ‖ 16 'Amarylli' *om. APMH* ‖ 17 'is'] his *P* in 'is' *vulgo* ‖ 18 ut horatius *R* ‖ dulce *A* ‖ quae] q: *P* que *H* ‖ temperas] CVI PENDERE in cuius honore *add. H* CVI id est in cuius honorem *exempl. impr.* ‖ 20 id est *om. H* ‖ propria poma *H* ‖ QVID VOCARES...vehementi ardore fatigatis (II 10) *om. AB* (*'quod hic deest require in capite libri huius' in margine A adscripsit man. rec., neque tamen ea quae hoc loco desunt illic inveniuntur.*) *Servianus ad* I 38 — II 10 *commentarius interiit. nam scholia in PHRM libris ad eos versus adscripta e Iunii Filargirii grammatici explanatione petita sunt. cf. praefatio* ‖ QVID ex QVOD *M* ‖ 21 hoc *M: om. LPRH* ‖ uirgt *P* ‖ AMARYLLI] id est tibi *add. LP,* id est *R,* deest tibi *M* ‖ 22 nomine *R* ‖ laetabitur *H* laetaris *in marg. p* laetabare *vulgo* ‖ CVI... meruerunt *om. H* ‖ tibi] uel in tuum honorem *add. R* ‖ laudari] quia laudari *vulgo* ‖ laudari...meruerunt *id est si decerpta essent, cum tu abesses, a te non potuerunt laudari*

38. TITYRVS Vergilius. PINVS Roma.

39. FONTES senatores. ARBVSTA fructeta, id est scolastici. VOCABANT † interro

40. SERVITIO servitium est condicionis indicium. LICEBAT id est nec deesse officio poteram.

42. IVVENEM Caesarem dicit Octavianum Augustum: decreverat enim senatus, nequis eum puerum diceret, ne maiestas tanti imperii minueretur.

43. DIES id est principia mensium, vel idus omnium mensium. FVMANT id est sacrificant.

44. RESPONSVM PRIMVS DEDIT id est permisit libere vivere. 'primus' autem ante quem nullus sit.

45. PASCITE id est, ut ante soliti eratis, pueri, sic et modo pascite in pace.

46. FORTVNATE SENEX non ad aetatem Vergilii refert, sed ad fortunam futuram, praesago usus verbo.

47. ET TIBI MAGNA SATIS ordo est 'magna satis pascua'. QVAMVIS LAPIS id est quamvis mons sit et lacus: nam a monte usque ad lacum et inde usque ad arborem quandam fuerat Arrio donata tua possessio.

48. PALVS id est aequor. OBDVCAT id est tegat. IVNCO id est faeno vel fluvio Mincio.

---

21 obducat i. e. tegat] cf. Non. p. 360, 30

---

1 Virgilius *om. L* ‖ Roma] vel Caesar *add. D* ‖ PINVS . . . scolastici] PINVS FONTES ARBVSTA quae in agro et possessione ipsius erant, quae figurate ipsum Romae degentem uocasse dicit. secundum quosdam allegoria est, quae tamen inanis uidetur, ut apostrofam ad urbem fecerit Romam, quam uocat Amaryllim, et ipsa sit pinus, fontes autem senatores, arbusta scolastici, qui cuncti absentem uirgilium uocauerunt id est desiderauerunt. sed huic sensui sequentia contra dicunt *R* ‖ 2 FONTES *om. M* ‖ id est senatores.....poetae *M* (*quinque fere litterae evanuerunt*) poetae vel senatores *vulgo* ‖ 3 VOCABANT intro *L. fortasse* interrogabant ubi esses *vel* intro vocabant. *in Servianis libris* intro *omissum,* vocabant *cum* scolastici *coniunctum est* ‖ 4 SERVITIO] ad seruitiū *add. M,* a seruitio *exempl. impr.* ‖ est] id est *LPR* ‖ 5 id est *om. H* ‖ deesse] seruitutis *add. HmD* ‖ poteram] Praesentis: firmos adiutores *add. R* ‖ 8 minueretur] Quot annis: id est omnibus annis *add. R* ‖ 11 permisit] me *add. R* ‖ 12 autem *H:* id est *PM, om. R* ‖ sit] PETENTI id est necessitatem patienti *add. H* ‖ 13 soliti eratis *M:* soliti *om. LPRH.* errastis *Bern. interpr. ad v.* 46 *Hag., fort. recte* ‖ o pueri (*sic*) *post* in pace *hab. H* ‖ 14 in pace] uel o pueri pascite boues ut ante solebatis *add. R.* SVBMITTITE TAVROS id est exercete terram et sobolem *add. Daniel* ‖ 15 non] hoc non *Masvicius* ‖ uirgilium *L* uirgilius *M* ‖ 16 fortunam futuram *Masvicius:* fortunatum futurum *LRm* fortunatum *PM* fortunam *H* futuram felicitatem *interpr. Bern.* ‖ usus est uerbo *M* ‖ uerbo] nam apud philosophos senes dicuntur, qui spem futuri temporis habent in victu *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 17 ordo est] ordo *LP* et est ordo *H* ‖ pascua] subauditur (sub *R*) erunt *add. RHD* ‖ 18 lacus] lapis *H* ‖ 19 quondam *R* ‖ Arrio *RH:* terra *LPM* ‖ 20 tua possessio *PH:* tuas possessio *L* possessio *R* tuae possessioni *M* ‖ 21 id est tegat] operiat uel tegat *H* ‖ IVNCO . . . Mincio *RM: om.*

49. GRAVIS accusativus pluralis, quasi graves.

51. INTER FLVMINA Padum et Mincium.

52. FONTES SACROS quia omnibus aquis nymphae sunt praesidentes. FRIGVS OPACVM quia aestivo tempore sub umbra fit frigus. FRIGVS OPACVM id est auras prosperas, vel pro nemore. OPACVM utrum 'opacis locis', incertum, an pro 'valde frigidum': nam unum frigus est hieme, alterum quo refrigeremur aestate.

53. AB LIMITE limes est agri terminus. SAEPES subaudi 'fiat'.

54. HYBLAEIS Hybla, quae postea Megara, oppidum Siciliae: vel locus in Attica, ubi optimum mel nascitur. DEPASTA FLOREM depastum florem habens. SALICTI virgulti genus, eo quod salit et surgit cito. hic vocat rusticum ad dulcia, quae sunt in rebus, quibus delectatur.

55. SOMNVM INIRE id est dormire.

56. FRONDATOR id est rusticus [vel quod de floribus nascitur]:

H, IVNCO id est feno uel fluuio. flum̄ inincae (mince *N* minc*i*e *P*) *LP* IVNCO foeno. LIMOSO fluvio Mincii *vel* Mincio *vulgo. fortasse* PALVS i. e. aequor vel flumen Mincii. O. t. IVNCO faeno fluviali. *cf. schol. Bern.* ‖ 1 GRAVIS] foetas *add. exempl. impr.* ‖ graves] id est pregnantes *add. H,* id est gravidas, scilicet non enixas *exempl. impr. ad v.* 50 *hoc scholium, quod in exemplaria transiit, exhibet H:* CONTAGIA LAEDENT id est morbi uel pestilentiae corrumpent: saepe enim ex morbo unius pecoris reliquae omnes corrumpuntur, unde contingit, ut, una aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat. dicit ergo, quod nec insolita pascua tentatura sint pecudes, nec ex alicuius infirmitate aliae corrumpendae. ‖ 2 FLVMINA] NOTA inter *add. H,* id est inter *R* ‖ Mincium] ubi nutritus es uel cognitus *add. H. his* NOTA cara *add. exempl. impr.* (*cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb.* I 101) ‖ 3 FONTES ... praesidentes *hoc loco hab. RM, post* nemore (*lin.* 5) *LPM* (*lemma om. LP*) ‖ 4 FRIGVS OPACVM ... aestate] FRIGVS OPACVM id est auras delectabiles quae arte quaeruntur sub nemore, quia aestiuo tempore sub umbra fit frigus. incertum est enim, 'opacum' utrum pro apricis (*sic*) locis an pro ualde frigidum. frigus est enim in hieme asperrimus, in aestate alter quo refrigeremur. *H* ‖ OPACVM *om. M* ‖ quia *R:* id est pro *LP* quod *M* ‖ tempore] quo *add. P* ‖ 5 frigus *om. M* ‖ FRIGVS ... nemore *om. R* ‖ FRIGVS *om. LP* ‖ nemore] posuit opacum *supr. vers. add. m* ‖ 6 OPACVM] autem *add. R* ‖ utrum] pro *add. M* ‖ frigidum] significat uero umbram nemorum *add. R* ‖ 7 nam] et *R* ‖ nam unum *om. LP* ‖ est frigus hiemale *M* ‖ est *om. P* ‖ refrigeremus *LP* refrigeramur *M* ‖ 8 limes ... terminus *HM:* id est limis (limes *P*) agri terminus (agrimnus *Laur.*) *LP* id est termino agri *R* ‖ SAEPES ... fiat *om. H* ‖ SAEPES *om. R* ‖ subaudi *M:* id est *LP* et sub *R* ‖ 9 HYBLAEIS] id est optimis *add. H* ‖ hybla L hibla *P* hyblaea *R* hible .*M* hybla uel hyblera *H* ‖ quae] id est quae *LP* ‖ magara *LPH* ‖ quae ... Siciliae] oppidum est siciliae quod nunc magara dicitur *M* ‖ 10 nascitur] et hic (*om. H*) posuit speciem pro genere *add. RH, ed. Steph.* ‖ 11 depastum florem habens *M:* id est depascere *LP* pro depascere uel depascetur scilicet ab apibus *R* comesta uel depascere. est enim figurata locutio, quia quod parti accidit toti redditur *H* ‖ habens] hypallage *add. exempl. impr.* ‖ genus uirgulti dictum quod salit *e. q. s. R* ‖ 12 cito] et salictum dicitur ubi multae salices sunt. LEVI SVSVRRO dulci murmure *add. H* ‖ hic] LEVI SVSVRRO hic *R* ‖ hic ... delectat (*sic*) *post* carpere *hab. H* ‖ 13 quibus *om. P* ‖ delectat *LP* ‖ 14 SOMNVM *om. LHM* ‖ id est *om. HM* ‖ dormire] SVSVRRO auis dulce canens. HINC id est ex altera parte *add. R.* uel carpere. fufurro autem est auicula dulce canens *add. H* ‖ 15 id est *om. RH* ‖ uel quod de floribus nascitur *libri* (quod dicimus loupuoroso

nam tria genera sunt frondatorum: frondator, qui arbores amputat, et qui frondibus manipulos facit, hiemis tempore animalibus ad pastum offerendos, et qui manibus vitium folia avellit, quo ardor solis uvam maturiorem reddat. AD AVRAS id est in die.

57. RAVCAE id est βραγχώδεις. PALVMBES columbae, quas vulgus tetas vocat. et non dicuntur latine, sed multorum auctoritas latinum facit: Cicero in elegia, quae † talia masta inscribitur iam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes reliquit.

58. GEMERE canere: proprie de turture. TVRTVR et masculino et feminino genere invenitur, ut 'aeria turtur cessabit', et Plautus tibi obustos turtures. AB VLMO ulmus lignum est, quod sub vinea fit.

59. ANTE LEVES IN AETHERE CERVI id est avium ante cervi volabunt more et pisces sine aqua vivent, hoc est ante rerum natura mutabitur, quam nos Caesarem poterimus oblivisci.

60. FRETA maria. DESTITVENT relinquent.

---

5 columbae...vocat] cf. Isid. or. XII 7, 62 ‖ 7 Cicero] IV p. 1052, 25 Orell. ‖ 10 Turtur...invenitur] cf. Serg. explan. in Don. p. 494,18 K. Beda de orthogr. p. 293, 1 K. ‖ 12 Plautus] Mostell. I 1, 45 'tu tibi istos habeas turtures'

---

supr. scr. m) uel animal quod de floribus nascitur *Bern. interpr.* vel quod animal frondibus vescitur *vulgo. ego verba illa seclusi: nam* quod mel de floribus nascitur, *quae interpretem ad* DEPASTA FLOREM (*v.* 54) *adscripsisse suspicor, errore aliquo huc translata, tum corrupta esse videntur* ‖ 1 frondator] *om. P,* dicitur *add. H* ‖ 2 et qui *interpr. Bern.*: qui *om. L P R H M* ‖ a frondibus *interpr. Bern.* de frondibus *Fabricius* ‖ 3 uitum *L R* ‖ euellit *N R* uellit *M* ‖ 4 reddat] aut auis quae in frondibus habitat cuel (*sic*) his uescitur *add. H,* et palumbes quae in frondibus nidificant *add. M* ‖ 5 βραγχώδεις *Stephanus*: brongidi *libri* ‖ columba *L* ‖ 6 tetas *L P H M* tecas *R* stecos *Bern.* 172 titos *Isidorus* ‖ 7 elegia *Fabricius*: egia *L* aegia *P H* egidia *R* eia *M* ‖ qui *R* ‖ talia masta *P H* talia in asta *R* talamasta *L M* Ἰαλεμάστης *Vossius* Thalia moesta *Heinsius* τὰ ἐν ἐλάσει *Nobbius* Tempestas *Heusdius* Θαυμαστά *Hertzius* Italia maesta *Vrlichsius* ‖ inscribitur *M*: scribitur *L P R* iscribitur *H* ‖ 8 tyrrenum *L P R* thirrenum *H* tirrenum *M* ‖ paenitusque *L* ‖ reliquid *L P* relliquit *R* ‖ 10 proprie de turture *M et Bern. interpr.*: proprietatem decutere *L P* (proprie tamen *in marg. p*) uel proprietatem decutere *H* et pietatem decutere *R* proprie tamen dicitur de turture *vulgo* ‖ TVRTVR *om. M* ‖ m. et f. g. inuenitur *P* tam m. quam f. g. inuenitur *H* declinatur et f. et m. casu *L* declinatur et m. et f. *R* (genere *omittens*) declinatur et f. et m. g. *M* ‖ 11 ut] feminino ut *H* ut hic *vulgo* ‖ cessabat *P, om. H* ‖ et Plautus *L P M*: plaustus (*omisso* et) *R* masculino uero ut plautus *H* ‖ 12 tibi obustos turtures *R H* tibi obiustos turtures *L* tibi obusto turtures *P* tibi obustos habeas turtures *M* ‖ AB VLMO] id est palus aliter est lignum *supr. vers. adscr. m* ‖ ulmus ... fit] id est lignum quod sub vinea fit *L P* ligno quod sub vinea fit *M* ulmus lignum sub quo vinea fit cui etiam uites adiunguntur *R* lignum sub quo uinea fit *H* ‖ 14 AETERE *L* ETERE *N* ‖ id est ante cerui auium more uolabunt *R* ante cerui uolabunt more auium *H* ‖ 15 sine aqua vivent] destituentur aquis *H* ‖ vivent *om. L P* ‖ 16 quam caesarem possim obliuisci *H* ‖ possimus *R* ‖ 17 maria] a feruore dicta *add. H* ‖ derelinquent *L M*

61. PERERRATIS errore confusis. AMBORVM id est Germanorum et Persarum. EXVL id est Caesar, quod duce Caesare Germanis et Persis victis milites Ararim Germaniae flumen biberunt.

62. ARARIM Arar fluvius Galliae, fluens in flumen Rhodanum; Tigris Armeniae fluvius, influens in Persicum sinum. itaque vult diversa inter se loca significare: dicit, prius Parthum ex Arare biturum, Germanum ex Tigride, quam sibi oblivionem futuram non divisi agri Caesaris beneficio.

63. ILLIVS id est Iulii Caesaris. LABATVR respuatur vel oblivioni tradatur.

64. SITIENTIS IBIMVS AFROS tropus synecdoche: ab Afris enim Libyam, quae aqua indiget, intellegi vult.

65. SCYTHIAM regio septentrionalis. ET RAPIDVM CRETAE OAXEN hoc est lutulentum, quod rapit cretam. cretam terram albam dixit: nam Oaxes fluvius Mesopotamiae, qui rapiens velocitate

---

1 PERERRATIS] lustratis *add. R,* lustratis uel *H* ‖ id est Germanorum et Persarum *R*: germanorum siue persarum *H* id est germanis et persis (perses *L*) dicit *LP* dicit germanos et persas *M* ‖ 2 EXVL ... oblivioni tradatur] EXVL subaudis uterque fluuius. est enim fluuius arar galliae fluens in flumen rhodanum, tigris uero armeniae fluuius in persicum sinum fluens. et est species yperbole dictio fidem excedens augendi minuendiue causa. LABATVR respuatur uel oblfuioni tradatur. et hoc metonomicos quod ante fluuios germaniae persis et persidis germania tellus habebit, quam ille augusti obliuiscatur. AT NOS populus mantuanus *H* ‖ id est ... Caesare] id est Caesar quo duce caesare *LPR* parthus quod duce caesare *M* id est Parthus et Germanus, Caesar scilicet, quo duce *Stephanus et Daniel* id est Parthus et Germanus, quia duce scilicet Caesare *Fabricus* ‖ 3 ararum *L* ‖ 4 Arar] id est *add. P* ‖ fluvius] est *add. R* ‖ fluuium *R* ‖ Rhodanum] quem Germaniae tribuit uel propter uicinitatem regionum, quae Rheno tantum disterminantur, uel ad demonstrandam simplicitatem rusticam, cui hoc carmen tribuitur, quae facile inscientia (inscientiae *R*) locorum et prouinciarum fallitur *add. R, ed. Steph.* ‖ 5 Tigris etiam est armoeniae *R* ‖ Tigris] id est *add. P* ‖ in *om. M* ‖ itaque] itaque tigres *L* itaque tigris *PR* per quae *M* itaque per Tigrim et Ararim *vulgo* ‖ 6 dicit] dicit enim *vulgo* ‖ partem *L* ‖ arari *P* ‖ 7 tigri *P* ‖ quam] quae *L, om. N* ‖ non] *om. P,* de non *M* ‖ 8 beneficio] uel hic est sensus. ante parthia et germania errore inter se propriis finibus confusis regeones (*sic*) suas et loca ac fluuios per commutationem incolent quam nostro pectore caesaris uultus labatur id est respuatur uel obliuioni tradatur. Ad nos: id est populus mantuanus *add. R* ‖ 9 *scholia ad v.* 63 *ante scholium ad v.* 62 *adscriptum hab. LPRM* ‖ Iulii] Augusti *vulgo* ‖ 10 obliuini *P* ‖ 11 synecdoche] id est totum a parte *add. H* ‖ ab afris enim libiam interi (interiorem *man. rec. in N*) quae aquam eget intellegi uult *L* ‖ 12 vult] Libia autem est calidissima regio et inhabitabilis *add. R* est enim calidissima regio et paene inhabitabilis *add. H, ed. Steph.* ‖ 13 SCITHIA *L* SATHIA *N* ‖ regio] est *add. R* ‖ septentrionalis] frigidissima *add. RH,* est *add. LM* ‖ 14 hoc est ... dixit nam *om. H* ‖ hoc est *om. M* ‖ lutulentum *M*: lutulosum *L* lutolosum *P* luctuosum *R* lutosum *Bernenses* ‖ cretam ... dixit *M*: Cretam id est terram albam dixit *LP* id est albam terram *R* ‖ 15 oaxis *libri, nisi quod* aoxis *Laur.* ‖ qui rapiens velocitate sua *H*: ex uelocitate utitur qui rapiens *L* ex uelocitate (qua) utitur qui rapiens *P* ea uelocitate utitur .... rapiens (*post* utitur *septem fere litterae evanuerunt*) *R* uelocitate utitur qui rapiens *M*

sua albam terram turbulentus efficitur. vel Oaxes fluvius Scythiae: in Creta insula non est; sed est aqua cretei coloris. Oaxen Philisthenes ait Apollinis et Anchiales filium: hunc Oaxen in Creta oppidum condidisse, quod suo nomine nominavit, ut Varro ait quos magno Anchiale partus adducta dolore et geminis capiens tellurem Oeaxida palmis † scindere dicta.

66. PENITVS omnino. DIVISOS quia olim iuncta fuit orbi terrarum Britannia: est enim insula reposita in Oceano septentrionali, et a poetis alter orbis terrarum dicitur.

67. EN ecce, VMQVAM aliquando. 'en umquam' Vergilius alio loco dividit interposito verbo, ut infra in ipso libro ⟨VIII 7⟩ en erit umquam ille dies, quod significat umquamne, aliquando.

68. TVGVRI a tegendo dictum. CAESPITE id est terra cum propria herba evulsa. CVLMEN eo quod culmo tegitur.

---

4 Varro] Argon. I fragm. 3 p. 332 Baehr. ‖ 13 Tuguri...dictum] cf. Isid. or. XV 12, 2 ‖ 14 Culmen...tegitur] cf. Isid. or. XV 8, 4

---

1 turbolentus *L* ‖ efficiatur *R* ‖ oaxis *libri, nisi quod* axis *L* ‖ 2 sed est *H*: est *post* coloris *hab. LPM* ‖ sed...coloris] sed cretae rapidus dicitur quia cretae ni[gri] coloris est *R* (gri *supr. vers. add. man. sec.*) ‖ cretii *M* cretena *LP* creteni *H* ‖ philistenes *LPRH* philostenes *Bernenses* Eratosthenes *Fabricius* Philostephanus *Vsener Anal. Theophrast. p.* 48 Philistides *Stiehle Philol.* X *p.* 171 *conl. Plin. n. h.* IV § 20 ‖ 3 ait] aut *H* ‖ Anchiales *Fabricius*: tantilae *L* tantilenae *PH* cantilenae *R* antilenae *M* antalae *vel* antelae *Bernenses* ‖ filium *M*: filius *LPR* filius dicitur *H* ‖ oppidum] sui nominis *add. H*, quod...nominavit *omittens* ‖ 4 quod *om. LP* ‖ uarro ait ut *H* ‖ 5 magno *vulgo*: magnos *libri* ‖ Anchiale *vulgo*: tantale *L* tantile *PR* tantilene *H* tutelae *M* ‖ abducta *H* ‖ capiens *Vibius Sequester* (*Geogr. l. min. p.* 150, 9 *R.*): cupiens *libri et Vibii Vat. m.* 1 ‖ 6 tellurem *Vibius*: dolorem *libri* ‖ Oeaxida *Salmasius Exercit. Plin. p.* 692: oaxida *LPRH* o//////da *M* (*quattuor fere litterae erasae sunt*) ‖ scindere dicta *libri* funere dicta fuit *Fabricius* edidit in Dicta *Salmasius l. l. conl. Apoll. Rhod. Argon.* I 1129 *sqq.* g. cupiens t. O. p. scindere *haud scio an defendi possit, ut vehementissima manuum convulsio, partus dolore effecta, intellegatur. pro* dicta *scriptum fuit fortasse* Dictaeo *et totus Varronis versus, quem in* antro *exisse suspiceris, laudatus* ‖ 7 PENITVS omnino *H*: penitus surripuit PENITVS id est omnino *R* P. subripuit *LP* P. sufripuit *M* (surripuit *m*) P. surripuit i. e. omnino *R et Vos. Burmanni. fortasse Varronis versibus interpres addiderat* quae Apollonio surripuit ‖ 10 Vergilius...verbo] quasi umquamne uel aliquando Virgilius enumquam alio loco diuidit per interpositionem *R* ‖ 11 dividit] umquam *add. LP* ‖ interposito verbo *P*: interposito alio loco ponit *L* per interpositionem *H* interpositionem *M* ‖ 12 quod...aliquando *om. M* ‖ aliquando *L*: id est alii qnūī *P* id est aliquando *R*, *om. H* ‖ 13 TVGVRI] TVGVRIVM *R*, pro tugurii *add. H* ‖ id est] cespes est *R*, *om. HM* ‖ 14 reuulsa *LR* ‖ CVLMEN ... tegitur] CVLMEN ideo culmina dicta sunt tecta, quia ueteres de culmo aedificia contegebant *H* ‖ quod] quae *L* ‖ culmo] culmen *LP* culmis *M*, id est stipula *e Bernensibus add. Daniel* ‖ tegitur] hic prisca (consuetudo *supr. vers. add. m*) rusticanorum est in paleis (palis *L*) et in messibus (mensibus *Laur. et P*) *add. LPM*, culmina sunt dicta tecta quia ueteres de culmo aedificia contegebant *add. R. in impressis exemplaribus sic haec conglutinata sunt* hic (sic *Fabricius*) prisca rusticanorum aetas habitabat: ideo culmina dicta sunt tecta, quia veteres aedificia de culmo contegebant, id est paleis e messibus. *sed ea quae LPM post* tegitur *exhibent ad* post aliquot aristas (*v.* 69) *pertinere et* nam physica *pro* hic prisca *scribendum esse Bernensi scholio ad eum versum adscripto ostenditur*

69. POST ALIQVOT ARISTAS post multa tempora. et quasi rusticus per aristas numerat annos: nam physica rusticanorum est in paleis et in messibus. MEA REGNA id est ubi dominatus sum: vel senem se dicit agros suos recepturum.

70. IMPIVS MILES iratus Meliboeus impios milites dicit, seu quod agrum suum teneant, seu quod civile gesserint bellum. IMPIVS MILES qui pro Antonio arma portavit. IMPIVS M. quia bella civilia gessit et desiderat. IMPIVS M. hic Vergilius Octavianum Augustum laesit; tamen secutus est veritatem: nam miles portando arma et vincendo alios pietatem praetermittit. NOVALIA id est nova rura, quae per singulos annos novantur per semina. HABEBIT † in spe ponitur.

71. EN QVO DISCORDIA C. ad quam miseriam.

73. INSERE sibimet ipsi imperat.

74. QVONDAM FELIX † quasi, iam diu ego felix fui aliquando in finibus vestris. hic videt se pastor exclusum esse, et invidet se non habere illud, quo Tityrus utitur.

---

1 ARISTAS *om.* *LMH* ‖ post...annos] Metalemsis est per aristas messes per messes aetates (*sic*) singulorum annorum per aetates annos significat. et bene quasi rusticus per aristas annos computat *R* subaudis tempora uel annos *H, quo in libro post* recepturum *haec addita sunt* ARISTAS gradatim dictum ex tropo metalemsin (*sic*) per aristas messes per messes aestates per aestates annos numerans. ‖ post...et *M*: id est tempora id est *LP* ‖ 3 id est *om.* *RH* ‖ dominatus] natus *M* ‖ sum] scilicet agros *add.* *R* ‖ 5 MILES] proprium militis epiteton *add.* *H* ‖ impios...dicit] dicit esse impios milites *R* ‖ impios *om.* *LM* ‖ 6 civile] contra Antonium *add.* *H* ‖ IMPIVS MILES...praetermittit *secundum Bernensem commentarium constitui:* qui pro antonio arma portauit quia bella ciuilia gessit id est desiderat (disiderat *p*). hic uirgilius octauianum augustum laesit (laesit *om.* *L*), tamen secutus est ueritatem dum miles portando uincendo alios *LPM, nisi quod* id est desiderat *omittit et* tangit *pro* laesit, milites *pro* miles *praebet M.* uel impius miles uincendo alios. hic uirgilius octauianum augustum desiderat qui pro antonio arma portauit qui bella ciuilia gessit *R, om.* *H* ‖ 10 id est nova rura *om.* *H* ‖ nova rura *Bernenses libri*: rura *om.* *LPM* ‖ 11 novantur] nouare *L* noua proferunt uel renouantur *H,* at nouari possunt *supr. vers. m* ‖ semina] uel etiam noualia dicuntur ///// (*quattuor fere litterae erasae*) silua tollitur *add. H. in R ad* NOVALIA *haec adscripta sunt* noua quae per annos singulos cultura sedula innouantur et post frugum collectionem spe seminis reparantur. uel noualio (*sic*) dr̄ unde silua tollitur et ager colligitur. *cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb.* III 645 ‖ *scholium ad* HABEBIT *om.* *RH* ‖ 12 *fortasse* sine spe loquitur ‖ 13 *ad v.* 71 BARBARVS propter bella ciuilia *R* ‖ EN... miseriam *om.* *LM* ‖ miseriam] discordiam uel miseriam *H* ‖ 14 sibimet ipsi imperat *M*: semet imperat *L* semet ipsum imperat *PR* ‖ *ad* INSERE N. M. *in uno Hamburgensi haec adscripta sunt* apostrofen facit ad se ipsum et sibimet imperat dolendo uel inuidendo non habere se illud quod et tytyrus, *ad* PONE O. V. *haec* quia quadrato ordine uites ponuntur. *idem liber ad* QVONDAM FELIX *haec habet* id est quando manebat mihi haereditas. ‖ 15 quasi...fui *LPRM*: quamdiu et ego felix fui *Bernenses recte, ut videtur* ‖ aliquando *secludi velim* ‖ 16 vestris *LPRM et Bernenses*: nostris *exempl. impr.* ‖ hinc *R* ‖ inuidet] uidet *M* ‖ 17 tytirus *PM* taurus *LR* ‖ utitur] POSTHAC Detetro *add.* *R* (*legendum fortasse* de tempore)

76. DVMOSA id est † drisidis, spinosa. PENDERE quia capra, cum pascitur in spinosa (rupe) pendet.

77. CARMINA N. C. quia non libet tristi canere, id est carenti possessione.

78. CYTISVM genus fruticis vel herba, quae nascitur inter campos et silvas in Cytisa civitate. AMARAS quantum ad nostrum saporem; nam capris dulces sunt.

80. MITIA matura, quae non remordent cum mordentur.

81. CASTANEAE id est mala. antiquiores *. MOLLES id est maturae. ET PRESSI C. L. id est casei copia aut lactis emulcti.

82. FVMANT id est ad vesperum, ad cenam praeparandam.

83. MAIORESQVE CADVNT id est duplicantur, augentur umbrae, nox imminet.

---

8 Mitia matura] cf. Non. p. 343, 12

---

1 hoc est *H* ‖ drisidis *P* drisidi *LRH* drissidi *M*, *om. Bernenses*: rigida *vulgo. graecum adiectivum, veluti δρυμώδης vel δασώδης, latere videtur F. Schoellio* ‖ spinosa *P et Bernenses*, *om LRHM* ‖ PENDERE *om. libri mei* ‖ quia *PH*: quid *L* quod *R* quae *M* ‖ capra *p et Bernenses*, *om. LPRHM* ‖ 2 in spinosa *p et Bernenses*: spinosa *LPRM* (id est dumosa *supr. vers. scr. m*) ſomoſa *H* ‖ rupe *addidi*. PENDERE quia cum pascuntur pendent *Stephanus et Daniel* P. quia cum pascuntur spinosa quasi pendent *Fabricius* ‖ 3 *scholium ad v. 77 om. H* ‖ CARMINA id est quia (quae *P* qui *R*) secundum (secundo *L*) ·II· (u *P*) libet aristum canere carenti (canenti *LP*) possessione *LPR* non licet tristem canere carente possessione *in marg. p.* CARMINA id est non libet canere me carentem possessione *M* C. N. C. quia tristis est sua possessione carens et non licet tristem canere sua carenti *Bernenses* C. id est quia non libet rustico canere carenti possessione *vulgo* ‖ 5 inter campos et silvas *om. H* ‖ 6 in] et in *R* ‖ cytisa *R*: cytisam *Laur.* cithiisam *N* chyticisca *P* cythisa *H* ãhia *M* (cithia *m*) ‖ civitate] ciuitatem *L*. amara hominibus non capris *add. PM*, nascitur amara h. n. c. *add. LR* ‖ quantum] id est *LP*, *om. M* ‖ nostrum] humanum *H* ‖ 8 MITIA] POMA *M* ‖ matura] id est bona et matura *R* matura uel dulcia *H* ‖ quae... mordentur *om. H et Bernenses* ‖ remordent cum mordentur *RM*: remouent com(cum *L*)morantur *LP* ‖ 9 *scholia ad* CASTANEAE *et* MOLLES *om. H* ‖ id est mala antiquiores *LPM* (scilicet dicebant *supr. vers. add. m*) id est mala antiquiora *R*, *rec. Stephanus et Daniel* id est mala apud antiquiores *Masvicius. ego post* antiquiores *lacunam indicavi* ‖ 10 maturae] neque enim pcr naturam molles sunt *add. R* ‖ ET PRESSI id est caseum lac (laci *N*) iuncta emulti aut casei *L* ET PRAESI id est casaeum lac incta emulcti aut casaei *P* PRESSI LACTIS id est casei *R* PRESSI LACTIS Mulsi hoc est caseum uel serum *H* ET PRESSI C. L. id est casei copia aut lactis emulcti aut casei *M* ET PRESSI emulcti et in caseum coacti *vulgo* ‖ 11 uesperam *H* ‖ ad... praeparandam] caenam cunctis praeparantibus *R* ‖ ad *supr. vers. p: om. reliqui* ‖ caenam *libri* ‖ praeparandam *HM*: praeparandum *LP*. per fumationem enim et umbram allegorice finis intellegitur egloge *add. H* ‖ 12 MAIORES id est duplicantur teguntur (augentur *e Bernensi commentario petivi*) umbrae nox imminet *LPM*: MAIORES VMBRAE quia duplicantur quando nox imminet *H* MAIORES VMBRAE id est duplices quod fit circa solis occasum et per hoc ostendit inminere noctem *R* MAIORESQVE CADVNT duplicantur, quia dum duplicantur umbrae nox imminet *Stephanus* MAIORES CADVNT duplicantur. cum sol cadit, maiores sunt umbrae, ut ⟨II 67⟩ 'et sol crescentes decedens duplicat umbras', quemadmodum cum oritur, quia ex transverso nos ferit, longius iacit umbras *Fabricius* ‖ 13 FINIT PRIMA INCIPIT SECVNDA *L* INCIPIT ECLOGA II *M*

ECLOGA SECVNDA.

1. Corydonis in persona Vergilius intellegitur, Caesar Alexis in persona inducitur. ARDEBAT id est inpatienter diligebat et alebat et laudabat. ALEXIM dicunt Alexandrum, qui fuit servus Asinii Pollionis, quem Vergilius, rogatus ad prandium, cum vidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit eumque dono accepit. Caesarem quidam acceperunt, formosum in operibus et gloria. alii puerum Caesaris, quem si laudasset, gratam rem Caesari fecisset. nam Vergilius dicitur in pueros habuisse amorem: nec enim turpiter eum diligebat. alii Corydona, Asinii Pollionis puerum, adamatum a Vergilio ferunt, eumque a domino datum; Corydona a Vergilio ficto nomine nuncupari ex eo genere avis, quae corydalis dicitur, dulce canens; Alexin vero puerum quasi sine responsione ac superbum; hunc autem dilectum fuisse Pollionis, et Vergilium gratum se futurum existimasse, si eum laudaret, cuius forma Pollio delectabatur, qui eo tempore transpadanam Italiae partem tenebat et agris praeerat dividendis.

2. NEC QVID SPERARET id est nec spem potiendi habebat.

3. TANTVM tantummodo.

4. ASSIDVE id est saepius. INCONDITA id est incomposita, subito dicta, agrestia: vel insanientis dicta verba: vel 'incondita' in-

---

1 Coridonis *libri* ‖ 2 inducitur] et corydon fictum nomen est ab aue quae corydalis dicitur, id est dulce canens *add. R, ed. Steph.* ‖ et alebat *om. H* ‖ 3 uel laudabat *H* ‖ ALEXIM *LP*: ALEXIN *HR* ALEXIS *M* ‖ dicunt... servus *H*: quem dicunt alexandrum fuit seruus *LPM* quem dicunt alexandrum fuisse qui fuit seruus *R* ‖ 4 quem *om. LPM* ‖ 5 omnium] nimium *L et schol. Bern.* ‖ eumque *LH*: eum quem *PRM* ‖ 6 quidem *L* ‖ 7 si] si quis *vulgo* ‖ 8 nam...datum *om. H* ‖ uirgilius *delevit et* cesar *supra scripsit prima, ut videtur, manus in R* ‖ in puros *P* in tres pueros *Lion e Guelferb. I, ut videtur* ‖ habuisse amorem *RM*: habuisse alii amore *L* habuisse tali amore *P* habuisse animi amorem *F. Schoell. cf. comment. Bern. in quo* nec enim turpiter eum diligebat *omissis, haec leguntur* nam Virgilius dicitur tres pueros habuisse in tali amore, *eaque post* eumque dono accepit (*lin.* 5) *collocata* ‖ nec enim...a domino *om. L* ‖ 9 eos *m* (eum *M*) ‖ Coridona *R*: coridon *PM* ‖ et sinii *P* (asinii *p*) ‖ 10 feruntque eum *R* ‖ datum] ipsi datum *vulgo* ‖ Corydona... dulce canens *om. R. cf. adnot. crit. ad lin.* 2 ‖ Corydona *ego*: coridon *libri* ‖ 11 nuncupari *M*: uideri *LPM* ‖ ex eo genere *m*: ex quo genere *LP* ex genere *H* eo genere *M* ‖ coridalis *libri* corydalus *vulgo* ‖ 13 Virgilium *R, om. LPHM* ‖ 14 existimasset *M* ‖ formam *HR* ‖ Pollio *om. H* ‖ 16 dividendis] Delicias domini: hoc est qui suo domino, uel Caesari scilicet uel Pollioni in deliciis erat *add. R* ‖ 17 potiendi *R* pociendi *m*: patiendi *LP* paciendi *M* ‖ 18 pro tantummodo *R* ‖ 19 ADSIDVE *L* ‖ incomposita... temnere] incondita inconscripta subito dicta agrestia ut sallustius... tempnere *H* (*post* agrestia *duodecim fere litterarum spatium relictum est*) ‖ 20 insanientis] insanae mentis *M* ‖ siue incondita *R* ‖ inconscripta] id est conscripta *L*

conscripta, ut Sallustius in libro V at illi quibus vires aderant, cuncti ruere ad portas, incondita temnere.

5. MONTIBVS † id est quod amore ei praestabat. IACTABAT id est fundebat incassum. INANI pro 'nihil sibi procurans contra absentem loquebatur'.

6. CRVDELIS id est inexorabilis, qui non flecteris meo amore nec te potiundum praebes: vel allegorice crudelis Caesar, qui non flecteris meis scriptis et non das ereptos agros. ALEXI id est Caesar.

7. MORI id est pro contemptu.

8. † FRIGORA id est aprica loca. AESTV aestiva. lacertis carpant.

9. LACERTOS genus serpentis.

10. THESTYLIS nomen rusticae mulieris, quae messoribus aestu fatigatis diversa genera herbarum contundens pulmentarium his parat: vel concubina Corydonis: vel Testilis, id est fictilis, rusticum nomen est ab eo, quod ponat cibum rusticis. FESSIS id est ferventibus, vehementi ardore fatigatis.]

11. ALIA SERPYLLVMQVE herbas calidas, quae aestum repel-

---

1 Sallustius] hist. II 58 Dietsch, II 67 Kritz

---

1 in libro v *H*: in LV *L* in L.V. *P* in l. v. *M, om. R.* in Iugurthino *vulgo* ‖ 2 cuncti ruere *PHR*: ruere cuncta *L* reuere cuncti *M* ‖ incondita *M*: inconditi *LPHR* ‖ temnere *P*: tempnere *LHM* tempr̄ *R* tenere *vulgo* ‖ 3 *schol. ad* MONTIBVS *adscriptum om. H* ‖ MOTIBVS *L* ‖ id est (*om. P*) quod amore ei praestabat *LP* bene montibus quod amorem ei praestabat *R* id est quod propter amorem ei praestabat *M* qui amorem ei praestabant *vulgo, fortasse* quod amore repudiato ei praestabat *vel* quod amovere se ei praestabat ‖ IACTABAT...loquebatur] IACTABAT id est fundebat. INANI incassum quia contra absentem loquebatur *H* ‖ 4 id est incassum fundebat *R* ‖ INANI *om. R* ‖ pro...loquebatur] prae amore nihil sibi procurans, sed in absentem iuvenem loquebatur *vulgo* ‖ pro] id est pro *LP* uel pro *R* ‖ nihili *R* ‖ 6 meo amore...qui non flecteris *R, om. reliqui libri* ‖ 8 das] reddis *R* ‖ agros] et hoc si alexis in persona augustus accipiatur, quod aptius videtur *add. H,* Miserere: pro misereris *add. R* ‖ ALEXI i.e. Caesar *om. HR* ‖ ALEXIN *LP* ‖ 10 MORI ME *H* ‖ pro contentu *L* prae contemptu *vulgo.* quia opprimit me tuus amor, vel quia non delectaris meis carminibus *add. Masvicius* ‖ 11 id est *om. RHM* ‖ loca aprica *R* non aprica loca *vulgo* ‖ AESTV...car (*de* carpant) *evanuerunt in L* AESTV...carpant *om. H* ‖ aestiuo *R* ‖ lacertis carpant *om. RM* ‖ VMBRAS ET FRIGORA aprica loca aestate *comm. Bern.* Captant id est frigida loca pro aestate aestiuat *brevior Iunii Filargirii explanatio. scribendum videtur* VMBRAS non aprica loca. FRIGORA frigida loca pro aestate. CAPTANT occupant ‖ 14 THESTILIS *libri, nisi quod* TESTILIS *L* ‖ id est nomen *LP* ‖ 16 coridonis *libri, nisi quod* choridonis *L* ‖ vel ...rusticis] et bene rustice mulieri hoc nomen tribuit. testilis enim dicitur fictilis ut ab eo ponat cibum rusticis *R* ‖ vel *om. L* ‖ Testilis *LPH* thestilis *M* ‖ fictile *M* ‖ 17 est *Masvicius*: et *LPH* ut *M* ‖ quod *M, om. reliqui.* ab olla, qua ponat cibum rusticis *F. Schoell* ‖ FESSIS...fatigatis] Rapido aestu: ueementi uel feruenti. Fessis: uehementi ardore fatigatis uel fessis laboris instantia *R* ‖ FESSIS i. e. ferventibus] uel labore uel aestu. uel fessis id est feruentibus *D. scribendum erat* RAPIDO ferventi. FESSIS vehementi a. f. ‖ 19 ALIA *Pb*: ALLIA *reliqui* ‖ SERPILLVMQVE *AHRM* SERPILVMQVE *P*

lunt: nam, ut etiam Plinius dicit in naturali historia, omnis medicina aut a contrario aut a simili quaeritur: unde etiam calor potest aut frigore aut alio calore depelli. hinc est quod in ultima ecloga, cum amator remedium quaerat ardori, dicit se iturum aut ad Scythiam aut ad Aethiopiam, ut ⟨X 68⟩ Aethiopum versemus oves sub sidere cancri. sane serpyllus herba est, quam Graeci herpyllon dicunt: in multis enim nominibus, quae in Graeco aspirationem habent, nos pro aspiratione 's' ponimus: inde est pro herpyllo 'serpyllum', pro hex 'sex', pro hepta 'septem'. RAPIDO AESTV vehementi, ferventi. 'fessis' autem vel aestu vel labore.

12. AT MECVM RAVCIS T. D. V. L. 'ad' si per 'd' fuerit, erit hyperbaton, ut sit 'dum tua lustro vestigia, ad me arbusta resonant cum raucis cicadis'. sed melius est, ut 'at' coniunctio sit et ita intellegamus: Thestylis herbas tritas messoribus portat, verum mecum resonant arbusta a raucis cicadis.

14. TRISTIS AMARYLLIDIS I. bene addidit 'tristes' — plerumque enim, ut ait Terentius, amantium irae amoris integratio est—, ut veram iram ostenderet, non fictam illam, quae aliquid gratiae habere consuevit: unde Horatius urit grata protervitas.

15. SVPERBA FASTIDIA ex fastidio enim venit omnis superbia. NONNE MENALCAM tres dicitur amasse Vergilius, Alexandrum, quem donavit ei Pollio, et Cebetem puerum cum Leria puella, quos a Maecenate dicitur accepisse: unde volunt quidam, per Amaryllida Leriam, per Menalcam Cebetem intellegi.

17. O FORMOSE PVER bene dicit Donatus suspendendum 'o' et sic dicendum 'formose puer', ut intellegamus per iram eum aliud

---

7 in multis enim nominibus ... septem] exscr. Isid. or. III 3, 3 ‖ 18 Terentius] Andr. III 3, 23 ‖ 20 Horatius] carm. I 19, 7

---

3 repelli *P* ‖ 4 egloga *vel* aegloga *libri* ‖ quaerit *vulgo* ‖ iterum *PR* ‖ 6 cancri] quarum regionum altera est frigidissima altera feruens calore *add. R, ed. Steph.* ‖ serpillus *RM* serpyllum *vulgo* ‖ herba est] quae in Graeco aspirationem habet *add. vulgo* ‖ 7 erpyllon *AH* erpilon *P* herpillon *R* erpillon *M* herpyllon *a* ‖ 8 adspirationem *P* ‖ adaspiratione *P* asspiratione *M* ‖ inde est quod *vulgo* ‖ 9 herpyllo *P:* erpyllo *AH* herpillo *RM* ‖ serpillum *AR* ‖ hex *RM*: ex *AP* ˫εξ *H* ‖ hepta *RHM*: epta *AP* ‖ 14 cicadis] id est dum amoris inpatientia in siluis uel cano uel conqueror *add. R* ‖ 15 testilis *AR* ‖ portat] parat *exempl. impr. pleraque* ‖ 16 a] cum *vulgo* ‖ 17 TRISTIS *P*: TRISTES *reliqui* ‖ addit *PM* ‖ 18 ira *A* ‖ redintegratio *M* ‖ 19 aliquid] aliud *A* ‖ 20 propteruitas *P* ‖ 22 MENALCAN *H* ‖ 23 Leria] *cf. Ribbeckii prol. p.* 101 *et quae Hagenus ap. Ribb. praef. prol. p.* VI *disputavit* ‖ 24 amaryllidem *R* ‖ 25 *ad v.* 16 QVAMVIS ILLE NIGER Q. T. C. E. quia Caesar Romanos, Antonius Aegyptios habuit, Antonius niger dicitur propter Aegyptios, quos habuit *edidit Masvicius. cf. schol. Bern.* ‖ 27 ut] uel ut *HR* ‖ per iram] per ironiam *Daniel* ‖ aliud] alium eum *P* (aliud eum *p*)

voluisse dicere, sed in haec verba, ne Alexin offenderet, amoris necessitate compulsum. NE CREDE ne confide: Sallustius virtuti satis credebant, id est confidebant.

18. ALBA LIGVSTRA C. et rustice et amatorie ex floribus facit comparationem. ligustrum autem flos est candidus, sed vilissimus. 'vaccinia' vero sunt violae, quas purpurei coloris esse manifestum est.

20. QVAM DIVES P. N. tria sunt quibus amatores possunt placere, divitiis, pulchritudine, cantilena: quae omnia se valere commemorat. et multi secundum Homerum, qui ait *καὶ γάλα λευκὸν*, legunt 'nivei quam lactis'. sed melius est 'quam dives pecoris nivei': nam candidae oves in ingenti sunt pretio, unde in georgicis legimus ⟨III 386⟩ continuoque greges lege mollibus albos, item alibi ⟨III 391⟩ munere sic niveo lanae, si credere dignum est.

21. MILLE MEAE SICVLIS ERRANT I. M. A. Theocritus ⟨XI 34⟩ *βοτὰ χίλια βόσκω.* 'errant' autem cum securitate pascuntur. et quod ait agnas, et a sexu et ab aetate laudavit.

23. LAC MIHI NON AESTATE NOVVM N. F. D. multo melius quam Theocritus; ille enim ait ⟨XI 36⟩ *τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρῃ.* sed caseus servari potest, nec mirum est, si quovis tempore quis habeat caseum; hoc vero laudabile est, si quis habeat lac novum, id est colustrum. quod neutri generis est; nam feminini esse penitus non potest. sane hunc versum male distinguens Vergiliomastix vituperat 'lac mihi non aestate novum, non frigore: defit', id est semper mihi deest.

24. AMPHION DIRCAEVS IN A. A. Amphion et Zethus fratres fuerunt ex Iove et Antiopa; sed Zethus rusticus fuit, Amphion vero

---

2 Sallustius] cf. Iug. 106, 3 ‖ 9 secundum Homerum] Il. IV 434 ‖ 22 lac novum ... generis est] exscr. Isid. or. XX 2, 33 ‖ 26 Amphion ... peritus] cf. mythogr. II 74

---

2 ut Sallustius *R* ‖ 3 id est confidebant *om. A* (*add. a*) ‖ hoc est *P* ‖ 6 manifestum est] vel ligustra flores papaverum sunt vel arborum *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 8 quae omnia se valere *APH*: quae omnia se habere *BM* quibus omnibus se ualere *R* ‖ 9 ΚΑΙ ΚΛΑ ΛΕΚΟΝ *A* ΚΑΙ ΚΑ ΛΕΥΚΟΝ *PR* ΚΑΙ ΡΑΛ ΛΕΥΚΟΝ *H* ΚΑΙ ΚΑΛΑΕΥΚΟΝ *M* ‖ 10 legunt] sic distingunt pecoris *R* ‖ 15 Theocritus...*βόσκω om. HR* ‖ 16 botaxiai ΛΒΟCΚΩ *A* ΒΟΤΑ ΧΙΜΛ ΒΟCΚΩ *P* ‖ 17 laudavit] nam ex femineo sexu in pecudibus copiosior possessio prouenit *add. R, ed. Steph.* ‖ 18 NOVVM ... servari potest *om. H* ‖ 19 ille enim ait] qui non lac sed caseum dixit *Fabricius* ‖ tyros moeo. ΥΑΙΠΕΙΟΥ ΤΕΝΕ ΕΡΙΟΥ ΤΕΕ ΝΟΝ ΠΩΤΙΗ *A* tyrosmo.e.ΟΥΑΙ ΠΕΙ ΟΥΤΕΝΘΕΝΟΝ ΡΕΙ ΟΥΤΕ ΕΝΟΝΠΩΠΗ *P* ΤΥΡΟC ΜΟΕΥΑ ΜΕΙΟΥ ΤΕΝΕ ΕΡΙCΥΤΛΕ ΝΟΝΩΝΝ *R* ΙΥΡΟC ΜΟΕΟΥΑΙ ΠΕΙΟ ΥΙΕΝ ΘΕΡΙΟΥΙΕ ΕΝ ΟΝΠΩΠΗ *M* ‖ 20 sed si *M* sed quia *vulgo* ‖ nec *ego*: non *libri* et non *Lion* ‖ 22 colustrum *libri*, colostrum *vulgo.* colustrum est autem lac quod primum post foetum natum mulgitur *add. H* ‖ 24 uirgilio maxtix *A* uirgilii maxtix *P* uirgilii mastix *H* mastix *R* uirgiliū mastix *M* ‖ 25 deest] semperque deficit. Quae solitus: subaudis 'erat cantare' *add. R* ‖ 27 antiopia *A*

musicae artis peritus. sane Aracynthus mons est Thebanus: unde 'actaeo' litorali debemus accipere — ut at procul in sola secretae Troades acta —, non Atheniensi, licet Athenae primo Actis dictae sint. quamquam plerique 'Actaeo Aracyntho' Atheniensi accipiant, non quod Aracynthus apud Athenas est, sed ut ostendatur rustici imperitia. nam et Theocritus ad exprimendam rusticam simplicitatem multa aliter quam res habet, dicit. hac ratione potest et Oaxes ⟨I 65⟩ Cretae fluvius accipi, cum non sit (Cretae), sed, ut diximus, Scythiae.

25. NEC SVM ADEO INFORMIS verecunde suam commemorat pulchritudinem: sic Cicero in Caeliana ⟨3, 6⟩ ut eum paeniteat non deformem esse natum, nam pulcherrimum voluit dicere. IN LITORE VIDI CVM P. V. S. M. negatur hoc per rerum naturam posse fieri; sed Theocritum secutus est, qui hoc dicit de Cyclope. sed illic est excusatio, vel quia ingentem habet oculum Cyclops, vel quia filius Neptuni est. unde quia ait 'in litore', volunt quidam in aqua, a fluctibus derelicta in lacuna litoris, se eum videre potuisse: quam rem illud excludit 'cum placidum ventis staret mare'. sed ideo in mari imago non cernitur, quia non stat: quod si stet, potest etiam nobis imaginem reddere.

26. NON EGO DAPHNIM Daphnis fuit filius Mercurii, formosissimus puer, qui primus dicitur pastor fuisse.

27. SI NVMQVAM FALLAT IMAGO nulla enim res ita decipit, quemadmodum imago: nam et in speculo contraria ostendit universa, et in aqua remum integrum quasi fractum videmus: quod etiam Cicero in Tusculanis plenius docet. 'te' autem 'iudice' ac si diceret, qui meam respuis pulchritudinem.

28. TIBI SORDIDA RVRA utinam libeat tibi mecum habitare rura tibi sordida, id est quae tu putas sordida; nam 'tibi' bis acci-

---

1 sane Aracynthus e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 453 ‖ 2 at procul] A. V 613

---

1 aracinthus A arachintus *PRH* aracinctus *M* ‖ 2 insula *A* ‖ 3 adtheniensis *A* atheniensis *H* ‖ 4 aracintho *A* arachito *P* arachinto *RH* arachintho *M* ‖ 5 aracinthus *A* arachintus *PRHM* ‖ sed ostenditur *A* ‖ 7 habeat *M* (*corr. m*) ‖ 8 oaxis *RM* ‖ non *P*: mons *ABHRM* ‖ Cretae *addidi* ‖ sed ut *APH*: s̄ ut *B* sicut *R* ut *M* ‖ 10 commemorauit *P* ‖ 11 sicut *R* ‖ 12 non deforme esse se natum *M* ‖ 14 Cyclope] *ἦ γὰρ πρὰν ἐς πόντον ἐσέβλεπον. ἦν δὲ γαλάνα* (VI 35) *add. D* ‖ 17 derelicta] id est *add. vulgo* ‖ eum *om. A* ‖ 18 placitum *APM* ‖ 20 non potest *libri, nisi quod* non *delevit p.* non potest etiam non i. r. *Vossium legisse Burmannus refert* ‖ reddere] ni intellegas 'in littore' intra portum, ut ipse in III. Aeneid. (570) de portu Cyclopum 'portus ab accessu ventorum immotus' *add. Masvicius* ‖ 27 respuis *M*: respicis *ABRH* despicis *P* ‖ 28 liceat *R* ‖ 29 id est ... sordida *om. M* ‖ quae tu] qui *P* ‖ bis accipiendum est *R*

pimus. sane melius 'habito illam rem', quam 'habito in illa re' dicimus; nam etiam principalitas verbi huius frequentativi accusativum regit, ut 'habeo illam rem': inde fit 'habito illam rem', non 'in illa re', ut 'habitare casas'.

29. FIGERE CERVOS aut furcas, quae figuntur ad casae sustentationem, quae dictae sunt cervi ad similitudinem cornuum cervinorum: aut, quod melius est, 'figere cervos' venari et iaculari intellegamus, ut magis ad voluptatem eum quam ad laborem invitare videatur.

30. VIRIDI HIBISCO ad hibiscum compellere, scilicet a lacte depulsos. hibiscus autem genus est herbae. et sic dixit 'hibisco' ad hibiscum, ut it clamor caelo, id est ad caelum.

31. IMITABERE PANA CANENDO exemplo numinis in agris mecum poteris canere. nam Pan deus est rusticus in naturae similitudinem formatus, unde et Pan dictus est, id est omne: habet enim cornua in radiorum solis et cornuum lunae similitudinem; rubet eius facies ad aetheris imitationem; in pectore nebridem habet stellatam ad stellarum imaginem; pars eius inferior hispida est propter arbores, virgulta, feras; caprinos pedes habet, ut ostendat terrae soliditatem; fistulam septem calamorum habet propter harmoniam caeli, in qua septem soni sunt, ut diximus in Aeneide ⟨VI 646⟩ septem discrimina vocum; καλαύροπα habet, id est pedum, propter annum, qui in se recurrit. hic quia totius naturae deus est, a poetis fingitur cum Amore luctatus et ab eo victus, quia, ut legimus, ⟨X 69⟩ omnia vincit Amor. ergo Pan secundum fabulas amasse Syringa nympham dicitur: quam cum sequeretur, illa implorato Terrae auxilio in calamum conversa est, quem Pan ad

1 sane melius ... habitare casas] cf. comm. Luc. V 87; Isid. or. XV 3, 1 ‖ 12 it] A. V 451 ‖ 14 Pan deus est rusticus ... et sibi fistulam fecit] exscr. mythogr. I 127, II 48. Isid. or. VIII 11, 81 sqq. comm. Luc. III 402

2 nam ... habitare casas] ut frequentatiuum 'habito' primitiui sui constructionem sequatur, quod accusatiuum regit. nam 'habeo illam rem' dicimus et inde fit 'habito illam rem', non 'in illa re' *R* ‖ 4 casas] Casas: quae mapalia dicuntur *add. D. cf. schol. Bern.* ‖ 7 iaculari *BM*: maculari *APRH* ‖ 10 IBISCO, *ut infra* ibiscum ibiscus ibisco ibiscum *libri* ‖ 11 depulso *A* ‖ ibisco pro ad ibiscum *R* ‖ 14 canere] uel habitare *add. R* ‖ similitudine *PH* ‖ 17 nebridem] amalteae caprae pellem *supr. vers. m* ‖ 18 ispida *PM* ‖ 20 armoniam *libri.* i. e. consonantiam *supr. vers. m* ‖ 22 καλαύροπα] recuruum baculum carauro rapa *A* curauropa *P* (curauroropa *p*) cara iurorum *R* cur *duodecim fere litterarum spatio relicto H* carauropam *M* (i. e. uirgam curuam *supr. vers. m*) καραύροπα item rhodopion habet i. e. pedum recuruum hoc est baculum *D* ‖ 23 qui se recuruat *mythogr.* II ‖ hic *om. A* ‖ 26 amasse syringam nympham dicitur *BRM*: aman syringam nimfam amasse dicitur *A* amansyringam nimpham dicitur *PH* Syringa *ego*

solacium amoris incidit et sibi fistulam fecit. sane sciendum, 'Pana' 'Pa' habere accentum; Graeca enim monosyllaba, quae ad nos transeunt, crescunt in obliquis casibus et in genetivo et dativo tantum singularibus ultimae syllabae accentum dant, ut 'Panos Pani, lyncos lynci'. plurales etiam isti duo ita habent accentum, licet ad nos transire non possint.

34. NEC TE PAENITEAT CALAMO TRIVISSE L. non tibi parum videatur: Terentius at enim quantum hic operis fiat, paenitet, id est parum videtur. et notandum 'paeniteat trivisse' praeteritum pro praesenti positum usurpative, quod in defectivis licenter fit, ubi praesens non invenitur, ut quamquam animus meminisse horret. LABELLVM inanissimam quidam temptant facere discretionem, ut virorum labra, mulierum labia dicantur.

35. QVID NON FACIEBAT AMYNTAS quemadmodum mihi non obsequebatur? et ex affectu alterius hunc cogit.

36. DISPARIBVS SEPTEM C. CICVTIS inaequalibus cannis: nam et harmonia inaequalis est. cicuta autem est quod est inter cannarum nodos. CONPACTA coniuncta, ut turrim conpactis trabibus quam eduxerat ipse.

38. ET DIXIT MORIENS TE N. H. I. S. commendat munus et ex eo, quod ei hereditarium datum est, et ex eo quod invidiam meruit: nam res optimae et difficile donantur a vivis, et acceptae facile merentur invidiam.

40. NEC TVTA MIHI VALLE REPERTI C. commendat a difficultate: sic in primo reliquias Troia ex ardente receptas.

41. SPARSIS ETIAM NVNC P. A. qui habent adhuc maculas a prima aetate venientes: accessu enim temporis mutant colorem et

1 sane sciendum e. q. s.] cf. Schoell de acc. l. l. p. 214 ‖ 8 Terentius] Heauton tim. I 1, 20. cf. Don. ad Eun. V 6, 12 ‖ 11 quamquam] A. II 12 ‖ 12 inanissimam ... dicantur] exscr. Isid. diff. verb. 336, or. XI 1, 50. cf. Don. ad Ter. Eun. II 3, 44 ‖ 17 cicuta ... nodos] exscr. Isid. or. XVII 7, 57 ‖ 18 turrim] A. XII 674 ‖ 25 in primo] immo A. VII 244. cf. I 647

1 solacium *H*: solatium *reliqui* ‖ fecit] Pana autem accusatiuus est graecus *add. R* ‖ 4 ut panos panoy lyncos lyncoy *M* ‖ plurales vero etiam *vulgo* ‖ 6 possint] Curat: id est curae habet *add. R* ‖ 8 Terentius ... videtur *om. M* (*in marg. add. m*) ‖ 9 videtur] esse *add. R* ‖ attriuisse *PRH* ‖ 11 ubi *BPM*: ubique *AH* ubique quorum *R* ‖ 12 LABELLVM paruum labrum. hinc inanissimam *e. q. s. Stephanus* ‖ inanissimam *M*: inanissam quam *A* inanis quam *P* inanissimum quam *B* inaniter *R* hanc *H* ‖ 14 quemadmodum in omnibus mihi obsequebatur *R* ‖ 15 effectu *APH* ‖ agit *P* (cogit *p*) ‖ 17 armonia *libri* ‖ est spatium quod *vulgo* ‖ 23 *ad v.* 39 INVIDIT STVLTVS AMYNTAS Amyntam Cornificium vult intelligere, quia conatus est contra Virgilium scribere: vel ideo 'stultus', quia invidit *edidit Masvicius. cf. schol. Bern., Iun. Filarg. explan., Cledon. p.* 43, 1 *K.* ‖ 24 c.] id est intuta saxosa aspera *add. R* ‖ 25 relliquias *Rm*

eorum maculae esse gratiae minoris incipiunt. ergo aut hoc dicit: servo tibi capreolos, qui adhuc sunt pellibus albo sparsis: (aut) 'quos etiam nunc tibi servo' id est quos adhuc tibi servo, licet roger a Thestylide amica, quae eos a me cupit abducere. SICCANT sugunt.

43. ORAT ABDVCERE orat ut abducat: figuratum est, ut donat habere, id est donat ut habeat.

44. ET FACIET noluit dicere 'et faciam', ne quem amabat offenderet, si se velle dixisset dare alteri munus, quod ipsi praeparaverat.

45. HVC ADES O FORMOSE PVER T. L. P. E. F. NYMPHAE CALATHIS tantum honoris habet puero, ut ei dicat etiam numina obsecutura. sane 'calathis' graecum est; nam latine quasillum dicitur: Cicero in Philippicis ⟨III 4, 10⟩ at vero inter quasilla pendatur aurum.

46. CANDIDA NAIS vel pulchra, vel dea: nam dii umbris contrarii sunt, quas nigras esse constat. hinc est ⟨V 56⟩ candidus insuetum miratur limen Olympi.

47. PALLENTES VIOLAS amantum tinctas colore: Horatius et tinctus viola pallor amantium: unde non praeter affectionem amantis eos flores nymphas dicit offerre, qui sunt amantibus similes. sane Papaver, Narcissus, Anethus pulcherrimi pueri fuerunt quique in flores suorum nominum versi sunt: quos ei offerendo quasi admonet, nequid etiam hic tale aliquid umquam ex amore patiatur.

49. TVM CASIA herba suavissimi odoris, ut sequentia indicant, quam Graeci κασίαν dicunt. et sic dictum est 'tum casia atque aliis intexens suavibus herbis', ut in Sallustio leonem atque alias feras.

50. MOLLIA LVTEOLA P. V. C. 'mollia vaccinia pingit', id est

---

6 donat] A. X 701 ‖ 13 sane calathis...aurum] exscr. Isid. or. XIX 29,3 ‖ 19 Horatius] carm. III 10, 14 ‖ 27 in Sallustio] Iug. 6, 1

---

1 aut *omittitur vulgo* ‖ 2 sint *R* ‖ sparsis] Siccant: id est sugunt *sequitur in R* ‖ aut 'quos...servo' id est...servo *ego*: quos...seruo id est aut quos adhuc tibi seruo *A* (id est *del. a*) QVOS ETIAM NVNC TIBI SERVO id est quos adhuc tibi seruo *reliqui, nisi quod* id est...servo *om. R* ‖ 4 thestilide *P* thestillide *M* thestyli *R* ‖ amica...abducere] amica mea quae hos a me uult accipere *R* ‖ eos *ABP*: hos *HM* ‖ 13 calathus *R* ‖ quassillum *A* quasyllum *H* ‖ 14 quassilla *A* ‖ pendatur *BPHM*: penditur *A* suspenditur (a *suprascr.*) *R* appendebatur *vulgo* ‖ 16 id est pulchra *R* ‖ 18 olimphi *A* olimphy *P* olymphi *H* ‖ 19 nec *Horatius* ‖ 20 praeter] propter *PR* ‖ 21 qui sunt a. similes *M*: qui est a. similis *ABPH* sed a. similes *R* ‖ 22 quique *AB*: qui quia *PH* qui *RM* ‖ 23 quos] hos *H* ‖ 25 TVNC *RM* ‖ herba] est *add. R* ‖ 26 casiam *A* casian *R* cassiam *PHM* ‖ tunc *RHM* ‖ 29 c.] ordo est *add. R* ‖ uacinia *A* uacnia *P* uaccina *H* ‖ pinguit *R* ‖ id est componit *om. H*

componit, 'de caltha luteola'. nam nisi 'luteola' septimus sit casus, non stat versus. 'mollia' autem tactus plumei scilicet. et hoc dicens ex colorum diversitate quaerit ornatum.

51. CANA LEGAM TENERA LANVGINE MALA mala dicit Cydonea, quae lanuginis plena sunt: sed non praeter obliquitatem. nam ut in Aeneide ⟨X 325⟩ diximus, apud Cretenses infamiae genus iuvenibus fuerat non amatos fuisse. et verecunde rem inhonestam supprimit, quam Theocritus aperte commemorat.

52. CASTANEASQVE NVCES bene speciem addidit dicens 'castaneas': nam nuces generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore, ut avellanae, amygdalae, iuglandes, castaneae, sicut econtra poma dicuntur omnia molliora. MEA QVAS AMARYLLIS AMABAT ne eas viles existimes, quas Amaryllis est amare dignata; nam apud illam in ingenti fuerunt honore.

53. CEREA PRVNA aut cerei coloris, aut mollia: Horatius cerea Telephi laudas brachia. HONOS ERIT HVIC QVOQVE P. si a te dilectum fuerit, sicut castaneae in honore fuerunt amatae Amaryllidi.

54. ō LAVRI licet Horatius dixerit depone sub lauru mea, melius tamen est iuxta secundam formam inflectere; nam melius sonat. PROXIMA MYRTE vel vicina lauro, vel ad odorem proxima: potest enim utrumque intellegi.

55. SIC POSITAE QVONIAM S. M. O. quoniam permixtione vestra suavem odorem creatis.

56. RVSTICVS ES CORYDON arguit se stultitiae, quod eum se sperat placare muneribus, qui potest habere meliora: nam supra ait ⟨2⟩ delicias domini.

57. IOLLAS vel ditior amator, vel eius dominus.

10 nam nuces...molliora] exscr. Isid. or. XVII 7, 22 || 15 Horatius] carm. I 13, 2 || 19 Horatius] carm. II 7, 19

2 scilicet *om.* *R* || 3 dicens *RH*: dicit *ABM* dixit *P* || 4 male *R* || Cydonea *vulgo*: cydea *ABM* (cozzan *supr. vers. a* i. e. cottana *supr. vers. m*) cidea *PRH*. a Cydonibus primum allata, latine Cotonea *add. Masvicius* || 5 sed non praeter ... commemorat] et propter obliquitatem uereconde (*sic*) rem ... commemorat. Nam ut in aeneide ... non amator (*sic*) fuisse *R* || 8 quam] nam *P* || 11 ut...castaneae *om.* *R* || amygdali neglandes *A* || econtra *om.* *R* || 13 quas mea Amaryllis *Lion* || digna *A* || 16 telaefi *PH* || laudat *A* || brachia] id est mollia *add.* *R* || 17 amarillidae *A* amaryllidae *P* ab amarillide *M*. Talis mixtura scematum in bucolico decorum inducit *add. Masvicius* || 19 licet ... sonat] Laurus melius est secundae declinationis. nam melius sonat licet horatius dixerit depone sub lauru mea *R* || 21 ad odore *R* || 23 quoniam per mixtionem uestram suauissimum odorem creatis *R* || 25 $\overset{ei}{\text{eum}}$ *B* ei *ex* eum *P* || 26 placere *BPM* (placare *pm*) || possit *Lion* || 27 delitias *RHM*

58. (HEV) HEV QVID VOLVI MISERO MIHI quomodo eum dicit discedere, quem supra cum eo diximus non fuisse? nam ait ⟨4⟩ solus montibus et silvis. (sed) ratione non caret. Epicurei enim dicunt, quod etiam Cicero tractat, geminam esse voluptatem, unam quae percipitur, et alteram imaginariam, scilicet eam quae nascitur ex cogitatione. unde ita debemus accipere, hunc usum per cogitationem illa imaginaria voluptate, qua et cernere et adloqui videbatur absentem. sed postquam obiurgatione sua in naturalem prudentiam est reversus, caruit utique illa imaginaria voluptate, ubi nunc sibi se offuisse dicit per hanc ratiocinationem 'rusticus es, Corydon: nec munera curat Alexis, nec, si muneribus certes, concedat Iollas.' FLORIBVS AVSTRVM quo facilius arescunt.

59. FONTIBVS APROS qui fontes puros caenosos efficiunt.

60. QVEM FVGIS A D. iterum per phantasiam quasi ad praesentem loquitur. et quasi ille dixisset 'silvas', hic infert 'habitarunt di quoque silvas Dardaniusque Paris', etiam is habitavit silvas, qui de dearum pulchritudine iudicavit.

61. PALLAS QVAS C. A. I. COLAT ideo dea arcium Minerva dicitur, quod de capite Iovis nata est: sed quia dea est artium et ingenii, ideo ista finguntur: nihil enim excellentius est ingenio, quippe quo reguntur universa.

63. TORVA LEAENA LVPVM S. Theocriti ⟨X 36⟩ sunt isti versus. et bene se revocat ad rusticas comparationes, paene enim fuerat lapsus dicendo 'Pallas quas condidit arces'. 'leaena' autem dictum est sicut dracaena. et quod ait 'torva leaena lupum sequitur' verum est: nam necesse est ut veniente lupo adventus agnoscatur leonis.

65. TE CORYDON O ALEXI 'don o a' antibacchius est; sed 'o' brevis fit, quia vocalis vocalem sequitur: sic Homerus *πλάγχϑη ἐπεὶ Τροίης.*

---

18 ideo dea e. q. s.] cf. Isid. or. XIX 20 et mythogr. III 10, 2 ‖ 29 Homerus] Od. I 2

---

1 HEV *APH* EHEV *RM* ‖ quomodo eum] Ordo est eheu quid misero mihi quid uolui quomodo uel cum eum *R* ‖ 2 ait] quod ait *M* ‖ 3 sed *inseruit Stephanus* ‖ 6 hunc] hac *H* ‖ 9 utique] itaque *H* ‖ 10 se sibi *R* se *om. M* ‖ obfuisse *M* ‖ rusticus es ... Iollas *om. R* ‖ 12 quod *H* ‖ quo facilius arescunt] posui flores ad austrum, uentum calidum, quo facilius arescant *R* ‖ 13 caenosos *B* cenosos *HM* coenosos *APR* ‖ 15 inferre *R* ‖ 16 etiam is *A:* et lamis *BP* et paris *HM, om. R* ‖ 18 artium *BPH* ‖ 19 quod] quia *R* non quod *Lion* ‖ sed] sed et *Masvicius* ‖ 21 universa] Nobis placeant a. o. s.: id est nobis placeant carmina ante omnia *add. R* ‖ 22 s.] Torua id est crudelis et terribilis *add. R* ‖ 27 *ad v.* 64 Cytisus: herba est. Lasciua: uoluptuosa et desidiosa *R, ed. Steph.* ‖ 29 quia] quando *R* ‖ sequitur] et subaudi a superioribus 'sequitur' *add. R* ‖ sic ... *Τροίης om. R* ‖ TIΛANXΘH EΠI TPOIHC *A* TIAANHXΘH ΠIΓPOINC *P* TIΛANΘH EΠI ΓPOINC *H* TIAANXΘH EΠΠ POIHC *M*

65. TRAHIT SVA QVEMQVE VOLVPTAS notatur a criticis, quod hanc sententiam dederit rustico supra bucolici carminis legem aut possibilitatem.

66. ARATRA IVGO REFERVNT S. I. Horatius videre fessos vomerem inversum boves collo trahentes languido. et hoc vult dicere: omnia excepto amore finiuntur.

67. ET SOL CRESCENTES D. D. V. variavit, nam ait supra ⟨I 83⟩ maioresque cadunt altis de montibus umbrae. 'duplicat' autem auget: Sallustius et Marius victus duplicaverat bellum.

68. ME TAMEN VRIT AMOR cum iam calor sit solis exhaustus.

69. QVAE TE DEMENTIA CEPIT id est cur amoribus vacas, cum multa sint, quae debeas in agro perficere?

70. SEMIPVTATA TIBI F. V. I. VLMO EST plus est, quam si inputata diceret; tolerabilius enim est non incipere aliquid, quam incepta deserere: hinc est illud in primo ⟨37⟩ mene incepto desistere victam? item in georgicis ⟨III 519⟩ atque opere in medio defixa reliquit aratra. sane geminam arguit neglegentiam, et quod semiputata vitis est, et quod frondosa ulmus; nam utrumque obest: unde est in georgicis ⟨II 410⟩ bis vitibus ingruit umbra. et aut simpliciter intellegimus hunc locum, ut suam arguat neglegentiam: aut certe illud est: non mirum, me esse dementem, qui habeo vites semiputatas. nam in sacris dicitur, quod corripiatur furore qui sacrificaverit de vino, quod est de vitibus inputatis.

71. QVIN TV quin immo. hortantis est. QVORVM INDIGET VSVS id est quae rusticus usus requirit. sane et 'eget illa re' dicimus, ut eget ille senatu, et 'eget illius rei': unde est 'indiget' nam et hoc utroque iungitur casui.

---

4 Horatius] epod. II 63 ‖ 9 Sallustius] hist. I 26 Dietsch. I 31 Kritz

---

1 VOLVPTAS] id est et coridon (*leg.* Corydona) et alexin uel generaliter omnem hominem. et *add. R* ‖ notatur a criticis] i. e. reprehenditur a maioribus *supr. vers. m* ‖ 2 super *P* ‖ 3 possibilitatem] excusari tamen potest, quia sententia vulgata est, ut Terentius in Andria dat servo: ne quid nimis *add. Masvicius* ‖ 4 fesso *H* ‖ 5 uomeres *P* uomere *RH* ‖ uersum *M* ‖ 6 omnia] quod omnia *R* ‖ finiuntur] uel quod omnia coepta finiantur amore *add. R* ‖ 7 variavit] locutionem *add. R* ‖ 9 auget] naturale est enim ut sole in occasum uergente maiores umbrae efficiantur *add. R* ‖ duplicauerant *A* ‖ 11 cum... exhaustus] subaudi cum...exhaustus, ego tamen amore ardere non cesso *R* ‖ 12 *ad v.* 69 A Corydon: interiectio dolentis est *R* ‖ 16 me *H* ‖ 18 reliquid *APH* ‖ 19 est] sit *vulgo* ‖ 21 intellegamus *R* ‖ 25 inputatis] vel alio sensu: sicut semiputata vitis tarde fructus suos facit, ita ego tarde adquiram gratiam Caesaris bucolico carmine. Vult se intelligi Aeneidos scripturum Caesari. Debuisti perfectiora carmina componere, non sic vilia *add. Masvicius. cf. schol. Bern. et I. Filarg. explan.* ‖ 28 unde est] sic et *R* ‖ 29 utroque *libri. cf. Neue For-*

72. DETEXERE multum texere, finire, perficere; nam modo 'de' non minuentis est, sed augentis.

73. INVENIES ALIVM SI TE HIC F. A. alium Alexin, id est alium puerum formosum, qui te minime spernat. et volunt quidam, hoc loco allegoriam esse antiquam in Augustum, ut intellegamus, invenies alium imperatorem, si te Augustus contemnit pro agris rogantem. sed melius simpliciter accipimus hunc locum: nam nihil habet, quod possit ad Caesarem trahi. illud vero paulo post paene aperte dicetur in Augustum Caesarem ⟨IX 5⟩ quoniam Fors omnia versat.

ECLOGA TERTIA.

1. DIC MIHI DAMOETA transiit in eclogam plenam iurgii et conviciorum pastoralium: qui enim bucolica scribit, curare debet ante omnia, ne similes sibi sint eclogae. quod etiam Vergilius fecit: nam prima habet unius otium et alterius, qui de suo agro pellitur, conquestionem; secunda amantem exprimit rusticum; haec vero lites habet et altercationem. unde etiam dramatico charactere scripta est; nam nusquam poeta loquitur, sed introductae tantum personae. novimus autem tres characteres hos esse dicendi: unum, in quo tantum poeta loquitur, ut est in tribus libris georgicorum; alium dramaticum, in quo nusquam poeta loquitur, ut est in comoediis et tragoediis; tertium, mixtum, ut est in Aeneide: nam et poeta illic et introductae personae loquuntur. hos autem omnes characteres in bucolico esse convenit carmine, sicut liber etiam

---

18 novimus autem e. q. s.] exscr. Isid. or. VIII 7, 11. cf. Diom. p. 482, 14 sqq. K.

---

menl. II² *p.* 253 *sqq.* ‖ casui] Paras: pro para. indicatiuum pro imperatiuo posuit *add.* *R* ‖ 1 multum texere *om.* *P* ‖ 2 augentis] et hortatur se quasi rusticum ut aliquid operis exerceat et non rebus inutilibus uacet et, si aliud non ualet, fiscellas uel corbes texat *add.* *R* ea quae viminibus et fortioribus sunt alliganda, tu molli iunco vis ligare, id est amicitiam vili carmine quaeris bucolico *add.* *Masvicius* ‖ 3 id est alium puerum *BR*: id est *om.* *reliqui* ‖ 4 formosissimum *vulgo* ‖ minime spernat] non spernat. Fastidit: despicit et spernit *R* ‖ 5 ad augustum *R* ‖ 6 si te hic Augustus *Lion* ‖ 7 melius est s. accipimus (a *supra* i) *P* melius est si s. accipimus *H* melius est ut s. accipiamus *R* ‖ 9 aparte *A* ‖ 10 III EGLOGA *A* FINIT. TERTIA EGLOGA SERVII IN VIRGILIO INCIPIT *P* DE ECLOGA SECVNDA FINIT INCIPIT DE TERTIA *R*.

11 transit *vulgo* ‖ eglogam *libri, ut solent* ‖ iurgii] litigii *vulgo* ‖ 12 conuiciorum *BP*: conuitiorum *reliqui* ‖ scripsit *AM* (*corr.* *m*) ‖ 16 caractere, *ut infra bis* caracteres *libri.* uel carmine *add.* *R* ‖ 18 hos *om.* *M* ‖ unum] exagematicon *add.* *H* exegematicum *add.* *M*, *non habet Isidorus.* *ceterum* exegeticon *vel* diegematicon *dici debuit* ‖ 20 loquitur] sed introductae tantum personae *add.* *Masvicius* ‖ 22 inductae *PH* ‖ locuntur *AM*

iste demonstrat. nam habet in quo tantum poeta loquitur, ut ⟨IV 1⟩ Sicelides musae, paulo maiora canamus; habet mixtum, ut ⟨X 1⟩ extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem — nam etiam Gallum illic inducit loquentem —; habet dramaticum, ut in prima ecloga, item in hac, quam miro ordine, ex rebus communibus veniente, composuit: habet enim in ipso quasi primo occursu lites et iurgia; inde quaeritur iudex, quo praesente habent conflictum et disceptationem; sequitur inde sententia, quae universa concludit. CVIVM PECVS ab amaritudine coepit; nam dicendo 'cuium pecus' ostendit eum esse mercennarium. 'cuium' autem antique ait, vitans homoeoteleuton, ne diceret 'cuius pecus', quod modo trium est generum. antiqui dicebant sicut 'meus mea meum', sic 'cuius cuia cuium': Terentius quid? virgo cuia est?

2. NON, VERVM AEGONIS amare etiam hic, rivalis eius pecora esse, dicit, ut et divitias illius ostendat, et dicat duras esse huius (partes), si quidem rivalis eius, traditis ovibus, solus amicae communis amoribus vacet. MIHI TRADIDIT meae fidei commisit et credidit.

3. NEAERAM amicam communem suam et Menalcae.

4. DVM FOVET dum amplectitur. PRAEFERAT ILLA VERETVR ac si diceret, ideo timet ab illa discedere, quia scit me praeferri, si ipse discesserit.

5. BIS MVLGET IN HORA quod bis per totum diem debet in ovibus fecundis fieri: nam pro laude in georgicis ⟨III 400⟩ posuit,

13 Terentius] Eun. II 3, 30

1 nam habet in quo poeta loquitur tantum *A* n. h. simplicem in quo tantum poeta loquitur *PR* nam habet exagematicon *H* nam habet *BM* (illum exegematicum in quo t. p. l. *in marg. add. m*) ‖ 4 loquentem] et poeta loquitur *add. R* ‖ 6 uenientem *H* ‖ 7 habent *ABRm*: habeant *PH* habet *M* ‖ 10 mercennarium] quasi qui non suum sed alterius pascat pecus *add. R* est autem Theocriti carmen (IV 1 *sq.*) *Εἰπέ μοι, ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἦ ῥα Φιλώνδα; Οὐκ, ἀλλ' Αἴγωνος add. Stephanus* ‖ cuium] cum *R* ‖ 11 quod trium generum dicebant antiqui *a* (*ante* trium *quattuor litterae radendo deletae in A, item una ante* generum); *sed cf. schol. Bern. et Serv.* (*Serg.*) *comm. in Don. p.* 436, 11 *K.* ‖ 13 quod *A* ‖ 14 AEGONIS] id est non est moeliboei sed egonis *add. R* ‖ hic *libri*: haec *exemplaria praeter Lionianum* ‖ riualis en eius *H* ‖ 15 ut...partes] ut ostendat et diuitias illius esse et dicat duras huius *R* ‖ duras] pecudes *M* ‖ 16 partes *additur vulgo. fortasse* et curas iniciat huius animo ‖ eius] ei *PH* eius qui *M, om. R* ‖ 17 vacet] nam egon riualis intellegitur menalcae *add. R* ‖ 18 credidit] Infelix o semper ouis pecus: ordo est 'o infelix pecus semper ouis', id est semper futurum imbecilla (imbecille *vulgo*) *add. R, ed. Steph.* ‖ 19 suam] sibi *R* ‖ 22 discesserit] Hic alienus ouis custos: id est mercennarius alterius. et uertit se ad ipsum pastorem *add. R.* Alienus: alienus dicitur, quamvis fuisset de ipsis et non sit alienus; propter crudelitatem et avaritiam dicitur alienus *add. Masvicius* ‖ 23 bis *scripsi*: uis *R* uix *reliqui* ‖ debet] potest *exemplaria praeter Lionianum* ‖ 24 fieri] iste in una hora facit, ut sibi iam plus adquirat de alieno pecore *add. R*

bis ad diem mulgeri oves, dicens quod surgente die mulsere horisque diurnis, nocte premunt; quod iam tenebris et sole cadente, sub lucem exportant calathis. quid autem sit 'bis mulget in hora' ipse dicit, 'et sucus pecori et lac subducitur agnis'.

7. PARCIVS melius hic distinguitur: licet possit dici etiam 'parcius ista'. sensus autem est: noli valde haec obicere, tamen scias viris fortibus obiciendas rapinas: ipse enim ait in VIIII. ⟨610⟩ convectare iuvat praedas et vivere rapto.

8. NOVIMVS ET QVI TE subaudis 'corruperint', quod suppressit verecunde, licet Theocritus aperte ipsam turpitudinem ponat et exprimat. TRANSVERSA TVENTIBVS HIRCIS hircos, id est capros, libidinosa constat esse animalia: unde Horatius libidinosus immolabitur caper et agna Tempestatibus. quod etiam Plinius Secundus dicit hirci si casu aliquo coeuntes vident, adeo indignantur, ut in eos paene impetum faciant. hinc est 'transversa tuentibus hircis', id est vestram turpitudinem indignantibus. alii hoc inprobant et legunt 'hirquis' — hirqui autem sunt oculorum anguli secundum Suetonium Tranquillum in vitiis corporalibus —, ut sit sensus: novimus, qui te corruperint, hirquis transversa tuentibus, ut sit hypallage pro 'oculis in hirquos retortis', quam rem solet libido perficere: unde Iuvenalis ⟨VII 241⟩ oculosque in fine trementes, Persius ⟨I 18⟩ patranti fractus ocello.

9. SED FACILES NYMPHAE RISERE ideo, inquit, indulserunt nymphae, quia mites sunt et exorabiles: sic in georgicis ⟨IV 535⟩ et faciles venerare napaeas. SACELLO id est in loco sacro; nam diminutive dictum est.

---

13 Horatius] epod. X 23 ‖ 19 secundum Suetonium] p. 272, 3 Reiffersch. cf. Isid. or. XII 1, 14

---

5 agnis] Sucus pecori: id est pinguedo. Lac subducitur agnis: non habent oues nimium mulsae unde agnos nutriant: uel etiam ipsas oues agnos uocant, quibus dicit lac subduci id est auferri *add. R* ‖ 6 PARTIVS *AH* ‖ hic est distinguendum *R* ‖ 7 partius *APHM* ‖ et est sensus *R* ‖ hoc *H* ‖ 8 in VII. ⟨749⟩ *vulgo. sane eo loco* convectare *legitur, cum* IX 610 comportare *legatur* ‖ 9 iubat *PH* iubet *R* ‖ rapto] Memento: pro scito *add. R* ‖ 10 corruperunt *A* ‖ 11 exprimat] ἦ οὐ μέμνασ' ὅτ' ἐγώ κατήλασα καὶ τὺ σεσαρὼς εὖ πότε κιγκλίζεν (V 116) *add. Stephanus,* figura haec est brevitatis per detractionem, non tamen ἀποσιώπησις, ut in IX (3, 59) ait Quintilianus: nam in ἀποσιωπήσει quid taceatur est incertum aut longiore sermone explicandum, hic unum verbum et manifestum quidem desideratur. porro 'faciles nymphae' clementes, te pro tua turpitudine non punientes *add. Masvicius* ‖ 12 HYRCIS *AM* ‖ hyrcos *AM* ‖ 13 libinosos *P* ‖ 15 by^r^ci *M*: idcirco *APHR* ‖ uiderint *R* ‖ 16 in eo *P* ‖ paene *om. P* ‖ 18 hyrquis *ut et infra M* ‖ hirci sunt *H* ‖ 19 sutonium *A* ‖ 23 fractus *M*: fructus *APHR* ‖ ocellos *P* ‖ 24 ideo inquit *PM*: ideoque *A* ideo quid *BH* propitiae ideoque *R* ‖ 26 uenare *P* uenenare *H* ‖ neapeas *A* ‖ *scholium*

10. TVM CREDO et rustice et naturaliter respondet: non enim ante purgat obiecta, sed alia obicit. ita enim irati facere consuerunt, cum aut non potuerint aut noluerint obiecta dissolvere.

11. MALA FALCE qua tu male uteris. et dictum est ex affectu utentis, sicut inutile ferrum cingitur. in hoc autem maximum nefas est quod ait 'vites novellas', quia vetulae et cum utilitate inciduntur. fuerat autem capitale supplicium arbores alienas incidere. et 'arbustum' quidam locum, in quo arbores sunt, volunt accipere, sicut salictum.

12. ARCVM ET CALAMOS nam habent arma pastores, ut in georgicis docuit ⟨III 345⟩ armaque Amyclaeumque canem Cressasque pharetras.

13. PERVERSE MENALCA aut converse ad turpitudinem: aut intellegamus fuisse quendam Menalcam nobilem, ut istum perversum Menalcam dixerit illius comparatione: sic Sallustius saevus iste Romulus.

15. ALIQVA aliquatenus, aliqua ratione.

16. QVID DOMINI FACIANT A. C. T. FVRES plerumque personae suis nominibus exprimuntur, plerumque etiam per officia designantur, ut si dicas 'philosophus', nomen ipsum ponis, si autem velis dicere 'sapientiae operam dans', personam exprimes per officium, sicut hoc loco fecit: nam pro servo furem posuit; furta enim specialiter servorum sunt: sic Plautus de servo homo es trium litterarum, id est fur.

17. NON EGO TE VIDI manifesti eum furti arguit dicendo 'vidi'.

18. EXCIPERE dolo capere, ut excipit incautum. LA-

---

5 inutile] A. II 510 ‖ 8 arbustum ... salictum] exscr. Isid. or. XVII 6, 2 ‖ 15 Sallustius] or. Lepidi § 5 p. 111 Iord. hist. I 41 Dietsch. 45 Kritz. ‖ 22 nam ... sunt] cf. Non. p. 310, 18 ‖ 23 Plautus] Aulul. II 4, 46 ‖ 26 excipit] A. III 332

---

ad SACELLO *adscriptum ante* TRANSVERA *hab. APHM, ante* SED FACILES *R* ‖ DE SACELLO de quo loco *R* ‖ 1 CREDO] Ordo est: tum credo cum uidere, subaudi 'nymphae', incidere me mala falce arbustum myconis et nouellas uites *add. R* ‖ 3 dissolvere] et iste quasi sub sua persona alteri obicit crimen *add. R* ‖ 6 quia *PRM*: quam *ABH* nam *Stephanus* ‖ 7 absciduntur *R* ‖ 9 salictum] ARCVM ET CALAMOS rursus et iste rusticus discrimen obicit. et est sensus, quasi dicat: aut forte cum te vidi, cum fregisti arcum et calamos Daphnidis, id est alterius pastoris, ut videlicet ei malitiam simul et invidiam obiciat, *quae Burmannus in L extare affirmat, add. Masvicius* ‖ 13 aut peruerse *R* ‖ 15 saeuus *Servii libri* scaeuus *Sallustii Vaticanus* ‖ 16 *ad v.* 14 Cum uidisti puero d. d.: id est arcum et calamos: neutrum enim saepe absolute positum diuersa genera comprehendit *R* ‖ 17 aliquatenus *om. A* ‖ 18 QVID FACIANT D. *ABM* ‖ DOMINI *om. P* ‖ 19 etiam *om. BRM* ‖ 20 ipsius *R* ‖ 21 exprimes *H*: exprimens *AB* exprimis *PRM* ‖ 24 fur] nam praemisit 'quid domini' et secutus est 'fures', id est serui. Non: id est nonne *add. R* ‖ 25 manifesti eum *M*: manifesti enim *AH* manifestum enim *B* manifeste num *P* (manifeste enim *p*) manifeste enim eum *R* ‖ vidi] Pessime: subaudi 'damoeta' *add. R*

TRANTE LYCISCA lycisci sunt, ut etiam Plinius dicit, canes nati ex lupis et canibus, cum inter se forte misceantur.

20. POST CARECTA L. loca caricis plena. carix autem herba est acuta et durissima, sparto similis: alibi et carice pastus acuta. sane hoc loco superfluam volunt esse allegoriam, dicentes rem nusquam lectam de Vergilio. aiunt enim hoc: Varus, tragoediarum scriptor, habuit uxorem litteratissimam, cum qua Vergilius adulterium solebat admittere, cui etiam dedit scriptam tragoediam, quam illa marito dedit tamquam a se scriptam. hanc recitavit Varus pro sua: quam rem dicit Vergilius per allegoriam; nam tragoediae praemium caper fuerat: Horatius carmine qui tragico vilem certavit ob hircum. sed melius simpliciter accipimus: refutandae enim sunt allegoriae in bucolico carmine, nisi cum, ut supra diximus, ex aliqua agrorum perditorum necessitate descendunt.

23. MEVS CAPER mihi debitus merito victoriae.

24. REDDERE POSSE N. scilicet ne suo iudicio videretur esse superatus.

25. CANTANDO TV ILLVM imperitus peritum. CERA IVNCTA FVIT supra ⟨II 32⟩ Pan primus calamos cera coniungere plures instituit.

26. IN TRIVIIS consuetudo enim fuerat ut per trivia et quadrivia ulularent et flebile quiddam in honore Dianae canerent rustici ad reddendam Cereris imitationem, quae raptam Proserpinam in triviis clamore requirebat. novimus autem eandem esse Proserpinam, quam Dianam: sic in Aeneide ⟨IV 609⟩ nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes.

---

1 lycisci...misceantur] exscr. Isid. or. XII 2, 28 ‖ 3 carix...acuta] exscr. Isid. or. XVII 9, 102 ‖ 4 alibi] georg. III 231 ‖ 10 nam tragoediae... hircum] cf. Isid. or. VIII 7, 4 ‖ 11 Horatius] a. p. 220

---

1 licisci *A* lycysci *M* luscici *R* lyciscae *vulgo* ‖ 2 *ad v.* 19 *sq.* Proripit: id est aufugit et a conspectu aufert uel errat. Ille: id est caper. Tityre: alius pastor. Coge: id est collige et in unum redige *R* (*ed. Steph.*) *ad v.* 19 PRORIPIT ingerit, immittit. ILLE fur *Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 4 sparto] i. e. past *supr. vers. m* ‖ 5 sane ut Servius dicit super hoc loco *Daniel* ‖ 8 committere *R* ‖ 11 fuit *R* ‖ 12 accipiamus *R* ‖ 15 *ad v.* 21 Cantando: id est dum ego canto *R*. AN pro 'ergo', ut Comminianus dicit *Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 16 mihi *M, om. reliqui* ‖ deditus *A* ‖ victoriae] Fatebatur: confitebatur me esse uictorem *add. R* ‖ 19 ILLVM] subaudis 'meruisti' aut certe 'superasti' id est *add. R* ‖ CERA...supra] VINCTA coniuncta supra *R* ‖ VINCTA *H* ‖ 20 primos *A* ‖ 22 IN TRIVIIS] triuium est ubi tres uiae simul ueniunt *add. R* ‖ consueto *P* (consuetudo *p*) ‖ quadruuia *A* ‖ 23 in honore *libri*, in honorem *vulgo* ‖ 24 inmitationem *R* initiationem *coni. Heinsius*

27. MISERVM CARMEN triste, flebile, quale canunt stipulae, et quod congruit ad imitationem matris orbatae.

28. VIS ERGO INTER NOS aut nostri comparatione: aut, quod melius est, nullo iudice praesente; postea enim ex inproviso Palaemon adveniet. VICISSIM EXPERIAMVR id est amoebaeo carmine. amoebaeum autem est, quotiens qui canunt, et aequali numero versuum utuntur, et ita se habet ipsa responsio, ut aut maius aut contrarium aliquid dicant, sicut sequentia indicabunt.

29. EGO HANC VITVLAM subdistingue, ut ita intellegamus: ne eam vilem existimes.

30. BIS VENIT AD MVLCTRAM BINOS ALIT VBERE FETVS ut eam laudare et ex fetu et ex aetate videatur. male enim quidam quaestionem movent, dicentes, vitulam parvam esse nec congruere ut eam iam enixam esse dicamus, sed debere nos iuvencam subaudire, ut sit: ego hanc iuvencam pono, vitulam ne forte recuses. nam et vitula a viridiore aetate dicta est, sicut virgo, et paulo post ipse dicturus est ⟨48⟩ si ad vitulam spectas, nihil est quod pocula laudes, item ⟨109⟩ et vitula tu dignus et hic: unde iuvencam subaudire non possumus, sed secundum superiorem sensum intellegamus. vitula enim est nomen aetatis, non quod tantum ante partum iuvencae possideant. MVLCTRAM et feminino genere dicimus 'haec mulctra' et neutro 'hoc mulctrare', unde est in georgicis ⟨III 177⟩ implebunt mulctraria vaccae. alii faciunt discretionem, ut sit 'mulctra' tempus quo mulgentur animalia, 'mulctrare' vas in quod mulgentur.

31. DEPONO in sponsione colloco, sequestro.

32. DE GREGE NON AVSIM Q. D. T. supra enim eum aliena pascere dixit animalia, ut ⟨1⟩ dic mihi Damoeta, cuium pecus?

33. INIVSTA NOVERCA epitheton generale novercarum.

---

16 nam et vitula e. q. s.] cf. Isid. or. XI 2, 21 et XII 1, 32 ‖ 25 mulctrare...mulgentur] cf. Isid. or. XX 6, 7

---

1 CERTAMEN *H* ‖ quale...congruit] quale solent rustici reddere. Stipula: per stipulam quod congruit *R* ‖ 6 est] carmen *add. H* ‖ 8 dicat *Stephanus* ‖ indicabunt] Experiamur: id est probemus *add. R* ‖ 9 VITVLVM *A* (*corr. a*) ‖ hic subdistingue *R* ‖ 10 existimes] quod dicit 'ne forte recuses' *add. R* ‖ 12 et *ante* ex fetu *om. BPH* ‖ 15 depono *vulgo* ‖ 16 et *om. P* ‖ 17 spectes *AB* (*corr. b*) ‖ 18 laudas *AB* (*corr. a*) ‖ 21 iuuencae *PRH*: uaccae *ABM* ‖ possideat *A* ‖ 22 mulctra] uas in quo mulgetur *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ mulctrare (t. le) *H* ‖ 25 mulctrale *AB* (*corr. b*) mulctrares (les) *H* ‖ vas *M*, *om. reliqui* ‖ in quo *AB* (in quod *a*) ‖ 26 DEPONO] in pignere pono *add. R* ‖ sequestro] QVO PIGNORE qua sponsione, quia pignus sponsioni est *add. Daniel. cf. schol. Bern.* Tu dic mecum q. p. c.: id est quid pigneris loco statuas. Non ausim: id est non audio uel audeam. Deponere: in pignore collocare *add. R*

34. BISQVE DIE N. A. PECVS et cum vadit ad pascua et cum inde revertitur. ALTER ET HAEDOS male quidam privignum accipiunt: 'alter' enim de duobus dicimus, non de tribus. unde 'alter' de noverca intellegamus, nec nos moveat, quod 'alter' dixit de femina: nam et in subauditione ponuntur ea quae non possumus dicere, et scimus, quia quotiens haec duo genera iunguntur, femininum non praeponderat.

36. INSANIRE LIBET QVONIAM TIBI vel sub sponsione contendere, vel, quod melius est, carmina componere: nam insani dicuntur poetae.

37. DIVINI OPVS ALCIMEDONTIS laus ab artifice: Cicero Polycliti esse dicebant. POCVLA autem FAGINA quasi rem maximam.

38. QVIBVS TORNO FACILIS Donatus sic legit: legitur tamen et 'torno facili' ad excludenda duo epitheta, quod est in latinitate vitiosum, si sit 'lenta facilis vitis'.

39. CORYMBOS uvas hederarum.

40. CONON dux fuit, cuius nomen dicit, quia in omnium ore versatur: nam philosophi tacet, quod non facile potest ad rusticum pervenire. et bene ea dicit philosophi, quae ad rusticum pertinent, ut 'tempora quae messor, quae curvus arator haberet'.

41. RADIO id est virga philosophorum, qua geometrae lineas indicant. inventa autem est haec ars tempore, quo Nilus plus aequo crescens confudit terminos possessionum: ad quos innovandos adhibiti sunt philosophi, qui lineis diviserunt agros. (inde) geometria dicitur, cum non tantum terrae, sed et maris et caeli et

---

3 alter enim...tribus] cf. Isid. diff. verb. 30 ‖ 11 Cicero] in Verrem act. II lib. IV 3, 5 ‖ 23 inventa autem est e. q. s.] cf. Isid. or. III 10, 1

---

1 cum vadit *ego*: conuadit *R* dum uadit *reliqui* ‖ dum inde *vulgo* ‖ 2 AEDOS *libri* ‖ privignum] i. e. filiastrum *supr. vers. m* ‖ 5 non *om. A* ‖ 6 femininum non praeponderat *PH*: femininum praeponderat *AB* masculinum praeponderat non femininum *R* masculinum praeponderat *M* ‖ 7 praeponderat] Fatebere: pro 'fateberis', id est quod multo tu ipse maius esse dices *add. R* ‖ 10 poetae] qui sunt divino furore conciti *add. Fabricius*, pro mendaciis scilicet variisque quibus uacant fictionibus *add. Masvicius.* Pocula: uasa ad bibendum. Fagina: de fago, quasi rem maximam dixit. Caelatum: pictum uel sculptum *add. R* ‖ 11 ab arte *A* ab arti *B* ‖ Cicero ... maximam *om. R* ‖ 14 legit] id est facilis *add. R* ‖ 16 vitis] Lenta: flexibilis. Torno: tornatura. Vestit: ornat *add. R* ‖ 17 ederarum *APM*. In medio: id est poculi *add. R* ‖ 18 fuit] atheniensium *add. R* ‖ 19 tacet] nomen *add. B* ‖ nam ... tacet] Et quis fuit alter: philosophi nomen tacet *R* ‖ 20 pertinere *R* ‖ ea] tantum *add. R* ‖ quae ad rusticos pertinent, hoc est terrae culturam *R* ‖ 21 ut ... haberet *om. R* ‖ 22 qua...indicant] quae geometriae lineas indicat *R* ‖ quia *P* ‖ geometrae *PM*: geometriae *A* geometrici *B* geometrice *H* ‖ 23 quo apud aegyptum nilus *R* ‖ 25 inde *additur vulgo* ‖ geometrica *PH*

aeris spatia metiri consueverit. significat autem aut Aratum aut Ptolomaeum aut Eudoxum.

43. NECDVM ILLIS LABRA ADMOVI hypallage est — pocula enim labris adhibemus —, ut dare classibus austros. et tantam in eis dicit venerationem, ut necdum illis usus fuerit.

44. IDEM ALCIMEDON irrisio est, facta iteratione verborum. et mire omnia in vituperationem trahit, quae ille laudavit. ET NOBIS FECIT ac si diceret: putas te solum habere pocula? cui enim Alcimedon non fecit? tu pro reverentia ea non tangis, ego ideo, quia vilia esse existimo.

45. MOLLI ACANTHO quia ille dixerat ⟨38⟩ 'lenta vitis'.

46. SILVASQVE SEQVENTES non secutas, sed quasi adhuc sequentes.

49. NVMQVAM HODIE EFFVGIES ac si diceret: excusationes, ne contendas, requiris, non quia vilia aestimas pocula. VENIAM descendam.

50. AVDIAT HAEC TANTVM subaudis 'aliquis'. 'tantum' autem ideo, quia suspicatur eum victum non posse cedere, qui ita etiam ante certamen est contumax. VEL QVI quasi requirentis est, cum subito Palaemon adveniat. alii distingunt 'vel qui venit'. bene autem dubitat, ne eum ipse inmisisse videatur et sit credibile, quod ad eius iudicet gratiam. hoc etiam Damoetas sentiens dicit 'nec quemquam fugio', id est consentio etiam ad editicium iudicem: editicius autem est iudex quem una pars eligit.

---

4 dare] A. III 61

---

1 consueuerint *M* ‖ 2 tholomeum *AH* ptholomeum *Ma* ‖ Eudoxum] Tempora quae messor: id est quando oportebat agricolam metere. Quae curuus arator: hoc est quando esset arandum *add. R* ‖ 4 adhibemus] non labia poculis *add. R* ‖ et ... fuerit] et tantam eis dicit habere uenerationem, ut necdum illis labra admouerit, hoc est necdum eis sit usus. 'admoui' autem est applicui. Condita: id est reposita *R* ‖ 9 tu pro reuerentia eis non uteris, ego ea quasi uilia esse existimo *R* ‖ ego ideo *PM*: haec uideo *AB* sed ego *H* ‖ 10 quia *om. H* ‖ existimo] Circum: in circuitu *add. R* ‖ 11 ACANTHO] genus est floris *add. R* (*ed. Steph.*) ‖ vitis] Orphea: Orpheus fuit poeta theologus cytara canens tanta dulcedine, ut siluas mouere diceretur. 'Orphea' autem accusatiuus est grecus *add. R* ‖ 12 non ... sequentes] bene sequentes adhuc dicit, non secutas, ut sculpturam, quae erat in poculis, et artificis peritiam laudet *R* (ut a. p. l. *ed. Steph.*) ‖ 15 quaeris *R* ‖ aestimes *R* ‖ 18 non *om. H* ‖ 19 VEL QVI] quod autem 'uel qui' dicit *R* ‖ cum subito Palaemon adueniat *P*: cum subito palaemon *ABH* cum subito uenit palaemon *M* et tamquam subito uideat palemonem superuenientem dicat uenit ecce palemon *R* ‖ 22 gratiam] Effitiam posthac: meo certamine et uictoria fatiam. Lacessas: fatiges. Quin age si quid habes: id est in certamen et fac quicquid potest (*lege* potes). Mora: tarditas uel pigritia, Non erit ulla: id est non cunctabor inire certamen *add. R* ‖ hoc ... dicit *om. R* ‖ etiam] autem *M* ‖ dametas *A*: menalcas *BPHM* ‖ sensiens *P* (sitiens *p*) ‖ 23 edititium *et* edititius *P* ‖ 24 eligit] Cicero pro Plancio (XV 36) 'neque enim quidquam in hac lege nisi edititios iudices secutus' *add. Masvic.*

53. VICINE PALAEMON benivolum reddit ex vicinitatis commemoratione: Terentius vel virtus me tua vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitiae puto.

56. NVNC OMNIS AGER NVNC OMNIS PARTVRIT ARBOS ipse alibi parturit almus ager. sane bene subdidit 'nunc frondent silvae' referens ad arbores steriles: nam 'parturiunt' de pomiferis dicimus. vult autem tempus exprimere, quo et deliciae sunt in agris et rustici minus laborant, ut sit duplex ad cantilenam invitatio.

59. MENALCA ALTERNIS DICETIS quia quasi iratus fuerat, quod Damoetae prior locus dabatur, ait 'alternis dicetis': in amoebaeo enim carmine difficilior pars respondentis est, qui non pro suo arbitrio aliquid dicit, sed aut maiorem aut contrariam format responsionem, ut diximus supra ⟨28⟩. CAMENAE musae, quibus a cantu nomen est inditum.

60. AB IOVE PRINCIPIVM MVSAE vel musae meae ab Iove est principium: vel o musae, sumamus ab Iove principium. est autem Arati, qui ait *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν ἄρρητον.* IOVIS OMNIA PLENA Lucanus ⟨IX 580⟩ Iuppiter est quodcumque vides, quodcumque moveris, ipse alibi spiritus intus alit, totamque infusa per artus mens agitat molem: ipse enim est spiritus, sine quo nihil movetur aut regitur.

61. COLIT TERRAS amat: ceterum superior colitur, non colit inferiorem: sic alibi unam posthabita coluisse Samo, id est amasse. nec mirum si rusticus sumpsit ab Iove principium, quem amare terras constat et habere carminum curam.

62. ET ME PHOEBVS AMAT aut simile est quod dicit, quia unicuique deus, quem colit, summus videtur, ut summe deum,

---

2 Terentius] Heautontim. I 1, 4 ‖ 4 alibi] georg. II 330 ‖ 19 alibi] A. VI 726 ‖ 22 Colit amat] cf. Non. p. 250, 15 et Don. ad Ter. Adelph. III 2, 54 ‖ 23 alibi] A. I 15 ‖ 27 summe] A. XI 785

---

3 puto] Res non parua: id est non parua contentio. Reponas: id est aduertas quae inuicem certantes prosequemur *add.* *R* ‖ 4 ARBOS] id est fructum profert *add.* *R* ‖ 5 sane...dicimus] Nunc frondent siluae: bene hoc addidit referens...dicimus. Frondent autem tantummodo quae sine fructibus sunt *R* ‖ 7 delitiae *AM* ‖ sint *A* ‖ 9 *malim* quasi iratus fuerit Menalcas ‖ 10 prior *R*: prius *reliqui* ‖ ait] idcirco dicit *R* ‖ 11 qui] quia *M* ‖ 12 dicat *P* ‖ 16 est autem... *ἄρρητον* *om.* *H* ‖ est aut temerati quia ite ΚΑΑΙΟϹ ΑΡΞΩΜΕΘΑ ΟΝΟΥΛΕΠΟΤ ΑΝΑΡΕϹ ΕΩΜΕΝ ΑΡΡΗΤΟΝ *A* est autem temerati qui ait ΚΑΟΙΟΚΑΡΖΩΜΘΘ ΛΟΝ ΟΥΛΕ ΠΑΟΤ ΑΝΑΡΕϹΘΩΜΕΝ ΑΡΡΝΤΟΝ *P* est autem erati qui ait ΕΚΑΑΙΟϹ ΑΡΞΩΜΕΘΑ ΟΝΟΥΑ ΕΠΟΤΑΝΑΡΕϹ ΕΩΜΕΝ ΡΡΗΙΟΝ *M* aut temeritate *R* qui ait... *ἄρρητον* *omissis* ‖ 18 PLENA] in omnibus est iuppiter *add.*, Lucanus...molem *om.* *R* ‖ 19 vides quodcumque *om.* *APH* ‖ 21 aut] ac *H* ‖ 23 inferiorem *BRa*: superiorem *APHM* ‖ unum *P* ‖ 24 si rusticus *M*: siculus *AB* si siculis *P* (siculis *del.* *p*) si sic///// *H* (siculus *fuisse videtur*) si *R*

sancti custos Soractis Apollo, ut Apollinem exaequaverit Iovi: aut certe ordo sit talis 'me et Phoebus amat', ut et plus dicat, nec Iovi videatur Apollinem comparare.

63. SVA MVNERA ipsi grata, id est laurus et hyacinthus. nam scimus et Daphnen, Ladonis fluminis Arcadiae filiam, dilectam ab Apolline et Terrae miseratione in laurum conversam, et Hyacinthum amatum tam a Borea quam ab Apolline: qui cum magis Apollinis amore laetaretur, dum exercetur disco, ab irato Borea eodem disco est interemptus et mutatus in florem nominis sui.

65. ANTE VIDERI antequam lateat: Horatius nunc et latentis proditor intimo gratus puellae risus ab angulo.

66. OFFERT VLTRO iste plus dicit lege amoebaei carminis.

67. DELIA NOSTRIS Deliam alii amicam priorem volunt, alii Dianam, quae est a Delo et est canibus nota, per quos venamur, quasi dea venationis. nam si ad amicam referas, hoc dicit: sic ad me frequenter Amyntas venit, ut canibus meis notior sit, quam amica Delia.

68. PARTA praeparata. MEAE VENERI meae amicae.

69. AERIAE aerii coloris. CONGESSERE nidificavere.

71. AVREA MALA DECEM MISI plus dicit: nam cum ille dixisset se esse missurum, iste se iam misisse confirmat. 'aurea' autem aurei coloris. et volunt quidam hoc loco allegoriam esse ad Augustum de decem eclogis: quod superfluum est: quae enim necessitas hoc loco allegoriae?

73. DIVVM REFERATIS AD A. ita, inquit, mecum dulce locuta est Galatea, ut deorum auditu eius digna sint verba.

74. ANIMO NON SPERNIS id est libentissime habes. et est litotes figura, sicut munera nec sperno. et multi hunc locum allegoricos accipiunt, ut videatur Augusto dicere: quid prodest quia me diligis, si ad capiendos hostes pergens in otio me relinquis? dicitur enim Vergilius sequi voluisse Augustum contra Antonium ad Actiaca bella properantem. AMYNTA vocativus graecus est.

---

4 nam scimus e. q. s.] exscr. mythogr. I 116 et 117. cf. mythogr. II 181 || 10 Horatius] carm. I 9, 21 || 28 munera] A. VII 261

---

2 ordo talis est *R* || dicat] non solum iupiter *add. R* non solum Iupiter, sed et Phoebus *add. Masvicius* || 8 exerceretur *RH* || 10 VIDERI] a me *add. Stephanus* || 14 uenatur *R* || 19 AEREAE *et* aerei *H* || nidificare *AH* (*corr. a*). Palumbes: aues ueneriae *add. R* || 20 dixisset] parata habere et *add. R* || 21 iste se *A*: iste *BRM* is se *PH* || 22 et superfluum est quod quidam uolunt... eglogis: quae enim *e. q. s. R* || necessitas est *M* || 25 ita inquit] tale est ac si dicat ita *R* || 29 ut...dicere] quasi ad augustum dicat uirgilius *R*. *ceterum in* ut uideatur Augusto dicere *desinit Monacensis fol.* VIII. || quia] quod *R* || 30 relinquens *BR* relinques *P* (relinquas *p*)

et sciendum, graeca nomina in 'as' exeuntia, sive crescant sive non crescant in genetivo, vocativum in 'a' mittere, ut 'Aeneas Aeneae o Aenea, Pallas Pallantis o Palla', ut non haec, o Palla, dederas promissa parenti.

75. RETIA SERVO quae res in venatione minus possidet voluptatis.

76. PHYLLIDA MITTE MIHI amicam communem causa natalis diei, in cuius tantum sacrificio licebat voluptatibus operam dare; nam in aliis sacrificiis erat castitatis observatio: quod etiam sequentia indicant, ubi dicit 'cum faciam vitula frugibus', id est cum pro frugibus sacrificare coepero, tu tantum venito. sane 'natalis' apud maiores plenum fuit, licet posteritas 'natalis dies' coeperit: nam cum Horatius dixerit natalis grate numeras, Iuvenalis ait ⟨XII 1⟩ natali, Corvine, die mihi dulcior haec lux.

77. CVM FACIAM VITVLA PRO FRVGIBVS IPSE VENITO cum sacrificavero. et figurate 'faciam vitula' ait, ut 'faciam ture', 'faciam agna': Horatius seu poscat agna sive malit haedo. dicitur autem hoc sacrificium ambarvale, quod arva ambiat victima: hinc ipse in georgicis ⟨I 345⟩ terque novas circum felix eat hostia fruges: sicut amburbale vel amburbium dicitur sacrificium, quod urbem circuit et ambit victima.

79. VALE VALE INQVIT IOLLA hic pastor aut habuit duo nomina, nam supra eum Menalcam dixit: aut certe Iollam eum quasi pastorem optimum appellavit a quodam pastore nobilissimo, sicut virum fortem plerumque Achillem, adulterum Parin vocamus. sane 'longum vale' ita ait, ut torvum clamat: pro adverbio nomen posuit. 'vale vale inquit' 'le' corripit sequens vocalis, ut ⟨II 65⟩ te Corydon o Alexi.

---

3 non haec] A. XI 152 ‖ 11 sane...coeperit] cf. Don. ad Ter. Phorm. I 1, 14 ‖ 13 Horatius] epist. II 2, 210 ‖ 15 cum sacrificavero] cf. Non. p. 313, 24 ‖ 16 et figurate... haedo] cf. Macrob. Sat. III 2, 16 ‖ 17 Horatius] carm. I 4, 12 ‖ 26 torvum] A. VII 399

---

4 parenti] Sectaris: insequeris *add.* *R* | 5 *scholium ad* R. S. *adscriptum ante* AMYNTA *hab.* *ABPH* ‖ uoluptates *R* ‖ 7 amicam... diei] phillida accusatiuus graecus est. uult autem communem amicam sibimet (*l.* sibi mitti) c. n. d. *R* ‖ 8 uoluptati *R* ‖ 10 uitula *H*: uitulam *ABPR* ‖ 12 fuit licet *P*: fuerit *ABRH* ‖ natales *PRH* ‖ 13 numeres *A* ‖ 14 lux] Meus natalis: id est dies festus. Iolla: uocatiuus est graecus *add.* *R* ‖ 15 VITVLA *H*: VITVLAM *ABPR* ‖ cum... haedo] figurate dixit 'cum faciam uitulam' pro 'cum sacrificauero', id est cum pro frugibus sacrificare coepero, tu tantum uenito *R* ‖ 16 uitula *H*: uitulam *ABP* ‖ facta magna *A* factam agna *P* ‖ 18 aruambale *libri, nisi quod* aruale *B* ‖ hinc *RH*: hic *AP*, hinc ipse *om.* *B*, sic ipse *vulgo* ‖ 21 circumit *PH* ‖ victima] Ante alias: plus aliis. Nam me discedere fleuit: id est prae amore. Longum: pro longe, nomen pro aduerbio *add.* *R* ‖ 22 pastor] iolla *add.* *R* ‖ 25 adulterum] alterum *H* ‖ 27 corripuit *R*

80. TRISTE tristis res.

82. DVLCE dulcis res. SATIS segetibus. DEPVLSIS a lacte prohibitis, ut ⟨VII 15⟩ depulsos a lacte domi quae clauderet agnos.

84. POLLIO AMAT NOSTRAM QVAMVIS SIT R. M. blanditur iam Pollioni patrono, quem et tragoediarum et historiarum scriptorem Horatius fuisse testatur: nam in secundo carminum dicit de historiis ⟨1, 6⟩ periculosae plenum opus aleae tractas et incedis per ignes suppositos cineri doloso, item paulo post ⟨9⟩ paulum severae musa tragoediae desit theatris. quem carmen suum, licet rusticum, tamen amare confirmat.

85. PIERIDES VITVLAM L. P. V. vel pascite eius armenta, quia legit hoc carmen: vel vitulam ei nutrite pro praemio. sane alii legunt 'Polio', ut prima producatur, alii 'Pollio'.

86. NOVA CARMINA magna, miranda. PASCITE TAVRVM hic auget: nam ille 'vitulam' dixerat.

88. QVO TE QVOQVE GAVDET subaudis venisse. pervenerat autem ad consulatum post triumphum Dalmaticum; nam vicerat Salonas, civitatem Dalmatiae: Horatius cui laurus aeternos honores Dalmatico peperit triumpho.

89. AMOMVM flos est Assyrius, (ut Lucanus ⟨X 168⟩ vicinae) messis amomum.

90. QVI BAVIVM NON ODIT pro poena ei contingat, ut diligat Maevium peiorem poetam: nam Maevius et Bavius pessimi fuerunt

---

19 Horatius] carm. II 1, 15

---

1 res] Maturis frugibus: subaudi 'tristes sunt', id est inconuenientes. Arboribus u.: subaudi 'contrarii sunt' uel a superioribus 'tristes sunt', id est tristis res. Amarillidis: nostrae amicae *add.* *R* ‖ 2 segetibus] id est seminibus uel segetibus *R* ‖ 3 pulsos *P* ‖ cluderet *P* ‖ 4 agnos] Arbutus: id est genus uirgulti. et Lenta salix: subaudi 'dulcis res est', id est conueniens foeto pecori. Amintas: puer quem amabat *add.* *R* ‖ 7 dicit] dum *R* ‖ 8 et ... confirmat *om.* *B* ‖ incendiis *A* incendis *R* ‖ 10 severae] seruc *A* uere *P* ‖ desit...confirmat] Quamuis est rustica: attenuat hic scientiam et suum carmen, licet sit rusticum, amari tamen dicit *R* ‖ 11 licet suum *APH* ‖ 12 Pierides: sunt nymphae a perio (*l.* Piero) monte ita uocatae. Vitulam lectori pascite u.: uel *e. q. s.* *R* ‖ 16 dixerat] Iam cornu petat: iam sit perfectae aetatis *add.* *R* ‖ 18 consulatum] pollio *add.* *R* ‖ Dalmaticum...civitatem *om.* *H* ‖ 19 solonas *AB* salonos *PR* ‖ lauros *BH* ‖ 20 triumpho] Fluant: id est abundent *add.* *R* ‖ 21 Assyrius *P*: assyrios *AB* apud assyrios *R* apud assyrius *H* ‖ ut Lucanus uicinae messis amomum *L Burmanni et Stephanus*: plene messis amomum *mei libri, nisi quod* amomo *R* ‖ 23 VABIVM *A* (*sed* V *et* B *in ras. a*) ‖ pro ... ei] pene id *B* ‖ paena *A* ‖ ei id *P* ‖ 24 peiorem ... Vergilio] qui bauium non odit. Meuius autem peior fuit bauio. fuerunt autem hi duo poetae pessimi in imitando tam horatium quam uirgilium *R*

poetae, inimici tam Horatio quam Vergilio: unde Horatius mala soluta navis exit alite ferens olentem Maevium.

91. MVLGEAT HIRCOS faciat ea, quae contra naturam sunt.

92. FRAGA mora, quae in herbis nascuntur: ideo dixit ‘humi nascentia’.

93. LATET ANGVIS IN HERBA allegoria est: nam videtur hoc ad Mantuanos dicere, qui inter milites versabantur armatos, quos, sicut angues, mortem inferre posse, non dubium est.

94. NON BENE RIPAE CREDITVR I. A. E. N. V. S. allegoria, ad illud quod supra diximus, pertinens, quia post acceptos agros ab Arrio centurione paene est interemptus, nisi se praecipitasset in fluvium. PARCITE autem prohibete, servate. PROCEDERE id est servate, ne procedant, ut gnatis parce tuis.

96. TITYRE PASCENTES A F. R. C. id est, o Mantua, noli modo velle aliquid agere de repetendis agris: nam ubi oportunum fuerit, ‘ego omnes lavabo’, id est purgabo omnes apud Caesarem, cum de Actiaco proelio reversus fuerit. et bene ‘in fonte’: ipse enim per amicos Caesaris agrum meruerat tamquam per rivulos quosdam; nunc autem Mantuanis beneficium dicit se ab ipso imperatore meriturum. REICE CAPELLAS ‘reice ca’ proceleumaticus est pro dactylo; et sic est positus, ut genua labant, item arietat in portas.

98. COGITE OVES in ovilia colligite, ut ⟨20⟩ Tityre coge pecus. PRAECEPERIT praeoccupaverit: nam naturale est, ut lac augeatur frigore, calore minuatur.

102. VIX OSSIBVS HAERENT vix ossa eorum cohaerent.

103. TENEROS OCVLVS M. F. A. dicit causam maciei. et per transitum, pulchrum se pecus habere, significat, quod meruit fascinari.

1 Horatius] epod. 10, 1 ‖ 10 supra] prooem. p. 3, 5 ‖ 13 gnatis] A. X 532 ‖ 21 genua] A. V 432 ‖ arietat] A. XI 890

1 inimici tam oratio quam uirgilio *A*: imitando oratio quam uirgilio *B* imitando tam horatium quam uirgilium *P* imitandi tam horatio quam uirgilio *H* (initan *ex* imitandi *h*) ‖ male *A* ‖ 2 alito *R* ‖ Maevium] Iungat u.: pro bubus *add. R* ‖ 4 ideoque *R* ‖ humi *P, omittunt reliqui* ‖ 5 nascentia] a fragilitate sic dicte (*l.* dicta) *add. R* ‖ 8 anguis *A* (angues *a*) ‖ 9 *ad v.* 94 Parcite oues n. p.: id est prohibete seruate procedere, id est seruate ne procedant, hoc est Vos o mantuani nihil supra uires uestras contra milites praesumatis. Non bene ripae c.: id est non est fida statio in ripa. Ipse aries: id est uirgilius qui ad minorum comparationem quasi aries est ad oues. Vellera siccat: allegoria est ad illud pertinens, quia post redditos ab augusto agros ab arrio... se praecipitasset in mintium *R* ‖ 14 noli] noli te *A* ‖ modo *om. B* ‖ 16 lavabo] laudabo *B* ‖ omnes *om. R* ‖ 17 actico *P* ciaco *R* ‖ 18 meruerat recipere *vulgo* ‖ quosquam *R* ‖ 19 meriturum] impetraturum *R* ‖ 20 reice ca] reice capros *AB* ‖ 25 calore frigore *B* ‖ minuatur] Exitium: id est periculum *add. R* ‖ 27 OCCVLOS *A* OCVLOS *BP* ‖ ducit *R* ‖ 28 quod utique meruit *vulgo*

104. ERIS MIHI MAGNVS APOLLO relicto certamine sibi proponunt aenigmata. bene autem ait 'eris mihi Apollo', quia in rebus incertis sola opus est divinatione.

105. TRIS PATEAT CAELI SPATIVM NON AMPLIVS VLNAS ulna proprie est spatium, in quantum utraque tenditur manus — dicta ulna *ἀπὸ τῶν ὠλενῶν*, id est a brachiis, unde et *λευκώλενος* dicitur —, licet Suetonius ulnam cubitum velit esse tantummodo. sane haec quaestio varia est: nam alii dicunt significare eum sepulchrum Caelii, luxuriosi cuiusdam, qui venditis omnibus rebus et consumptis tantummodo sibi spatium reservavit, quod sepulchro sufficeret, et voluisse eum errorem facere ex caeli et Caelii similitudine, ut sit: dic mihi, ubinam sepultus est Caelius, cuius tribus ulnis continetur sepulchrum? alii vero volunt puteum significari, qui est in Syene, parte Aegypti, quem ad hoc nimiae altitudinis philosophi effoderunt, ut probarent locum illum esse solum, quem recto intuitu sol inradiaret: nam VIII Kl. Iul. die, quando in centro suo est sol, lumine suo tam ima illius putei, quam summam terram inradiat. sed neutrum horum convenit rustico: unde simpliciter intellegendus est cuiuslibet loci puteus, in quem cum quis descenderit, tantum caeli conspicit spatium, quantum putei latitudo permiserit.

106. DIC QVIBVS IN TERRIS I. N. R. N. F. quia solvere non potuit, ipse aliam obicit quaestionem. et captiose 'quibus in terris' dixit: hyacinthus enim ubique nascitur flos, qui natus primo est de Hyacinthi sanguine, postea de Aiacis, sicut etiam Ovidius docet. est autem rubrum quasi lilium, designans primam Hyacinthi lit-

4 ulna...tantummodo] cf. Isid. or. XI 1, 64 ‖ 7 Suetonius] p. 274, 4 Reiffersch. ‖ 24 Ovidius] metam. X 215 et XIII 394 sqq.

1 MAGNVS *om. AB* ‖ relicto...Apollo *om. A* ‖ 3 diuinatio, quae proprie ad apollinem pertinet *R* ‖ 5 extenditur *vulgo* ‖ 6 ΟΛΕΝΛΙΝ *A* ΟΛΕΝΕΑ *B* ΟΛΛΕΝΑΙΝ *P* ΟΛΕΝΑΙΝ *H* ΝΟΕΝΑΙΝ *R* ‖ ΛΕΥΚΩΑΕΠΟϹ *B* ΑΕΥΚΩΛΕΝΟϹ *R* ΕΥΚΟΛΕΝΟϹ *H* *λευκώλενος Ἥρη vulgo* ‖ 7 sutonius *A* ‖ ulnam *PRH*: unum *AB* ‖ 8 hae quaestiones uariae sunt *B* haec quaestio varie solvitur *Stephanus* ‖ sepulcrum *PR* ‖ 9 qui *om. AB* ‖ 10 reseruauit *H* reseruauit celebrauit *P* (celebrauit *del. p*): cerebrauit *A* celebrauit *BRa* ‖ sepulcro *PR* ‖ 11 eum] istum *R* ‖ caeli et *om. R* ‖ 12 ubi *H* ‖ 13 sepulcrum *PR* ‖ puteum uolunt *B*, volunt *om. H* ‖ que *A* (qui est *a*) ‖ 14 sicene *B* siene *PR* ‖ 16 VIIII *a* ‖ iulias *P* ‖ 17 tam *om. BPH* ‖ ima] ima quoque *BPH* ‖ quam] quae *B* tam quam *H* ‖ summa *BP* ‖ inradiat] Alii dicunt clypeum Aiacis trium ulnarum in quo expressa caeli forma fuit. alii specum in Sicilia, per quod rapta est a Dite Proserpina: alii mundum in sacro Cereris *add. Daniel. cf. schol. Bern. et explan. Iun. Filarg.* ‖ 20 quantum permittit putei altitudo *R* ‖ altitudo *H* ‖ permiserit] Asconius Pedianus dicit se Virgilium dicentem audisse, in hoc loco se grammaticis crucem fixisse, volens experiri quis eorum studiosior inveniretur: volens intelligi de Celio Mantuano, ut supra dictum est *add. Daniel. cf. schol. Bern. et explan. I. Filarg.* ‖ 23 *fortasse* nascitur. qui flos *e. q. s.* ‖ est *om. AB* ‖ 24 de aiacis *B*: de *om. reliqui* ‖ etiam *om. B*

teram. 'regum' autem 'nomina' non quoniam ipsi reges fuerunt, sed quia regum filii, ut magnum reginae sed enim miseratus amorem, cum de Ariadne diceret, Pasiphaae reginae filia. sane multi volunt 'nomina regum' pro 'nomen regis' positum, ut sit quemadmodum illud in Terentio non perpeti meretricum contumelias, cum de una loqueretur: nam flos iste Hyacinthi tantum, non et Aiacis nomen retinet. tamen sciendum aenigmata haec, sicut fere omnia, carere aperta solutione.

107. PHYLLIDA SOLVS HABETO amicam communem: quod plus est, quam esse Apollinem. nam esse Apollinem inpossibile est, quod ille promiserat; hic vero possibilia pollicetur.

108. NON hic distinguendum, ut sit sensus: officii iudicis est ferre sententiam, non eorum, qui inter se contendunt. unde male quidam totum iungunt 'non nostrum inter vos tantas componere lites': nam non negat se facturum esse quod faciet; iudicaturus enim est, eos esse pares, dicens 'et vitula tu dignus et hic'. COMPONERE finire, ut ante diem clauso componet Vesper Olympo, id est finiet.

109. ET QVISQVIS AMORES AVT METVET DVLCES AVT EXPERIETVR AMAROS et tu et hic digni estis vitula et quicumque similis vestri est: nam supra unus dixerat ⟨80⟩ 'triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, arboribus venti, nobis Amaryllidis irae', item alter ⟨82⟩ 'dulce satis umor, depulsis arbutus haedis, lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas'. ad cuius amatoris similitudinem pertinet 'aut metuet dulces': namque hic Menalcas et amabat et metuebat, ne umquam posset amor ille dissolvi. contra Damoetas amaritudinem amoris expertus fuerat ex amicae Amaryllidis iracundia. 'metuet dulces' timebit pro dulcibus, ne eos amittat.

111. SAT PRATA BIBERVNT aut intellegimus hunc exisse, ut

---

2 magnum] A. VI 28 ‖ 5 in Terentio] Eun. I 1, 3 ‖ 17 Componere finire] cf. Non. p. 255, 3 ‖ ante] A. I 374

---

1 nomina] dixit *add.* *R* ‖ 3 pasifae *ABP* passifae *R* passife *H* ‖ 4 nomen *AP*: nomine *BRH* ‖ 7 non etiam *R* ‖ 9 HABETO] pyllida accusatiuus grecus est. et pyllida dicit *add.* *R* ‖ 10 nam esse Apollinem *om.* *A* ‖ 12 officium *exemplaria praeter Lionianum* ‖ 15 iudicat enim eos pares esse *R* ‖ 16 et hic] Nostrum: subaudi 'est', ut sit: nostrum est uestras contentiones finire, non uestrum pro uobis ferre sententiam *add.* *R* ‖ 19 ET... AMAROS] ET VITVLATIO DIGNVS ET HIC *R* ‖ 24 amoris *Masvicius* ‖ 25 et... dissolvi] metuebat, ne umquam posset amor ille dissolui, qui supra dixerat 'mihi solus amintas' *R* ‖ et ... metuebat] et amabat et amabatur, sed tamquam prudens timebat *vulgo* ‖ amat *H* ‖ et metuebat *om.* *AB* ‖ 26 possit *P* ‖ contra ... iracundia *om.* *H* ‖ 27 iracundia] eodem ergo munere dignus erit quicumque aut timuerit ne amor pereat, aut expertam dolebit amoris amissionem *add.* *R* ‖ 29 hunc] hinc *H*

iuberet pueris suis ut arva inrigarent, quod illis cantantibus factum est, et re vera dicit 'rivos claudite': aut certe allegoricos hoc dicit: iam cantare desinite, satiati enim audiendo sumus.

ECLOGA QVARTA.

1. SICELIDES MVSAE P. M. C. Asinius Pollio, ductor Germanici exercitus, cum post captam Salonam, Dalmatiae civitatem, primo meruisset lauream, post etiam consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium, quem a capta civitate Saloninum vocavit, cui nunc Vergilius genethliacon dicit. quem constat natum risisse statim: quod parentibus omen est infelicitatis: nam ipsum puerum inter ipsa primordia perisse manifestum est. 'Sicelides' autem graecum est — nam latine Sicilienses facit —, id est Theocritiae: nam Theocritus Syracusanus fuit, quem in hoc opere Vergilius imitatur, ut diximus supra. PAVLO MAIORA CANAMVS bene 'paulo': nam licet haec ecloga discedat a bucolico carmine, tamen inserit ei aliqua apta operi: *ergo non 'maiora', sed 'paulo maiora'*.

2. MYRICAE virgulta sunt humillima *et sterilia, quod vulgo tamaricium dicitur*.

3. *SI CANIMVS SILVAS SILVAE SINT C. D. id est misceatur illis honos, ut dignae sint consule, id est filio consulis Asinii Pollionis.*

4. VLTIMA CYMAEI V. I. C. A. Sibyllini, quae Cumana fuit et saecula per metalla divisit, dixit etiam quis quo saeculo imperaret, et Solem ultimum, id est decimum voluit: novimus autem eundem esse Apollinem, unde dicit ⟨10⟩ 'tuus iam regnat Apollo'. dixit

---

2 aut certe allegoricos e. q. s.] cf. Non. p. 453, 10 ‖ 13 supra] prooem. p. 2, 14 ‖ 16 quod ... dicitur] cf. Isid. or. XVII 7, 49

---

2 et] aut *R* aut et *vulgo* ‖ 3 audiendo iam sumus *R*

5 solonam *B* ‖ 7 salonium *B* ‖ 8 genetliacon dicit *P*: genitalia condicit *AB* genetlia condidit *H* (genethliacon edidit *h*) genetiliaticum hoc est carmen natiuitatis condit *R* ‖ 9 est] fuit *R* ‖ infelicitatis *PRH*: felicitatis *AB*. *aut alium auctorem atque ad v.* 60 *et ad Aen.* VI 862 *hoc loco Servius secutus est, aut probato AB librorum testimonio* nam ... manifestum est *verba secludenda sunt* ‖ nam eum ipsum *P* (eum *del. p*) ‖ 10 primordia] id est nono die *add. Daniel. cf. schol. Bern. ad v.* 7 ‖ 11 siciliensis *B* ‖ theocriciae *A* teocriti *B* teocrite *R* ‖ 12 opere *om. A* (*add. a*) ‖ 13 paulo] id est aliquantulum *add. R* paulo dicit *vulgo* ‖ 15 operi] *ab hac voce incipit codex Lemovicensis* (*L*) ‖ 16 humillima] humilia *L*. et hoc dicit, ut significet, non ab re esse si rustico carmini misceat etiam maiora *add. R* ‖ quod] uod *litterae evanuerunt* ‖ tramaritium *Daniel* ‖ 18 misceatur *Masvicius*: miscetur *L* ‖ illis] s *evanuit* ‖ 19 consulae *L* ‖ asinio *L, corr. Masvicius.* Asinio Pollione *Commelinus* ‖ 20 *expectatur vel* sibyllae *vel* sibyllini quod Cumanae fuit quae saecula *e. q. s.* ‖ 21 dixit etiam ... et iterari omnia quae fuerunt *om. L* ‖ 22 Solis *Masvicius*

etiam, finitis omnibus saeculis rursus eadem innovari: quam rem etiam philosophi hac disputatione colligunt, dicentes, completo magno anno omnia sidera in ortus suos redire et ferri rursus eodem motu. quod si est idem siderum motus, necesse est ut omnia quae fuerunt habeant iterationem: universa enim ex astrorum motu pendere manifestum est. hoc secutus Vergilius dicit reverti aurea saecula et iterari omnia quae fuerunt.

5. AB INTEGRO *vel* denuo, *vel ab initio: Cato de suo consulatu omnia ab integro paranda erant.* SAECLORVM synaeresis pro 'saeculorum'. *et saeculum quidam centum annorum definiunt, quidam centum decem: Horatius certus undenos decies per annos.*

6. REDIT ET VIRGO Iustitia, quae Erigone fuit, *filia Themidis,* (*cum*) *inter homines versaretur, propter eorum scelera terras reliquit: quam ideo virginem dicunt, quod sit incorrupta iustitia.* et permiscet laudes tam pueri, quam Pollionis, quam Augusti: nam felicitas temporum ad imperatoris pertinet laudem. *SATVRNIA REGNA aurea saecula, quia Saturnus aureo saeculo regnasse dicitur.*

7. IAM NOVA PROGENIES CAELO D. A. ut videantur homines non ex mortalibus nati, sed ex numinibus, et quasi e caelo lapsi. et hinc conicit fore aurea saecula, quod Augustus imperat, *vel* quod talis natus est puer, *vel* quod consul est Pollio, *unde est* ⟨11⟩ *te consule inibit.*

8. QVO deest 'nascente'; nam hoc dicit: fave ei Lucina, cuius ortus saecula inmutabit, aureis scilicet ferrea.

10. CASTA FAVE LVCINA modo *Lucinam* Dianam accipimus: sic Horatius sive te Lucinam probas vocari, *seu te penitus* [*iunonem*]. Terentius Iunonem Lucinam dicit, ut Iuno Lucina, fer

---

8 Cato de suo consulatu] p. 34, 4 Iord. ‖ 11 Horatius] carm. saec. 21 ‖ 26 Horatius] carm. saec. 15 ‖ 27 Terentius] Andr. III 1, 15

---

1 innouari *ABH*: inuocari *P* innouanda *R* renouari *vulgo* ‖ 3 magno .f. anno *A* ‖ referri *vulgo* ‖ rursum *R* ‖ 8 intio *L* ‖ de consulatu suo *Iordan* ‖ 9 pro *om. ABPH* ‖ 10 saeculorum] est *add. PH* ‖ 11 undeno *L* ‖ 12 Erigone] e regione *AH. ceterum perperam Servius Iustitiam Erigonen fuisse dicit. cf. Hygin. astron.* IV (*p.* 36, 17 *Bunt.*) *et* XXV *et schol. ad Germ. Arat.* 96 (*p.* 125 *Breys.*) ‖ temedis *L* Themitis *Daniel* ‖ 13 cum *ego*, ut *Daniel*, dum *Masvicius* ‖ 15 tam pueri quam pollionis quam augusti *PHλ*: t. p. q. p. quamque a. *A* t. p. quam p. quam et a. *B* t. p. quam p. et a. *R* tam apollinis quam augusti *L* ‖ 16 laudem] Saturnia regna: aurea secula quae fuerunt sub saturno *add. R* ‖ 19 e *om. L* ‖ 24 mutabit *L* (inmutabit *λ*) ‖ scilicet pro ferreis aurea *R, in quo haec sequuntur* Desinet: id est cessabit esse ‖ 25 accipiamus *L* ‖ 26 sive tu Lucina probas vocari seu Genitalis *Horatius* ‖ *fuisse videtur* seu te genitalem, *ut Horatii verba ad falsum Servii testimonium inmutata sint.* iunonem *seclusi.* Iunonem *perperam Daniel cum Horatianis coniunxit: nam cum* Terentius Iunonem Lucinam dicit ut *in rasura scripserit λ,* iunonem *videtur ad ea pertinuisse quae deleta sunt*

opem, s. m. o.: tamen ambae unum sunt. *sane hic Dianam Lucinam non inmerito designat; prior enim genita parturienti matri Apollinem tulisse auxilium dicitur. Nigidius de diis lib.* IV. *quidam deos et eorum genera temporibus et aetatibus (dispescunt), inter quos et Orpheus primum regnum Saturni, deinde Iovis, tum Neptuni, inde Plutonis; nonnulli etiam, ut magi, aiunt, Apollinis fore regnum: in quo videndum est, ne ardorem, sive illa ecpyrosis appellanda est, dicant. quidam hoc loco 'casta fave Lucina, tuus iam regnat Apollo' Octaviam sororem Augusti significari adfirmant ipsumque Augustum Apollinem.* TVVS IAM REGNAT APOLLO ultimum saeculum ostendit, quod Sibylla Solis esse memoravit. et tangit Augustum, cui simulacrum factum est cum Apollinis cunctis insignibus.

11. INIBIT inchoabit, exordium accipiet, aureum scilicet saeculum. *et ideo 'inibit', non 'iniit', quia consul designatus erat. quidam Saloninum Pollionis filium accipiunt, alii Asinium Gallum, fratrem Salonini, qui prius natus est Pollione consule designato. Asconius Pedianus a Gallo audisse se refert, hanc eclogam in honorem eius factam.*

12. INCIPIENT M. P. M. illud tangit, quod Iulius et Augustus menses in honorem Caesaris et Augusti acceperunt nomina: nam antea quintilis et sextilis dicti sunt. et hoc etiam trahit ad argumentum aurei saeculi. *possumus et 'magni' pulchri accipere, id est aurei saeculi.*

13. TE DVCE vel Auguste, vel Pollio, vel Salonine. ('duce'), id est auctore. SCELERIS VESTIGIA N. bene nullum vult esse praesentium temporum vitium, sed reliquias dicit esse superioris aetatis. sic in georgicis cum laudaret Augustum et carpsisset tempora, dicens ⟨I 510⟩ vicinae ruptis inter se legibus urbes arma ferunt, saevit toto Mars inprobus orbe, intulit fertur

3 Nigidius de diis lib. IV] cf. Lobeckii Aglaoph. p. 791 ‖ 19 illud tangit ... dicti sunt] cf. Pseudo-Ascon. ad Cic. in Verr. act. I 10, 31

1 s. m. o. (*i. e. 'serva me, obsecro'*) *om.* *BPRL* ‖ tamen] sed *R* cum tamen *L* ‖ sint *L* ‖ 2 disigna *L* (disignat *l*) ‖ 4 dispescunt *Lobeckius* ‖ 5 tum... Plutonis *Daniel*: tunc neptunum inde apollinis *L* ‖ 6 aetiam *L* ‖ agunt *L, corr. l* ‖ 8 illae c. p. yrosis *L* ‖ apellanda *L* ‖ dican *L, corr. l* ‖ 9 fave *om. L* ‖ sororem] rem *litterae evanuerunt* ‖ 10 Augustum] um *litterae evanuerunt* ‖ TVVS ...insignibus *om. L, in marg. inf. add. λ* ‖ 11 Solis esse memoravit] solem regnaturum esse dixit *R* ‖ 12 cui] *om. A,* cuius *R* ‖ 13 coniunctis *λ* ‖ insignibus] Decus: pulcritudo. Aeui: noui saeculi. Te: repetitio est *add. R* ‖ 14 inchoabit] inchoauit *A* incoabit *L, om. P* ‖ 15 quia] ia *litterae evanuerunt* ‖ 16 salomonum *L* ‖ 17 salonii *L* ‖ consulae *L* ‖ 18 eglogam *L* ‖ eius] suum *Masvicius* ‖ 20 et *om. ABRH* ‖ 22 pulcri *L* pro pulcri *Daniel* ‖ 24 augusto *AL* ‖ polio *A* ‖ salonino *A* ‖ 'duce' *inserui* ‖ 25 autore *L* ‖ 27 carpsisset *R*: carpisset *APH* carpis et *B* carperet *L* ‖ 29 fuerunt *A* ferent *B* ‖ saevit...audit *om. B* ‖ tota *et* urbe *APR* ‖ impius *L*

equis auriga neque audit currus habenas, ut ostenderet tantas esse reliquias praeteritorum malorum, ut ne ab optimo quidem rectore sedari posse viderentur. vestigia autem scelerum dicit bella civilia, quae gessit Augustus contra Antonium apud Mutinam, contra L. Antonium autem, fratrem Antonii, apud Perusiam; contra Sextum Pompeium, filium Pompei, in freto Siciliensi; contra Brutum et Cassium in Thessalia; contra Antonium et Cleopatram in Epiro apud Actium promuntorium *iuxta Leucaten.*

14. IRRITA ad nihilum deducta vestigia; et non dicit 'iam irrita solvent terras formidine', sed 'fient irrita et solvent terras timore'. PERPETVA autem est longa.

15. ILLE DEVM V. A. sicut supra, artificiose laudem confundit, ut possit esse communis: nam ad quemvis potest referri 'ille', vel ad Augustum, vel ad Saloninum.

16. **ILLIS deest 'ab', id est 'ab illis'.**

17. PACATVMQVE REGET PATRIIS V. O. vel Augustus Caesaris, vel Saloninus Pollionis virtute pacatum orbem tenebit. et mira laus utriusque est, et eius qui pacavit, et qui pacatum tuetur. *vel certe 'patriis'* *.

18. AT TIBI PRIMA PVER N. M. C. rhetorice digesta laudatio: non enim inprovide in principio universa consumpsit, sed paulatim fecit laudem cum aetate procedere. MVNVSCVLA bene in rebus minoris aetatis usus est diminutione. *et 'nullo cultu', id est inarata edet sua sponte nata.*

19. ERRANTES HEDERAS P. C. B. T. passim vagantes: unde antiqui lyrici dixerunt flexipedes hederas, quod hac atque illac vagan-

25 antiqui lyrici] Ovidius metam. X 99

3 sedare *AB* ‖ 4 apud ... fratrem *om. L, supr. vers. add.* λ ‖ contra illa (illum *a*) antonium autem fratrem antoni *A* contra illam (illum *b*) uel iulium antonium autem fratrem antonii *B* contra antonium autem f. a. *P* contra antonium f. a. *R* contra alium antonium aut fratrem antonii *H* contra l. antonium f. a. λ ‖ 5 perustam *A* perustum *B* perosiam *P* perusum *R* perusium *HLp* ‖ 6 freto *PHL*: ferto *B* (festo *b*) porto *A* portu *R* ‖ 7 in thessalonica *R* ‖ 8 accium *P* accicum *R* ‖ promuntorium *A*: promontorium *B* promunturium *L* promunctorium *PRH* ‖ laeuchaten *L* ‖ 9 INRITA *A* ‖ nichilum *PL* ‖ 10 fiant *L, corr.* λ ‖ 11 PERPETVA ... longa *om. L, supr. vers. add.* λ ‖ longa] Deum: pro deorum *add. R.* immo 'solvent perpetua formidine', id est solvent formidine in perpetuum *add. Commelinus* ‖ 15 ILLIS ... ab illis *huc transposuit Masvicius, post* vel certe patriis *hab. L* ‖ 16 PACCATVM *APH* ‖ REGIT *A* ‖ 17 peccatum *A* (*corr. a*) paccatum *P* ‖ 18 paccauit *et* paccatum *AP* ‖ 19 *post* patriis *lacunam indicavi. fortasse* paternis *vel* virtutibus reget *intercidit.* vel certe 'patriis' propriis *F. Schoell. cf. ad A.* III 249 ‖ 20 NVLLO CVLTV nullo labore. MVNVSCVLA bene ... diminutione. et hic rhetorice est digesta laudatio ... procedere *R* ‖ 23 et *ego*: ut *L* ‖ inarata edet *scripsi:* inaratas sed *L* inarata sed *Daniel* ‖ 25 EDERAS *libri* ‖ vagantes] ubique crescentes *add. R*

tur. mire autem puerum laudat ex ipsis muneribus: nam hederae indicant futurum poetam, ut ⟨VII 25⟩ pastores hedera crescentem ornate poetam. baccar vero herba est quae fascinum pellit, ut ⟨VII 27⟩ baccare frontem cingite, ne vati noceat mala lingua futuro: per quod pulchrum indicat puerum.

20. RIDENTI ACANTHO laeto, *suavi, iucundo, fulgenti, ut ridet argento domus: vel quod hians et patens nascitur.* et est herba, quae in Aegypto nascitur. *COLOCASIA hanc herbam videri vult in honorem Augusti crevisse: quae Romae post devictam ab eo Aegyptum innotuit. et dicendo 'fundet' abundantiam floris ostendit.*

21. IPSAE LACTE D. REFERENT quid enim est aptius infantibus lacte? et *magna* laus in hoc est quod ait 'ipsae referent', *id est sua sponte.*

22. NEC MAGNOS M. A. LEONES bona usus est moderatione, dicens: erunt quidem magni leones, sed minime armentis nocebunt.

23. *BLANDOS iucundos, ut puero.* CVNABVLA lectuli, in quibus infantes iacere consuerunt: vel loca, in quibus nascuntur, quasi cynabula: nam *κύειν* est graece niti.

24. ET FALLAX HERBA VENENI non cicutam dicit, quae omnibus nota est, sed illam Sardoam, quae apiastri similis homines decipit: vel aconita, ut nec miseros fallunt aconita legentes. *ordo autem est herba veneni † alia qui. 'fallax' ergo aut fallens videntes, aut fallentis veneni.*

25. ASSYRIVM VVLGO N. A. amomum herba est suavissimi

6 ridet] Horat. carm. IV 11, 6 ‖ 7 et...nascitur] cf. Isid. or. XVII 9, 20 ‖ 16 lectuli...niti] exscr. Isid. or. XX 11, 6 ‖ 21 nec miseros] georg. II 152

1 hederae indicant *APR* per hederam indicat *B* edera indicant *H* edera indicat *L* ‖ 2 edera *libri* ‖ 3 bacchar *ABPRH* ‖ 4 bachare *APR* bacchare *BHL* ‖ 8 in aegypto inuenitur *L* ‖ hanc herbam... crevisse *ego*: hanc herbam uidetur ut honorem augusti creuissed *L* hanc herbam videtur in honorem Augusti crevisse *Daniel* haec herba v. i. h. A. c. *Vossius et Heinsius* hanc herbam v. i. h. A. dixisse *Masvicius* ‖ 10 et] ....let (*quattuor fere litterae evanuerunt*). *fortasse fuit* Fundet ‖ floris] ris *evanuit* ‖ 11 quid... lacte] nihil est enim infantibus lacte aptius *R* ‖ infanti *L* ‖ 12 lacte *om. L, add. λ* ‖ laus autem in eo est *R* ‖ referent] hoc est sua sponte lac tribuent. Distenta: plena *add. R* ‖ 15 magni leones] maligni *L* ‖ 16 BLANDO *L* ‖ 17 infantuli *H* ‖ quasi ...niti *om. L, supr. vers. add. λ* ‖ 18 cinabula *H* cynnabula *λ* ‖ cyn *A* KYN *B* CYIN *PH* CYN *R* cyin *λ* ‖ niti] niti parere *R* eniti *vulgo*. nam *κύειν* est graece praegnantem esse et eniti *Fabricius* ‖ 20 Sardoam] sardoniam *B, om. L* (sardonicam *supr. vers. λ*) ‖ apiastro *BH* ‖ similis] est *add. A* est et *add. a* ‖ homines...aconita *om. L*, uel aconeta *supr. vers. add. λ* ‖ 21 aconita] quae nascitur in sardinia pristinaci (*l.* pastinacae) similis quam si quis comederit moritur *add. R* ‖ fallant *H* ‖ legentis *PH*. alibi uero nata somnium (*l.* somnum) gignit. Vulgo: id est passim ubique *add. R* ‖ 22 ordo autem est...veneni *non edidit Daniel. scribendum videtur* ordo autem est 'herba veneni fallax': aut hypallage est. 'fallax' ergo *e. q. s.* o. a. e. 'h. v. fallax'. alii 'herba fallax veneni'. 'fallax' ergo a. f. v. aut fallens veneno *F. Schoell* ‖ 24 nam amomum h. e. *R*

odoris, quae tantum in Assyria nascitur. VVLGO passim, *omnibus locis.*

26. HEROVM LAVDES ET FACTA P. epexegesis si sit, melior sensus est: quae erunt heroum laudes, tui parentis virtutes. *et bono ordine primo poetas, deinde historicos, deinde philosophos legendos dicit.*

27. *IAM LEGERE id est cum coeperis imbui studiis liberalibus.* QVAE SIT P. C. V. accessu *enim* aetatis quanta sit virtus agnoscitur et cuius gloriae.

28. *MOLLI fertili.*

29. *INCVLTISQVE R. P. S. V. id est ubique erit uva.*

30. *ET DVRAE Q. S. R. M. id est quae hodie roscida, olim quercus sudabunt.*

31. SVBERVNT erunt, sed latenter. et bene 'priscae fraudis' ad suorum temporum excusationem, sicut diximus supra ⟨13⟩. *aut fraudem pro sollertia posuit.*

32. QVAE TEMPTARE THETIN R. Q. C. M. O. a sequentibus ostendit praecedentia, quae vitavit quasi laudi incongrua: nam per navigationem ostendit fore avaritiam, quae homines navigare compellit; per muros bella significat; per agriculturam famis ostendit timorem.

34. ALTER ERIT TVM TIPHYS *vel re vera Tiphys, vel qualis Tiphys, Argonautarum gubernator. sane* specialia pro generalibus ponit: nam per Tiphyn quemcumque gubernatorem accipimus, per Argo quamcumque navem, per Troiam quamcumque civitatem, per Achillem quemcumque virum fortem. videtur tamen locus hic dictus per apocatastasin, id est per omnium rerum revolubilitatem, ex siderum ratione venientem, ut diximus supra ⟨4⟩. *sane fabula de hoc gubernatore talis est: Pelias cum accepisset responsum ab Apolline, fore ut ab eo privaretur regno et vita, qui altero pede nudo ei sacrificanti occurrisset, forte vidit Iasonem nudo pede venisse, qui dum Iunonem, transmutatam in anuis speciem, credens mortalem, petentem per*

3 Heroum: id est virorum fortium. Laudes et facta parentis: epexegesis *e. q. s. R* ‖ efexegesis *libri plerique* ‖ 4 quae erunt *HL* quaer̄ *A* quaer̄t̄ *B* quae sunt *PR* ‖ 6 ceperis *L* ‖ liberalibus] ibus *evanuit* | 7 ab accessu *A* ‖ cognoscitur *PH* ‖ gloriae] Flauescet: albebit (albescet *Steph.*). Arista: segete. Incultis: quae a nullo coluntur (seges inculta q. a. n. colitur *Steph.*). Rubens: matura. Sentibus: spinis et asperis frutectis. Sudabunt: defluent. Roscida: flaua (i. e. fragrantia *Steph.*) *add. R, ed. Steph.* ‖ 9 MALLI *L* ‖ 10 erit *ego*: sit *L* ‖ 11 roscida] a *evanuit. fortasse* roscida sunt ‖ 13 id est erunt quidem sed *R* ‖ latenter] plane *add. A* ‖ PRISCAE FRAVDIS bene priscae ad *e. q. s. L* ‖ 14 sicut supra dictum est *L* ‖ 15 solertia *L* ‖ 16 *scholium ad v.* 32 *adscriptum om. L, in marg. inf. add.* λ ‖ TETHIN *A* TETHYN *P* Thetin: id est mare *R* ‖ 18 fore] timorem *R* ‖ 21 tiphus *L* ‖ 23 tifym *PL* tiphim *R* ‖ 24 argum *R* ‖ 26 uolubilitatem *B* ‖ 28 accipisset *L* ‖ 29 qui altero] qui a *litterae evanuerunt, item* se *de* occurrisset *et* uenisse ‖ 31 anuis *L. cf. Neue Formenl.* I² *p.* 352 ‖ petiem

vadum fluminis transferret, alteram ex caligis in limo amiserat. igitur Pelias, metuens ex responsis fata, iussit eum Colchos proficisci ad petendam auream pellem arietis, qui Phrixum et Hellen Colchos pertulerat. qui fabricata navi, quam ab Argo fabricatore Argo appellavit, contractaque iuventute Graeciae, Tiphyn habuit gubernatorem. sane quidam Argo a celeritate dictam volunt, unde verso in latinum verbo, argutos celeres dici. socii vero Iasonis Minyae appellati sunt vel ab agro huius nominis Colchorum, vel quod multi ex quadam Minya nati Iasoni se coniunxerint, vel quod Minya Iasoni materna avia fuerit. qui autem cum Iasone profecti sint, apud eos qui de fabulis scripserunt, plenius invenitur.

35. *HEROAS heroas quidam a terra dictos volunt, quod terra ἜΡΑ dicta sit, unde initio nati creduntur homines, qui nomen a matre traxerunt.*

37. *TE FECERIT AETAS 'aetas' hoc loco modum annorum significat, ut* ***aetas Lucinam iustosque pati hymenaeos****, nam subdidit* ***desinit ante decem, post quattuor incipit annos****; alias pro tempore posita, ut* ***veniet lustris labentibus aetas****.*

38. CEDET ET IPSE MARI VECTOR necessario, siquidem 'omnis feret omnia tellus': navigatio enim ex mercimonii ratione descendit. *sane 'vector' tam is qui vehitur, quam qui vehit, dicitur, id est et nauta et mercator. MVTABIT MERCES quia antiqui res rebus mutabant.*

42. DISCET MENTIRI LANA CALORES cum enim tinguitur, mentitur alienum colorem.

43. *IPSE SED IN PRATIS A. I. S. R. M. I. C. M. V. L. hoc in honorem vel laudem Augusti refert. traditur enim in libris Etruscorum, si hoc animal miro et insolito colore fuerit infectum, omnium rerum felicitatem imperatori portendi. 'ipse' autem quod addidit, non vacat: nam sunt quaedam pronomina, quae addita nominibus faciunt dignitatem, ut* ***ipse modo Aeneas*** *et* ***Turnus ego****. sane in Numae le-*

---

5 sane quidam ... dici] cf. Probi comment. ad h. v. p. 9, 19 K. et Isid. or. X 6 ‖ 7 socii ... fuerit] cf. Hygin. fab. XIV p. 51 Stav., p. 48, 5 Schm. ‖ 16 aetas] georg. III 60 ‖ 18 veniet] A. I 288 ‖ 21 sane vector ... vehit] cf. Isid. or. X 281 ‖ 23 cum ... colorem] exscr. Isid. or. XVII 9, 98 ‖ 26 traditur ... portendi] cf. Macrob. Sat. III 7, 2 ‖ 30 ipse] A. VII 263 ‖ Turnus] A. XI 441 ‖ in Numae legibus] cf. Fest. s. v. subici aries p. 347 M.

L (s *evanuit*) ‖ 1 tranferret *L* ‖ 2 fata (*i. e. mortem*) *Masvicius*: facta *L* ‖ colcos *et hic et infra L* ‖ 3 prixum *L* ‖ 4 apellauit, *ut infra* apellati *L* ‖ 5 abuit *L* ‖ 8 agro *Masvicius*: argo *L* ‖ Colchorum] Iolcorum *coni. Vossius, prob. Dukerus* ‖ 9 Iasoni materna *Masvicius*: iasonima (iasoninia *legit Daniel*) terra *L* ‖ 10 profecti *ex* profecto *L* ‖ 12 heroas *om. Daniel* ‖ herba *L* ἦρα *Daniel* ‖ 16 lucinum *L* ‖ 21 ueitur *L* ‖ 22 qui *L*, *corr. Daniel* ‖ 26 etrusticorum *L* ‖ 30 se modo *L* ‖ et Turnus] et Tur *evanuerunt*

gibus cautum est, ut, siquis inprudens occidisset hominem, pro capite occisi agnatis eius in cautione offerret arietem. ergo hic bene videtur arieti dignitatem dare dicendo 'ipse', qui oblatus homicidam crimine homicidii possit exsolvere. IAM *significat 'modo'.*

44. MVRICE coclea *similis conchyliis,* unde tinguitur purpura. MVTABIT tinguet, inficiet per naturam. LVTO colore rubicundo. et est hypallage pro 'croco luteo'; nam crocum lutei coloris est: unde et 'aluta pellis' *alba per naturam.*

45. SANDIX herba, de qua sandicinus tinguitur color.

46. *TALIA SAECLA S. D. C. F. ordo est 'talia saecula currite fusis suis parcae dixerunt'.* CVRRITE *volvite.*

47. CONCORDES STABILI F. N. P. nam et quod una dixerit, duae sequuntur, et fixa sunt statuta fatorum: Horatius quod semel dictum est stabilisque rerum terminus servet.

49. IOVIS INCREMENTVM nutrimentum: et est vulgare, quod bucolico congruit carmini. *sane Iovem merito puerorum dicunt incrementa curare, quia cum pueri togam virilem sumpserint, ad Capitolium eunt. nam et in* VIIII. ⟨622⟩ *Ascanius in Numanum intendens sagittam, Iovem magis invocavit Iuppiter omnipotens, audacibus annue coeptis.*

---

5 Murice ... purpura] cf. Non. p. 549, 15 et Isid. or. XII 6, 50 ‖ 6 Luto colore rubicundo ... coloris est] exscr. Isid. or. XIX 28, 8. cf. Non. p. 549, 18 ‖ 13 Horatius] carm. saec. 26

---

1 inprudens] pr *evanuit* ‖ 2 et acnatis *L* et natis *Daniel* agnatis *Huschkius anal. litter. p.* 375 *conl. Catonis verbis a Prisciano* VI 69 (I *p.* 254 *H.*) *laudatis* (*p.* 17, 8 *Iord.*) ‖ in cautione *Daniel*: in cantione *L* in concione *Scaliger ad Fest. s. v. 'subici'* (*p.* 347 *M.*) ‖ 5 conchiliis *L* ‖ 6 LVTEO *AB* CROCEO LVTO *R* ‖ colore id est rubicundo *B* rubicundo colore *L* ‖ 8 et *om. L* ‖ alluta *PH*, lutea *add. P* ‖ 9 *scholia ad v.* 45—50 *hoc ordine exhibet L*: 47 CONCORDES ... seruat. 50 CONVEXO ... inclinato. 45 SANDIX ... color. 46 TALIA ... uoluite. 49 IOVIS ... carmini. sane iouem ... annue c. 50 NVTANTEM ... describit ‖ 9 color] quam uarantiam (varanam *Steph.*) rustici dicunt. Talia secla suis dixerunt currite fusis: quidam uolunt curritas dici uates deas, quae suis fusis id est uaticinationibus ordinent omnia et praedicent futura: et esse graecum nominatiuum currite ideoque corripi (CVRRITE *Steph.* ideoque corripi *om. idem*). Melius tamen est, 'currite' imperatiuum esse modum, ut sit sensus: dixerunt parce concordes suis fusis (id est *add. Steph.*) uaticinationibus currite talia secula, hoc est ordine et euentu uestro estote. Stabili: hoc est (hic *Steph.*) immutabili et semper manenti. Fatorum numine: fata dicta a fando, quia quae parcae dixerint (dixerunt *Steph.*) haec credebantur euenire mortalibus. 'numine' autem id est potestate, diuinatione ac magestate (*corr. Steph.*). Parcae: quae et furiae infernales; dictae parcae cata antifrasin quod nulli parcunt *add. R, ed. Steph.* melius ... nulli parcunt *post* volvite *collocata edidit Daniel* ‖ 10 SAECVLA *L* ‖ c. *om. L* ‖ 12 'concordes' autem dixit quia quod una dux dixerit secuntur aliae *R* ‖ 13 duae] dux *AB* ‖ sequentur *A* sequntur *P* secuntur *L* ‖ 14 terminos *L* ‖ seruetur *H* seruat *L* ‖ servet] Suboles: uel auguste uel salonine. Dicta suboles quod suboleat, id est succrescat *add. R* ‖ 16 congruit] conuenit *L* ‖ 17 quia *Commelinus*: qui *L.* *possis et* qui cum togam v. s. ‖ 19 iupiter *L* ‖ 20 coeptis] c. *L*

50. NVTANTEM MVNDVM nutat praesentibus malis, laetus est bonis futuris: *et bene quasi renascentem describit.* CONVEXO curvo, inclinato.

51. *TRACTVS a magnitudine dictum accipitur. et bene per haec omnia mundum divisit.*

53. O MIHI TVM LONGAE M. P. V. V. utinam possim frui vita longissima et habere tantum spiritum, quantus possit sufficere ad tuae virtutis commemorationem.

55. NON ME CARMINIBVS V. NEC T. O. genere stili se Orpheo vel Lino meliorem fore commemorat: nam non sibi arrogat, sed hoc dicit: tanta est materia tuae laudis, ut etiam humile ingenium in ea supra omnes possit excellere.

57. LINO Linus cum nomen hominis dicimus, 'Li' brevis est: Statius medio Linus intertextus acantho; cum *autem* linum dicimus, filum significantes, 'li' longa est, cum producatur apud Graecos. *Linus Apollinis et Psamathes filius, qui theologiam scribit.* *CALLIOPEA graeca declinatio.* *ADSINT pro 'faveant'.*

58. PAN ETIAM redit ad rustica numina: nam satis excesserat dicendo Linum poetam, Orphea theologum. ARCADIA IVDICE quae ei favet, ubi colitur.

60. RISV COGNOSCERE MATREM alludit ad id quod factum est. et rem naturalem ait: sicut enim maiores *se* sermone cognoscunt, ita infantes *parentes* risu se indicant agnoscere. ergo hoc dicit: incipe parentibus arridere et eis spe ominis boni detrahere sollicitudinem, ut et ipsi tibi arrideant: matri enim decem menses attulerunt longa fastidia. alii 'abstulerint' legunt, ut sit: si riseris,

---

14 Statius] Theb. VI 64 ‖ 23 ita... agnoscere] cf. Non. p. 276, 3

1 laetus est] sicut post laetari illum dicit *L* ‖ 4 a] *malim* de ‖ 6 TAM *PR* ‖ uitam longissimam *AB* (*corr. a*) ‖ 7 posset *ABPH* ‖ 9 o.] N. LINVS *add. L* ‖ genere...Lino *om. L, supr. vers. add.* λ ‖ generali *A* ‖ se... commemorat] parem se futurum O. v. L. c. *R* ‖ 10 meliorem *L*: similem *P, om. ABH* aequalem *Stephanus* ‖ nam non] nec *R* ‖ 11 laus mate *L* (laudis tuae materia λ) ‖ 12 in ea] in ea re *L* ‖ homines *L* (omnes λ) ‖ 13 LINO *om. L, add.* λ ‖ Linus] uero *add. L* ‖ 16 Graecos] ORPHI datiuus graecus *add. R* ‖ psamates *L* (psamatis *l*) ‖ 17 graeca declinatio *ad* ORPHEI *vel* ORPHI *pertinere Macrobius Sat.* V 17, 19 *docet* ‖ ADSIT *et* faveat *Commelinus* ‖ 18 numina *HL*: nomina *ABPR* ‖ 19 linum et orpheum poetas theologicos *R* ‖ poetam] uel *add. PH,* et *add. L* ‖ orpheum *L* ‖ 20 ubi colitur] uel ubi ipse colitur *R* ‖ *ad v.* 59 Dicat se uictum: id est ita ego canam, ut ipse pan dicat se uictum. uel certe 'dicet' est legendum, ut sit indicatiui futurum *R* ‖ 24 spe *om. A* ‖ hominis *BL* ominus *P* ‖ detrahe *PRH* ‖ 25 et] ei *B, om. L* ‖ matri enim...matri tuae longa fastidia] MATRI LONGA DECEM TVLERVNT FASTIDIA (matri decem mensis tulerunt longa fastidia λ) alii...matri tuae longa fastidia *L* MATRI DECEM MENSES ATTVLERVNT L. F. alii... matri tuae longa fastidia *R* ‖ 26 abstulerint *L*: adtulerunt *A* attulerint *BH* attulerunt *P* abstulerunt *R* ‖ si *om. BH*

abstulerint decem menses matri tuae longa fastidia, *quia praegnantes solent fastidia pati.*

62. CVI NON RISERE PARENTES N. D. H. M. D. N. D. C. E. sicut Vulcano contigit, qui cum deformis esset et Iuno ei minime arrisisset, ab Iove est praecipitatus in insulam Lemnum. illic nutritus a Sintiis, cum Iovi fulmina fabricasset, non est admissus ad epulas deorum. postea cum rogaret ut vel Minervae coniugium sortiretur, spretus ab ea est: unde divinos honores non meruit, ad quos *aut* per convivium numinum, aut per coniunctionem venitur dearum. hinc est, quod Iunoni agit in primo ⟨79⟩ Aeolus gratias, quod per eius beneficia divinos honores meruit, ut tu das epulis accumbere divum. *alii dicunt, quod cum Vulcanus parentes suos diu quaereret nec inveniret, sedile fecit tale, ut in eo qui sedisset surgere non posset. in quo cum adsedisset Iuno nec posset exsurgere, Vulcanus negavit se soluturum omnino, nisi prius parentes suos sibi monstrasset: atque ita factum est, ut in deorum numerum reciperetur. sane 'nec deus hunc mensa' alii ita intellegunt, quasi tam cito extinctus sit, ut nec Veneri nec Libero potuerit operari.*

ECLOGA QVINTA.

1. CVR NON MOPSE BONI Q. C. A. inducuntur duo amici pastores canere ad delectationem: unde et laudant se et sibi invicem cedunt. 'boni' autem docti. et figurate ait 'boni ambo, tu calamos inflare leves, ego dicere versus'.

---

3 sicut Vulcano contigit e. q. s.] cf. mythogr. I 128 et 176; II 37

---

1 decem] x. *ABPH* ‖ 2 pati] DECEM MENSES quia mares in decimo nascuntur mense, foemina vero in nono *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 3 CVI NON ...coniugium sortiretur *in marg. inf.* λ, Vulcanus dum rogaret mineruae coniugium spretus ab ea est *e. q. s. L, ex quibus* Vulcanus...coniugium *del.* λ ‖ 6 a Sintiis] as Intus *B* a simiis *a* ‖ 7 rogasset *R* ‖ vel Minervae] cum minerua λ ‖ 10 ait *BP* (agit *b*) ‖ 11 benefitium *L* ‖ 12 divum] Nec deus: id est iuppiter. Nec deam (*sic*): id est minerua *add. R, ed. Steph.* ‖ suas *L* ‖ 13 in *Dukerus*: cum *L* ‖ 15 soliturum *L* ‖ 17 intelligunt *L* ‖ 18 operari] Proinde nobilibus pueris editis in atrio domus Iunoni lectus, Herculi mensa ponebatur *add. Daniel. cf. schol. Bern. ad v.* 62 ‖ INCIPIT EGLOGA V *A* V EGLOGA Menalcas mopsus *BH* INCIPIT SERVII DE EGLOGA V. *P* MENALCAS MOPSVS *L.*

19 MENALCAS Virgilius hic intelligitur, qui obitum fratris sui Flacci deflet; vel, ut alii volunt, interfectionem Caesaris. MOPSVS vero Aemilius Macer, Veronensis poeta, amicus Virgilii *e Bernensibus scholiis huius eclogae commentario praefixit Daniel* ‖ TV CALAMOS INFLERE (*sic*) LEVES calamos aut leues uersus id est subtiles sed melius est calamos leues CVR NOS (*sic*) MOPSE BONI inducuntur duo pastores...et figurate ait ambo boni id est tu calamos inflare leues ego dicere uersus boni dicere autem uersus boni dicere autem graecum est *e. q. s. L* ‖ 20 laudant se *R*: laudant *ABPH* laudantes *L* se laudantes λ

2. TV CALAMOS INFLARE LEVES EGO DICERE VERSVS *aut 'calamos leves', aut 'leves versus', id est subtiles; sed melius est 'calamos leves'. 'boni dicere' autem graecum est ἱκανὸς λέγειν. 'dicere' sane pro 'canere', ut* ***Dianam tenerae dicite virgines:*** *ponitur et pro 'nominare', ut* ***Italiam dixisse ducis de nomine gentem.***

3. HIC CORYLIS MIXTAS I. C. V. ordo est 'cur non Mopse hic consedimus inter ulmos mixtas corylis', scilicet ut canamus. sane 'inter' praepositio quia postposita est, mutavit accentum, sicut 'circum'.

4. TV MAIOR *id est vel natu vel merito.*

5. SIVE SVB INCERTAS Z. M. V. dicit quidem verecunde se illi obtemperare debere, ostendit tamen quid sibi placeat: nam ex ipsa laude antri et ex arborum vituperatione, quarum incertas umbras dicit, ostendit suam sententiam esse meliorem. incertae autem umbrae sunt et ex solis circuitu et ex mobilitate ventorum; quod ipse etiam dicit 'zephyris motantibus *umbras.' sane 'succedimus' et dativo et accusativo casibus, secutus tam veterem quam nostram consuetudinem suo more iungit 'sive umbras succedimus sive antro', cum alibi secutus tantum antiquos dativo tantum succedere iunxerit:* ***ac nostris succede penatibus*** *et* ***successitque gemens stabulis.*** *Sallustius tamen 'succedere' accusativo iunxit, sed ubi 'prope' significat:* ***cum murum hostium successisset, poenas dederat,*** *hoc est cum prope murum accessisset. 'succedere' autem idem significat quod et 'subire', id est penitus intrare.*

7. LABRVSCA vitis agrestis, quae quia in terrae marginibus nascitur, labrusca dicta est a labris et extremitatibus terrae; *vel quod sapore acerbo labra laedat.*

8. MONTIBVS IN N. ac si diceret, in hoc territorio. et TIBI CERTAT usurpatum est; nam hodie 'certo tecum' dicimus.

9. QVID SI IDEM CERTET PH. S. C. offensus comparatione in-

---

4 Dianam] Horatius carm. I 21, 1 ‖ 5 Italiam] A. I 533 ‖ 7 sane 'inter' ...'circum'] cf. Schoell. d. acc. l. l. p. 185 ‖ 19 ac nostris] A. VIII 123 ‖ 20 successitque] A. VII 501 ‖ Sallustius] hist. I 102 Dietsch. 105 Kritz. ‖ 25 Labrusca ... terrae] exscr. Isid. or. XVII 5, 3. cf. Non. p. 449, 14

---

3 ἱκανὸς λέγειν *vir doctus in marg. L, 'ut Eupolis ap. Gellium lib.* I *cap.* XV': itanos legin *L* ita nos legimus *l* ita Graeci *ἀγαθὸς πολεμίζειν Masvicius* ‖ 4 ut Horatius *Masvicius* ‖ tenere dicit *L* ‖ 6 MYXTOS *L* ‖ 7 considimus *RH* ‖ 11 MVTANTIBVS *B* SPIRANTIBVS *H* ‖ 12 obtemptare *A* (*corr. a*) ‖ quod *L* (quid *λ*) ‖ 16 etiam ipse *L* ‖ 17 secutis *L* ‖ 20 stabilis *L* ‖ salustius *L* ‖ 21 prope] *malim* prope accedere ‖ 24 subire id est *l* subiret est *L, ut videtur. fortasse* subire, et est ‖ 26 dicta est] dicitur *L* ‖ terrae *Serviani libri et Isidorus*: agrorum *L* ‖ 28 hoc] nostro *L* ‖ 29 dicimus] AMYNTAS Cornificius per ironiam dicitur *add. Daniel. cf. schol. Bern.*

ferioris hoc dixit, licet non amare Menalcas dixerit 'solus tibi certat Amyntas': quod tamen quia hic aspere accepit, ille paulo post curat, dicens ⟨16⟩ lenta salix quantum pallenti cedit olivae.

10. PHYLLIDIS IGNES Phyllis, *Sithonis filia*, regina Thracum fuit. haec Demophoontem, Thesei filium, regem Atheniensium, redeuntem de Troiano proelio, dilexit et in coniugium suum rogavit. ille ait, ante se ordinaturum rem suam et sic ad eius nuptias reversurum. profectus itaque cum tardaret, Phyllis et amoris impatientia et doloris impulsu, quod se spretam esse credebat, laqueo vitam finivit et conversa est in arborem amygdalum sine foliis. postea reversus Demophoon, cognita re, eius amplexus est truncum, qui velut sponsi sentiret adventum, folia emisit: unde etiam φύλλα sunt dicta a Phyllide, quae antea πέταλα dicebantur. sic Ovidius in metamorphoseon libris.

11. ALCONIS LAVDES hic Cretensis sagittarius fuit, *comes Herculis, ita peritus, ut ictus eius non falleretur: namque positos supra capita hominum anulos traiciebat; capillos spiculis sagittarum rumpebat; sagittas sine ferro, positis ex adverso gladiorum lancearumve mucronibus, findebat.* cuius cum filium draco invasisset, tanta arte direxit sagittam, ut ea currens in serpentis deficeret vulnere nec transiret in filium. *merito ergo 'laudes', quia talia fecerat.* IVRGIA CODRI Codrus dux Atheniensium fuit, qui, orto bello inter Laconas et Athenienses cum respondisset oraculum, illos posse vincere, quorum dux perisset, *et hostes scientes a Codro abstinerent,* habitu humili profectus est ad hostium vicina tentoria et illic iurgio eos in suam caedem instigavit et a nullo cognitus fecit locum oraculo: *nam Athenienses eo proelio vicerunt.*

13. CORTICE FAGI ubi enim debuit magis rusticus scribere?

---

4 Phyllis ... quae antea πέταλα dicebantur] exscr. mythogr. I 159, II 214 ‖ 13 Ovidius in metam. libris] immo heroid. II ‖ 15 hic ... nec transiret in filium] Serviana exscr. mythogr. I 160, II 191 ‖ 22 Codrus ... fecit locum oraculo] exscr. mythogr. I 161, II 189

---

2 asper *A* (*corr. a*) ‖ 4 sitonis *L*. Sithonis filia *om. mythogr.* ‖ 5 demofontem, *ut infra* demofon *Serviani libri* ‖ 7 rem] publicam *add. L* (*del. λ*) ‖ rediturum *L* ‖ 10 arborem] sui nominis, id est *add. Stephanus* ‖ 12 qui] quae *Masvicius* ‖ fylla *AB* phylla *PL* philla *R* filla *H* ‖ 13 petala *libri, nisi quod* poetala *P* petalla *R* ‖ sic...libris *om. B* ‖ 15 erculis *L*. *ceterum* comes Herculis...findebat *om. mythogr.* ‖ 17 capitae *L, corr. Masvicius.* capite *Daniel* ‖ 20 eam *A* ‖ deficeret *PRH*: defigeret *AB* defigeretur *L*. ut ea currens in serpentis defigeret se corpore *mythogr. I*, ut eam currens in serpentem defigeret *mythogr. II* ‖ 21 in] ad *R* ‖ merito...fecerat *non edidit Daniel* ‖ quia *ego*: qui *L* ‖ 22 Codrus *om. L*, crodrus *supr. vers. λ* ‖ 24 perisset] ab ostibus fuisset occisus *L* ‖ et...abstinerent *om. mythographi* ‖ 26 et ... oraculo] cum a nullo fuisset agnitus et sic locum fecit oraculo *L* ‖ 28 *scholia ad v.* 13 *et* 14 *adscripta om. L, in marg. inf. add. λ*

14. MODVLANS ALTERNA secundum rhythmum componens. 'alterna' autem varia, propter musicam, cuius sonus varius invenitur ex pedum dissimilitudine. significat autem cantaturum se epicedion et epitaphion: nam epicedion est, quod dicitur cadavere nondum sepulto, ut ⟨20⟩ extinctum nymphae crudeli funere Daphnin; epitaphion autem post completam sepulturam dicitur, ut ⟨43⟩ Daphnis ego in silvis hinc usque ad sidera notus.

16. LENTA SALIX Q. P. C. O. rusticis utitur comparationibus. salix autem vilissima est arbor olivae comparatione.

17. SALIVNCA herbae genus, quam Orcitunicam vulgo vocant.

18. IVDICIO NOSTRO ac si diceret: quid alii sentiant, videris. *et bene satis fecit, in quo reprehensus est, quod Mopso Amyntam comparasset.*

19. *DESINE omitte, ut ⟨VIII 61⟩ desine Maenalios. Sallustius bellum quibus posset condicionibus desineret.*

20. EXTINCTVM NYMPHAE C. F. D. F. multi dicunt, simpliciter hoc loco defleri Daphnim quendam pastorem, *quem mater sua compressa a Mercurio et enixa abiecit. hunc pastores invenerunt inter lauros (et) Daphnin vocaverunt: quem Pan musicen docuisse dicitur. qui cum et venationis et musices peritissimus esset, adamatus a nympha est; qui etiam iure iurando adstrictus est, ne cum alia concumberet. hic dum boves persequitur, ad regiam pervenit, et ob pulchritudinem appetitus, cum regis filia consuetudinem miscuit. hoc cum nympha rescisset, luminibus eum orbavit. ille in auxilium patrem Mercurium invocavit: qui eum in caelum eripuit et in eo loco fontem elicuit, qui Daphnis vocatur, apud quem quotannis Siculi sacrificant.* alii dicunt significari per allegoriam C. Iulium Caesarem, qui in senatu a Cassio et Bruto viginti tribus vulneribus interemptus est: unde et

---

14 Sallustius] hist. inc. 4 Dietsch, I 25 Kritz.

---

1 rhithmum *A* rithmum *B* rihtmum *P* rihmum *H* ‖ 3 et pedum dissimilitudinem *A* ‖ autem] enim *R* ‖ cantorum *A* ‖ se *om. A* ‖ 4 et . . . epicedion *om. B* ‖ cadaueri *A* ‖ 9 est *om. A* ‖ 10 ocitunicam *A* (orcitunicam *a*). *cf. Salmas. exercit. Plin. p.* 751 ‖ uul *L* (uulgo *λ*) ‖ dicunt *L* ‖ vocant] Rosetis: ubi rosae nascuntur *add. R, ed. Steph.* ‖ 11 dicat *R* ‖ videris] Desine p. p.: cessa te excusando aut alia dicendo. et subauditur optendere uel dicere *add. R, ed. Steph.* ‖ 12 amintam *L* ‖ 14 salustius *L* ‖ 16 F.] quidam uolunt hic plangi dafnim, qui fuerit pastor, mercurii filius, eximiae formae, et cum fuerit dilectus a nympha lyca, fecerit ei fidem, numquam se cum alia concubiturum et fefellerit: ob quod ab ea luminibus fuerit priuatus et licet caecitatem fistula solaretur, non tamen diu uixerit *add. R. cf. explan. Iun. Filarg.* ‖ 17 dapnim in *A* (in *del. a*) dafnin *BH* dapnim *P* dafnim *R* daph *L* (daphnin *λ*) ‖ 18 inuerunt *L* inuenerunt *l* ‖ 19 et *inseruit Masvicius* ‖ da *L*, daphnin *l* ‖ 20 peritissimus] itissi *litterae evanuerunt* ‖ 21 iure iurando] re *evanuit* ‖ adtrictus *L* ‖ 25 inuocauiit *L* ‖ 26 dapnis *L* ‖ quodannis *L* ‖ 27 c. *B*: g. *A* Gaium *L*, *om. PHR* ‖ 28 cassia *P* ‖ uiginti quattuor *L*

'crudeli funere' volunt dictum. *sed si de Gaio Caesare dictum est, multi per matrem Venerem accipiunt, per leones et tigres populos quos subegit, per thiasos sacra quae pontifex instituit, per formosum pecus populum Romanum.* alii volunt Quintilium Varum significari, cognatum Vergilii, de quo etiam Horatius ergo Quintilium perpetuus sopor urget. tamen 'crudeli funere' ad quemvis potest referri.

21. VOS CORYLI TESTES ET FLVMINA NYMPHIS bene testimoniis utitur in rebus incredibilibus: nam fletum facile dearum persona non recipit. et bonis usus est gradibus: fleverunt nymphae, quibus insita est naturaliter pietas; homines, ad quos mortis pervenit dolor; pecudes, quae licet ratione careant, tamen non carent sensu; ferae crudelitate gaudentes. quam rem rursus, quia incredibilis est, testimonio conprobat, dicens, hoc et montes loquuntur et silvae. quod autem ait 'coryli testes et flumina' usurpatum est; nam 'testes flumina' non dicimus: quae enim in 'is' exeunt, neutrum in 'e' mittunt, ut 'agilis agile', sed nec 'hoc teste' nec 'haec testia' possumus dicere. unde per definitionem debemus dicere: testes mihi sunt; quae res? coryli et flumina: sic Horatius testis Metaurum flumen, Propertius ⟨II 9, 41⟩ testes sunt sidera nobis.

22. COMPLEXA SVI C. M. N. lugentum est ut corpori inhaereant.

23. ASTRA CRVDELIA quae acceleraverunt Daphnidis mortem.

25. NVLLA QVADRVPES 'hic' et 'haec quadrupes' dicimus, *ut ipse* alibi saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.

28. MONTESQVE FERI S. L. hyperbolicos dixit. et notandum, quia cum diceret eius apotheosin, econtra laetitiam rebus omnibus dat, quas nunc in maerore fuisse memoravit.

29. DAPHNIS ET ARMENIAS C. S. T. I. hoc aperte ad Caesarem

---

5 Horatius] carm. I 24, 5 ‖ 18 Horatius] carm. IV 4, 38 ‖ 23 alibi] A. VII 500 ‖ 24 hyperbolicos dixit] cf. Macrob. Sat. IV 6, 15

---

1 dictictum *L*, dictum *l* ‖ 5 etiam *om.* *L* ‖ ergo *om.* *L* ‖ 6 urguet *A* ‖ referri] Quidam dicunt Virgilium fratris sui Flacci mortem deflere *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 7 testimonio *R* ‖ 8 nam fletum dearum natura non facile recipit *R* ‖ 9 et] hic autem *R* ‖ 10 mortis] mortalis *L* ‖ 12 incredibile *L* (incredibilis *λ*) ‖ 13 hoc et montes loquuntur et siluae loquuntur *B* hoc et montes loquantur et siluae loquuntur *P* ‖ locuntur *AL* ‖ silvae] testes *add.* *A* ‖ 15 quae enim] quoniam quae *L* ‖ 17 difinitionem *AP* diffinitionem *BHL* ‖ possumus *B* (debemus *b*) ‖ testis *L* ‖ 19 testes *ex* testis *L* ‖ 20 lugentium *BR* ‖ ut] ut *ex* et *L* ut et *vulgo* ‖ inhaereant] inhaeret *BL* (inhaereant *l*) haereant *P*. Miserabile autem quod merito sit miserandum *add.* *R* ‖ 21 CRVDELIA] per quae hominum fata moveri atque impleri vel mutari putabant *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ mortem] nam in sideribus dicebant antiqui fata esse omnium et inde mortalibus aut laeta aut tristia prouenire. Egere: minavere, duxere *add.* *R* ‖ 23 refugit] Libauit: hic 'bibit' significat *add.* *R* ‖ 24 *scholia ad v.* 28—30 *adscripta om.* *L*, *in marg. inf. add.* *λ* ‖ dicit *Rλ* ‖ 25 quia *PRH*: qui *A* quod *Bλ*

pertinet, quem constat primum sacra Liberi patris transtulisse Romam. 'curru' pro 'currui'.

30. THIASOS saltationes, choreas Liberi, id est Liberalia.

32. VITIS VT ARBORIBVS *DECORI EST bene, ut pastores, similitudines de rebus agrestibus sumunt.* locus Theocriti est ⟨VIII 79⟩.

34. TVIS si Romanis, Caesar; si pastoribus, Daphnis. *TVLERVNT pro 'abstulerunt'.*

35. PALES dea pabulorum, *dea pastoralis.* *APOLLO hic* Apollinem nomium dicit, id est pastoralem: nam Admeto regi pavit armenta. et hoc dicit, nec pabula nascentur, nec pecora.

36. GRANDIA HORDEA usurpative metri causa dixit: nam 'triticum', 'hordeum', 'vinum', 'mel' numeri tantum singularis sunt, unde plurali in prosa uti non possumus; 'vina' tamen possumus dicere Ciceronis exemplo, qui ait in praetura ⟨36, 91⟩ vina ceteraque, quae in Asia facile comparantur.

37. INFELIX LOLIVM inutile, infecundum. 'steriles' autem avenas secundum situm dixit Italiae: nam in Thracia fructuosae sunt. haec autem dicit contingere, ut ostendat terram quoque dolere Daphnidis mortem.

38. *PVRPVREO NARCISSO duo homoeoteleuta. et 'purpureo' nunc specioso.*

39. *CARDVVS spinae genus.* PALIVRVS herba asperrima et spinosa: *vel, ut quidam volunt, spina alba.*

11 usurpative e. q. s.] cf. Don. ars gramm. p. 376, 28 sqq. K. et Cledon. p. 43, 1 K. ‖ 22 Paliurus ... spinosa] exscr. Isid. or. XVII 9, 56

2 currui] antiptosicos *add. B* ‖ 3 saltationis *BH* ‖ Liberalia] sunt enim thiasi coetus virginum atque puerorum bacchantium plangentibus Nymphis. dicunt etiam thyasos (vel rectius thyrsos *add. Commelinus*) esse hastas variis sertis indutas, quibus baccae mulieres in sacris Liberi patris utebantur *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ *ad v.* 31 Et foliis lentas i. m. h.: ligare hastas uariis sertibus (*sic*): quod genus ludi erat in sacris liberi patris *R* ‖ 5 sumant *L* sumunt *l* ‖ locus ... est *om. L, add. λ* ‖ 6 TVIS *om. L, add. λ* ‖ si ... Daphnis] si (sicut *b*) R. C. sicut P. D. *B* sic tu es R. C. sic P. D. *L* si caesar romanis si daphnis pastoribus *R, in quo haec sequuntur* quod dicit hoc est: sicut uites inter alias arbores decorem maximum obtinent et eas sui admixtione delectabiliores effitiunt et sicut ipsas uuae adornant iocundioresque reddunt et sicut in armentis nihil est tauris pulcrius et fortius et sicut segetes pulcriores effitiunt terras ita tu o caesar tuis id est romanis decus omne fuisti. Postquam te f. t.: postquam morte decessisti, quod fato dicitur prouenire. ‖ TVLERVNT p. a. *non edidit Daniel* ‖ 8 apollinem autem n. d. *ABPH, nisi quod* NOMINIŨ *B* APOLLO i. e. nomius. apollinem autem nomium dicit *R* ‖ 10 dicit] postquam tu mortuus es *add. R* ‖ nascentur *ABH*: nascuntur *PRl* nascantur *L* ‖ 14 praetura *ex* petora *P* ‖ 15 comparantur] Mandauimus: commendauimus, id est (vel *Steph.*) seminauimus. commendare autem uel mandare recte dicitur quasi reddituris (et r. d. reddituris *Steph.*) *add. R, ed. Steph.* ‖ 16 infecundum] qui lolium manducant, caecitatem patiuntur *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 18 contingere] accidere *R* ‖ dolere] deflere *R* ‖ 19 dafnidis *RHa*: dapnis *A* dafnis *BPL*

40. SPARGITE *HVMVM FOLIIS id est* implete, ut spargitur et tellus lacrimis, *sparguntur et arma.* et dicit ornandum esse locum sepulchri ex voluntate defuncti. INDVCITE FONTIBVS VMBRAS facite nemora circa fontes: et hoc ideo, quia, ut diximus, heroum animae habitant vel in fontibus vel in nemoribus, ut lucis habitamus opacis riparumque toros et prata recentia rivis incolimus.

42. SVPERADDITE CARMEN duos versus carmen vocavit: nec mirum, cum etiam de uno carmen dixerit, ut et rem carmine signo: Aeneas haec de Danais victoribus arma.

43. DAPHNIS EGO IN SILVIS in silvis notus, et hinc usque ad sidera.

44. FORMOSI PECORIS C. F. I. si ad Caesarem referas, hoc dicit, boni populi optimus imperator.

45. TALE TVVM CARMEN laudant se invicem, ut diximus supra ⟨1⟩. *et 'tale' deest 'videtur' vel aliud quid.*

46. QVALE SOPOR FESSIS qualis res, ut ⟨III 82⟩ *dulce satis umor.*

48. NEC CALAMIS S. AEQ. S. V. M. videtur allegoria quasi ad Theocritum et Vergilium respicere: hinc est 'tu nunc eris alter ab illo'. *fabula de calamo talis est: veteres Zephyro vento unam ex horis coniugem adsignant, ex qua et Zephyro Carpon filium pulcherrimi corporis editum dicunt. quem cum Calamus, Maeandri fluvii filius, amaret, a Carpo mutua vice etiam ipse adamatus est. sed Carpos cum in Maeandrum fluvium cadens esset extinctus, Calamus, patrem propter hoc scelus aversatus, aufugit rogavitque Iovem, ut finem suis luctibus daret sibique mortem praestaret, ut amato post obitum iungeretur. quem miseratione Iuppiter ductus in harundinales calamos verti iussit, qui semper circa oras fluminum nasci solent, Carpon vero in fructus rerum omnium vertit, ut semper renasceretur.*

---

1 spargitur] A. XI 191 ‖ 5 lucis] A. VI 673 ‖ 9 et rem] A. III 287

---

1 aspurgitur *L* ‖ 2 aspargunt *L* (aspergunt *l*) ‖ 3 FRONDIBVS *B* (fontibus *b*) ‖ 5 habitant] post mortem habitare dicebantur *R* ‖ 8 *ad v.* 42 Tumulum facite: id est sepulchrum componite et super sepulchrum facite tumulum ob memoriam scilicet. Tumulo s. a. c.: hic duos versus *e. q. s.* *R* ‖ 11 SILVIS] HINC VSQVE AD SIDERA NOTVS *add.* *PHRL*, in silvis ... ad sidera *om. eidem* ‖ 14 imperator] si ad pastorem, laudat se non solum quia pastor fuerit, sed etiam formosum pecus formosior ipse habuerit *add.* *R* ‖ 17 res] est *add.* *AR* ‖ 18 umor *L*: humor *Serviani libri* ‖ umor] Fessis: fatigatis labore aut solis calore. Dulcis aquae saliente: ebulliente uel decurrente *add.* *R*, Fessis ... labore *ed. Steph.* ‖ 19 v.] ARTE *H* ‖ 20 uergilium *L* ‖ ab illo] id est tu solus post illum bucolicum carmen scribis uel etiam post illum tu excellentius omnibus carmina componis *add.* *R*, id est ... scribis *ed. Steph.* ‖ 23 meandri fluii *L* ‖ 24 cum *supr. vers.* *l* ‖ 25 calamos *L* calamus *l* ‖ 28 iupiter *L* ‖ 29 horas *L*

50. QVOCVMQVE MODO prout possumus. et dicit, se Daphnidis dicturum apotheosin, ut 'Daphninque tuum tollemus ad astra'. 'tuum' quem tu diligis. *'tollemus ad astra' quia apotheosin eius dicturus est.*

53. TALI MVNERE si amicum laudaveris.

54. PVER IPSE modo Daphnin intellegimus: nam Caesar non puer occisus est, sed maioris aetatis.

55. IAM PRIDEM STIMICHON L. C. N. ac si diceret, scio esse optima, quae dicturus es; frustra ea verbis extenuas: quia ille supra verecunde dixerat 'quocumque modo tibi nostra vicissim'. *quidam per Stimichonem Maecenatem accipiunt; nonnulli Stimichonem patrem Theocriti dicunt.*

56. CANDIDVS id est deus, unde contra nigros mortuos dicimus. significat etiam benignos et bonos, sicut contra malos nigros dicimus: Horatius hic niger est, hunc tu Romane caveto. *saepe tamen candidum pro pulchro ponit, ut candida Dido et candida Maia.* *INSVETVM MIRATVR L. O. quasi novus deus. et quibusdam videtur per allegoriam Caesarem dicere, qui primus divinos honores meruit et divus appellatus est.*

57. SVB PEDIBVSQVE V. N. E. S. D. meritum eius ostendit, qui summos circulos et caeli secreta conscendit. *et quidam 'sub pedibus' secundum physicos dictum volunt, qui tradunt sidera, id est planetas, in aethere ferri, qui intra caelum est: nam nubes vicinas esse terris nullus ignorat.*

58. ERGO ALACRIS SILVAS omnia tenet voluptas, quae superius occupaverat maeror, ut ⟨35⟩ ipsa Pales agros atque ipse re-

---

15 Horatius] sat. I 4, 85 ‖ 16 candida Dido] A. V 571 ‖ candida Maia] A. VIII 138

---

1 et. . .ad astra *om. L, in marg. inf. add. λ* | 2 apotheosin] translationem scilicet pertinentem ad diuinitatem ipsius *add. R, ed. Steph., qui haec addidit* cum homines inter deos commemoramus ‖ 3 diligis] et de quo canis. Tollemus: laudibus efferemus. Daphnim ad a. f.: scilicet laudantes illum uel certe inter deos illum computabimus. Amauit nos quoque D.: uel caesar uel pastor aliquis, ut supra dictum est *add. R* ‖ 6 daphnim *RH* ‖ 10 vicissim] Stimicon: alius pastor *add. R* ‖ 13 contra] aetiam *L* aetiam contra *λ* ‖ 14 significat. . . dicimus *L, edidit Stephanus: om. AB PRH et Burmanni libri. sed Servii esse haec verba eo ostenditur quod Horatii versus non potest ad 'unde c. nigros mortuos d.' referri* ‖ aetiam *L* et *Steph.* ‖ bonus et benignus *Steph.* ‖ contra] co *litterae evanuerunt in L,* e contra *Daniel* ‖ 15 hic *ex* hinc *P* ‖ 16 pulcro *L* ‖ 19 apellatus *L* ‖ 21 conscendit] et positus in summis caeli sub se nubes et sidera habet *add R* ‖ et quidam. . .nullus ignorat *non edidit Daniel* ‖ 23 aetere *L* ‖ intra caelum *ex* intra caтelum, *ut videtur, L. an* infra caelum? ‖ 25 ALACRES *L* ‖ superius] supra *R* ‖ 26 ut] quia *L.* ad sidera abiit nam supra ait *supr. vers. add. λ: quae abieci; nam quod 'ad sidera abiit' Daphnis, non fuit maeroris causa*

liquit Apollo. *antiqui autem 'ergo' pro 'merito' dicebant, sicut hic accipitur: Plautus in Persa* ⟨I 1,22⟩ *satin tu usque valuisti? haud probe. ergo edepol palles, item in Milite* ⟨I 1,61⟩ *hicine Achilles est, inquit mihi: immo eius frater, inquam, est. ergo mecastor pulcher.*

59. TENET id est *habet*, moratur, amplectitur.

60. NEC RETIA CERVIS VLLA D. M. adeo placet simplicitas Daphnidi, ut etiam ille dolus, qui voluptati antea fuerat, conquiescat, scilicet venationis. et est hyperbole.

63. INTONSI silvosi, incaedui.

64. DEVS DEVS ILLE MENALCA hoc *con*sonant: deus, deus est Daphnis, *quasi vox silvarum sit. et multi sic distingunt 'ipsa arbusta sonant deus' et subiungunt 'deus ille Menalca', ut sit sensus: si enim rupes et arbusta deum dicunt, deus est, o Menalca.*

65. SIS BONVS O FELIXQVE TVIS pastoribus, si Daphnin accipimus; si Caesarem, bene ait 'tuis': suis enim percussoribus nocentissimus fuerat: nam Augustus, eius filius, omnes est persecutus. 'felix' autem propitius, ut sis felix nostrumque leves, quaecumque, laborem, item econtra Iuno quae potui infelix, id est irata: deos enim *vel* felices vel infelices ex rebus, quas praestant, vocamus.

66. EN QVATTVOR ARAS ECCE DVAS TIBI DAPHNI DVAS ALTARIA PHOEBO feci, inquit, aras quattuor: tibi, o Daphni, do duas, et duas aras Apollini, quae sint altaria. novimus enim, aras et diis esse superis et inferis consecratas, altaria vero esse superorum tantum deorum, quae ab altitudine constant esse nominata: quae nunc dat Apollini, quasi deo; Daphnidi vero aras ponit: nam licet eum dixerit deum, tamen mortalem fuisse manifestum est. sane quaeritur, cur duo altaria Apollini se positurum dicat, cum

---

18 sis felix] A. I 330 ‖ 19 quae] A. VII 309 ‖ 26 quae ... nominata] cf. Isid. or. XV 4, 14; Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 459; mythogr. III 6,31

---

2 in persas at intituusque *L* ‖ haud] hat *L* ‖ 3 acillis *L* ‖ 4 inquid *L* ‖ metastor pulcer *L* ‖ 7 M.] metonomicos: non enim ipsa retia meditantur, sed qui ea intendunt. Otia: laoticiam (*l.* laetitiam) et securitatem yperbolicos dicit *add. R* ‖ simplicitas *PR*: simpliciter *AB* simplicit̄ *H* simplicit̄//// *L* ‖ 8 daphnidis *R* ‖ ipse *supr. vers.* λ (ille *L*) ‖ uoluptatis *a* ‖ 9 et est hyperbole *om. LR, supr. vers. add.* λ ‖ 10 INTONSI...incaedui *post* Daphnis *hab. AP, om. BL* (*post* o Menalca *supr. vers. add.* λ) ‖ id est inculti et siluosi *R* ‖ incaedui *om. RH* ‖ 11 DEVS...Daphnis *om. H* ‖ 12 quasi *ex* quisi *L* ‖ distingunt (c *supr.*) *L* ‖ 15 SIS FELIX BONVSQVE TVIS *A* ‖ 17 fuit *R* ‖ 19 potuit *ARH*λ ‖ 22 DVAS] DVO *P* DVOQVE *H* ‖ 23 do duas *BHp*λ duas do *R*: do *om. APL* ‖ 24 et *ante* diis *om. L* ‖ 26 constant *ABH*: constat *PRL* ‖ 27 dapni ediuerso aras ponit *A* dafnidi uero a. p. diuerso *B*

constet supernos deos impari gaudere numero, infernos vero pari, ut ⟨VIII 75⟩ numero deus impare gaudet, quod etiam pontificales indicant libri. sed constat secundum Porphyrii librum, quem Solem appellavit, triplicem esse Apollinis potestatem, et eundem esse Solem apud superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos. unde etiam tria insignia circa eius simulacrum videmus: lyram, quae nobis caelestis harmoniae imaginem monstrat; grypem, quae eum etiam terrenum numen ostendit; sagittas, quibus infernus deus et noxius indicatur, unde etiam Apollo dictus est *ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν.* hinc est quod et Homerus eundem tam pestilentiae dicit quam salutis auctorem, et Horatius ait condito mitis placidusque telo supplices audi pueros, Apollo: unde Vergilius, rationis huius peritus, per altaria supernum numen ostendit, per parem numerum infernam indicat potestatem. *Varro diis superis altaria, terrestribus aras, inferis focos dicari adfirmat. alii 'altaria' eminentia ararum et ipsa libamina, ut paterisque altaria libant.*

67. *NOVO vel recenti, vel primo tempore lactis incipiente expressum.* BINA duo. QVOT ANNIS singulis quibusque annis.

68. *DVO vetuste dixit, ut 'ambo': ⟨VI 18⟩ nam saepe senex spe carminis ambo luserat: nam hodie hoc significatu 'duos' et 'ambos' dicimus.* PINGVIS OLIVI quod Graeci *λιπέλαιον* dicunt. *et 'olivi' et 'olei', nam et 'olea' et 'oliva' dicitur.*

69. HILARANS participium est ab eo quod est 'hilaro'. sane sciendum, nomen unde venit, id est 'hilarus' vel 'hilaris', a graeco descendere; nam *ἱλαρὸς* facit.

70. *ANTE FOCVM SI FRIGVS ERIT S. M. I. V. non frigori calorem opposuit, sed messem, quae est tempore caloris.*

71. VINA NOVVM FVNDAM CALATHIS ordo est: vina fundam ca-

---

3 sed constat e. q. s.] exscr. mythogr. II 18; III 8, 16 ‖ 11 Horatius] carm. saec. 33 ‖ 16 paterisque] A. XII 174

---

2 quod etiam ... hinc est quod et *om.* *L* ‖ 3 porfirii *A* forfirii *B* ‖ 6 sepulchrum *H* ‖ 8 gripem quae eum etiam *H* Gripem qui//// eum etiam (*duae litterae deletae sunt*) *P*: Gripe meū quae etiam *A* Crype meũque etiam *B* (uel capreum nel clipeum *supr. vers. b*) griphem eum quae etiam *R* ‖ 9 infernus *P*: inferni *A* infernorum *B* inferior *H* infernalis *R* ‖ 10 ΑΠΟΛΙΝ *A* aποΛaιΝ *B* aποΛΛ//ΙΝ (*una littera deleta*) *P* aποΛΛΗΙΝ *R* aποΛΛΙΝ *H* ‖ eundem] apollinem *L* ‖ 16 et ipsa libamina] ut ipsa libamina *add.* *L*. *fortasse* et ipsa libamina tradunt. *ceterum cf. schol. Dan. ad Aen.* XII 174 ‖ 21 significatu *L* significantius *l* ‖ 22 ΛΙΠΠΕΛΕωΝ *H* lipeleon *reliqui* ‖ 26 ΗΛaΡΟC *A* ΙΛaΡΟS *B* ΥΛaΡΟC *PH* hylaros *R* hilaros *L* ‖ 27 Ante focum si frigus erit: id est hiems, per id quod efficiatur id quod efficit. Si messis in umbra: id est aestas, per id quod continetur id quod continet *R* ‖ 28 obposuit *L*

lathis, id est calicibus, quae vina sint novum nectar, ist est magna dulcedo. ARIVSIA autem Chia, a promuntorio Chii insulae Ariusio. *vel illud 'vina Ariusia, novum nectar, calathis fundam'. alii novum mustum intellegunt, vel merum, quale numquam habuerit, ut* ⟨III 86⟩ *Pollio et ipse facit nova carmina.*

72. LYCTIVS AEGON Cretensis, ut Lyctius Idomeneus.

73. SALTANTES SATYROS IMITABITVR ALPHESIBOEVS pastor quidam. sane ut in religionibus saltaretur, haec ratio est, quod nullam maiores nostri partem corporis esse voluerunt, quae non sentiret religionem: nam cantus ad animum, saltatio ad mobilitatem pertinet corporis.

75. ET CVM LVSTRABIMVS AGROS sic supra ⟨III 77⟩ cum faciam vitulam pro frugibus. *'lustrare' hic circuire: dicit enim ambarvale sacrificium.*

76. DVM IVGA MONTIS APER sicut in freta dum fluvii current, (id est) semper: et futurum et praeteritum significat.

79. VT BACCHO CERERIQVE haec enim duo sunt numina, quae et rustici maxime colunt et quorum munera communia sunt mortalibus cunctis: sic in georgicis ⟨I 7⟩ vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista.

80. DAMNABIS TV QVOQVE VOTIS id est cum deus praestare aliqua hominibus coeperis, obnoxios tibi eos facies ad vota solvenda, quae ante quam solvantur, obligatos et quasi damnatos homines retinent.

81. REDDAM PRO CARMINE DONA ille eum supra tantum laudaverat, hic et laudat et de munere etiam cogitat.

82. *NAM NEQVE TANTVM quaedam per comparationem laudata maiorem emphasin habent, si negatio activa a parte orationis incipiat, ut non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis exit, et nec sic*

6 Lyctius Idomeneus] A. III 401 ‖ 13 lustrare circuire] cf. Non. p. 335, 20 ‖ 15 in freta] A. I 607 ‖ 21 id est e. q. s.] cf. Non. p. 277, 2 sqq. ‖ 29 non sic] A. II 496 ‖ nec sic] A. V 146

2 Chia] et chia *B* uina *H* ‖ promunctorio *PRH* promontorio *ABL* (promonctorio *a*) ‖ chi *L* ‖ 3 calatis *L* ‖ 4 intelligunt *L* ‖ merum *ex* mirum *L* ‖ 6 Idomeneus] a Lyctio urbe Cretae *add. Commelinus* ‖ 11 corporis] SOLEMNIA VOTA anniversaria sacra, quae certis diebus celebrantur *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 13 dicitur *Daniel* ‖ 14 aruambale *L* ‖ 15 Dum iuga m. a.: quam diu rerum natura manebit *R* ‖ 16 id est *inserui* ‖ 18 munea *L* munera *l*: nomina *APRHλ* numina *B* ‖ 19 si] sine *A* ‖ 20 arista] Cererem propter aridos, Liberum propter humidos fructus. Itaque nunc Daphnim dicit colendum propter pecudum proventus *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 23 quae . . . retinent *om. L, in marg. inf. add. λ* ‖ 24 retinent] alii 'damnabis' alligabis uel absolues; utrumque enim sensum habet uerbum 'damno'. uel 'damnabis' reos uoti facies *add. R, edidit Daniel* ‖ 28 enfasin *L* ‖ aperte oratinis *L* ‖ 29 acgeribus *L*

immissis aurigae undantia lora. SIBILVS hic sibilus res ipsa: nam sibila ora participialiter dictum est pro 'sibilantia'.

85. HAC TE NOS FRAGILI DONABIMVS A. C. bene anticipat et offert munus, quod ille se facturum esse promiserat. *CICVTA fistula, ut* ⟨II 36⟩ *septem conpacta cicutis. et fistulae qualitatem per principia eclogarum ostendit, ut 'haec nos, formosum Corydon ardebat Alexin.'*

88. SVME PEDVM virga incurva, unde retinentur pecudum pedes.

89. NON TVLIT ANTIGENES E. E. T. D. AMARI aut pastorem quendam pulcherrimum dicit; aut choraulam significat, quem legimus admodum a Vergilio fuisse dilectum. *'non tulit' autem non impetravit. 'amari' pro 'qui amaretur'.*

90. FORMOSVM PARIBVS NODIS pari et aequali tumore nodorum. et honeste locutus est, formosum nodis vel aere, ut si dicas 'pulcher est equus sella, pulcher frenis'. *FORMOSVM P. N.* **et ab arte et a natura laudavit: 'paribus nodis' id est natura formosum; 'atque aere' hoc est pulchrum aere artificium.**

ECLOGA SEXTA.

1. *PRIMA SYRACOSIO character mixtus; nam et poeta praefatur et cantare Silenus inducitur. SYRACOSIO quia Theocritum praecipue sequitur, quamvis multi alii bucolica scripserint. LVDERE VERSV ut ipse ait carmina qui lusi pastorum.* PRIMA SYRACOSIO DIGNATA EST L. V. NOSTRA Romana, inquit, musa non erubuit se silvis ante committere, id est imitari Theocritum Syracusanum et bucolica scribere. 'Syracosio' autem graece ait: nam latine 'Syracusanus' dicimus. 'nostra', id est Romana, ut tu quoque litori-

---

2 sibila ora] A. II 211 ‖ 22 carmina] georg. IV 564 ‖ 25 tu quoque] A. VII 1

---

6 eglogarum *L* ‖ uos *L* ‖ coridon *L* ‖ 8 incuruata *R* incarina *L* (incurua *l*) ‖ 10 coraulam *Serviani libri* ‖ 13 FORMOSVM PARIBVS NODIS pari et equali tumore nodorum et honeste locutus est formosum nodis et ab arte et a natura laudauit uel ab aere, ut si dicas pulcher est equus sella pulcher est fraenis (fraenus *l*). PARIBVS NODIS id est natura formosum hoc est pulcrum aere artificium *L* ‖ tumore] et intervallo *add. Masvicius* ‖ nodorum] et insuper aere decoratum *add. R* ‖ 14 vel] atque *R* ‖ 15 est equus... pulcher *om. Serviani libri* ‖ frenis] Menalcha: uocatiuus est *add. R, ed. Steph.* ‖ 17 artificium] vel PARIBVS NODIS id est pari intervallo *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ INCIPIT EGLOGA VI *A* FAVNORVM SATYRORVM SILENORVM DELECTATIO *B* EXPLICIT V. VI EGLOGA INCIPIT FAVNORVM SATYRORVM SYRENORVM DELECTATIO *R*

18 SYRACVSIO, *hic et infra L* ‖ caracter *L* ‖ prefator *L, corr. l* ‖ 22 SYRACVSIO *APH* ‖ 25 syracusio *libri* ‖ nam graece *συρακοῦσαι συρακούσιος* ut *ῥώμη ῥωμαῖος*, latine Syracusanus et Romanus dicimus *Fabricius* ‖ syracusanos *L* ‖ 26 nostra...Romana] et sic nostra romana *L*

bus nostris. et 'dignata est' sic dixit, quasi ex loco superiore. *ostendit ergo se primum post Theocritum bucolica scripsisse.*

2. SILVAS HABITARE sicut ⟨II 29⟩ atque humiles habitare casas. THALIA musa scilicet. et graece ait: nam latine 'Thalea' debuit dicere, sicut *Κυθέρεια* Cytherea; sed propter euphoniam contempsit ius regulae et ideo in graecitate permansit.

3. CVM CANEREM REGES ET PROELIA cum canere vellem. et significat aut Aeneidem aut gesta regum Albanorum, quae coepta omisit nominum asperitate deterritus. *alii Scyllam eum scribere coepisse dicunt, in quo libro Nisi et Minois, regis Cretensium, bellum describebat; alii de bellis civilibus dicunt; alii de tragoedia Thyestis.* CYNTHIVS Apollo a Cyntho monte Deli, in quo natus est. AVREM VELLIT id est movit: alibi postesque a cardine vellit. 'aurem' autem ideo, quia memoriae consecrata est, ut frons Genio, digiti Minervae, genua Misericordiae.

4. *PINGVES figurate 'pingues pascere', id est pascere ut pinguescant.*

5. DEDVCTVM DICERE CARMEN tenue: translatio a lana, quae deducitur in tenuitatem. *(DEDVCTVM CARMEN) id est bucolicum. sane 'cum canerem reges et proelia' et 'deductum dicere carmen' quidam volunt hoc significasse Vergilium, se quidem altiorem de bellis et regibus ante bucolicum carmen elegisse materiam, sed considerata aetatis et ingenii qualitate mutasse consilium et arripuisse opus mollius, quatenus vires suas leviora praeludendo ad altiora narranda praepararet.*

6. NVNC EGO ordo est 'nunc ego agrestem tenui meditabor harundine musam', id est carmen rusticum scribam. NAMQVE SVPER TIBI ERVNT superabundabunt tibi, inquit, o Vare, qui ambiant tua facta describere. hic autem Varus Germanos vicerat et exinde maximam fuerat et gloriam et pecuniam consecutus: per quem Vergilius meruerat plurima. *alii Varum eum dicunt, qui in Germania cum tribus legionibus interiit, amissis signis, quae postea Germanicus, filius Drusi *am fugatoque Asinio Pollione, ab Augusto*

13 alibi] A. II 480 ‖ 17 Deductum tenue] cf. Non. p. 289, 5; Macrob. Sat. VI 4, 12

---

1 dignata est uero sic ait quasi de loco superiore *L* ‖ 4 ait] *θάλεια add. Stephanus* ‖ 5 debuit dicere] dicitur *L* ‖ *Κυθέρεια*] cithereia *B* cytheria *PRλ* citheria *H, om. AL* ‖ Cytherea] citharea *BH* ‖ 6 ideo *om. L* ‖ 8 aut Aeneidem] quam prius uoluit condere, sed causa amissorum agrorum ut ante in minoribus se exerceret, omisit *add. R* ‖ 9 squyllam *L* ‖ 10 cepisse *L* ‖ 11 tragaedia thiestis *L.* Thyeste *Heinsius* ‖ 14 consecrata esse dinoscitur *H* ‖ 21 eligisse *L* ‖ aetatis *ex* aetates *L* ‖ 22 mollius *ex* melius, *ut videtur, L* ‖ 23 leviora *scripsi*: leuioribus *L* ‖ 29 plurima] lurima *in ras. λ* ‖ 31 drusiam *L* Drusiani *lacuna indicata Daniel.* recepit. alii dicunt victo *suppl. G. Vossius,* recepit: alii fuso *Masvicius. fortasse* recepit. alii dicunt post captam Perusiam fugatoque *e. q. s.*

Alfenum Varum legatum substitutum, qui transpadanae provinciae et agris dividendis praeesset: qui curavit ne ager, qui Vergilio restitutus fuerat, a veteranis auferretur.

7. TRISTIA CONDERE BELLA epitheton bellorum perpetuum. *CONDERE componere, ut e contrario* ⟨II 4⟩ *incondita.*

9. NON INIVSSA CANO vel ab Apolline, vel ab Augusto, *vel a Maecenate,* (*ut*) *te sine nil altum mens inchoat. et hoc ideo, quia dixerat 'aurem vellit'.* HAEC QVOQVE videlicet vilia, sicut Theocriti. et hoc dicit: si quis, licet rustica, legere fuerit ista dignatus, tuas tamen in his laudes inveniet; nam per myricas et nemora bucolica significat.

11. NEC PHOEBO G. V. EST nec enim pagina ulla Apollini est gratior, quam quae Vari nomen gestat in titulo: quod ideo dicit, quia hanc eclogam constat in honorem Vari esse praescriptam. dicitur autem ingenti favore a Vergilio esse recitata, adeo ut, cum eam postea Cytheris *meretrix* cantasset in theatro, quam in fine Lycoridem vocat, stupefactus Cicero, cuius esset, requireret. et cum eum tandem aliquando vidisset, dixisse dicitur et ad suam et ad illius laudem magnae spes altera Romae: quod iste postea ad Ascanium transtulit, sicut commentatores loquuntur.

13. PERGITE PIERIDES hortatur musas ad referenda ea, quae Silenus cantaverat pueris: nam vult exequi sectam Epicuream, quam didicerant tam Vergilius quam Varus docente Sirone. et quasi sub persona Sileni Sironem inducit loquentem, Chromin autem et Mnasylon se et Varum vult accipi. quibus ideo coniungit puellam, ut ostendat plenam sectam Epicuream, quae nihil sine voluptate vult esse perfectum. *sane hoc de Sileno non dicitur fictum a Vergilio, sed a Theopompo translatum. is enim apprehensum Silenum a Midae regis pastoribus dicit, crapula madentem et ex ea soporatum; illos dolo*

---

7 te sine] georg. III 42 ‖ 19 magnae] A. XII 168 ‖ 28 a Theopompo] cf. Aeliani v. h. III 18

---

1 uerum *L* uarum l ‖ transpedane *L* (*corr. P. Daniel*) ‖ prouintiae *L* ‖ 2 uergilio *L* ‖ 3 uetranis *L, corr. l* ‖ 6 IVSSA *HL* INIVSSA *hλ* ‖ CANO] sed iussa *add. R* ‖ uel ab apollione *B* uel a Pollione *Stephanus* ‖ ab augusto *λ, ut videtur; ipse librarius quid scripsisset, non potui dinoscere* ‖ uel a Mecoenate *hab. Stephanus* ‖ 7 mecenate *L* ‖ (ut) te sine *ego*: sine *L* sive *Daniel. 'fort. leg.: Te sine nil altum mens inchoat Georg.* III' *vir doctus in marg. L* ‖ nihil *L* ‖ inat *L,* inchoat *l* ‖ 8 uidelicet *P*: uel licet *ABH* uel haec licet *R* licet *L* ‖ 14 in honorem *L*: in honore *reliqui* ‖ perscriptam *vulgo* ‖ 15 favore] honore *H* ‖ 16 postea *om. BH* ‖ 17 stupefactus . . . requireret] et spectaret cicero stupefactus cuius esset cepit requirere *L* ‖ Cicero] dum *add. PH* ‖ esset] est in theatro *A* ‖ 18 uidisset *BRH*: uixisset *A* uixscisset *P* agnouisset *L* ‖ dicatur *A* ‖ 19 magna *BRHL* ‖ 20 locuntur *AH* ‖ 22 exsequi *B* ‖ 23 didicerat *L* ‖ syrone *BH, ut infra* syronem *H* ‖ 24 chromitem *B* ‖ mnasillum *B* mnasilon *R* mnasylum *L* ‖ 29 adentem *L, corr. Daniel* ‖ soporatum *l* se operatum, *ut videtur, L*

adgressos dormientem vinxisse; postea vinculis sponte labentibus liberatum de rebus naturalibus et antiquis Midae interroganti disputavisse. quem alii Mercurii filium, alii Panos et nymphae, alii ex guttis cruoris Caeli natum esse dixerunt. CHROMIS ET MNASYLVS isti pueri satyri sunt.

14. *PVERI nonnulli 'pueri' non absurde putant dictum, quia Sileni priusquam senescant, satyri sunt. utrum ergo aetate pueros, an ut ministros et familiares solemus communiter pueros vocare?*

15. INFLATVM VENAS figurate *locutus est.* *VT SEMPER bene addidit, id est consuetudine vini, non interdum temulentum esse.* IACCHO autem vino, a Libero patre, qui etiam Iacchus vocatur: *nam Bacchus a bacchatione, id est insania, dictus, unde et comites eius bacchae: alii a Bacche nympha, quae cum Brome sorore sua eum nutrierat in monte Nysa, a Nysa nutrice.*

16. SERTA PROCVL modo 'prope', *id est iuxta:* nam *ideo* intulit 'tantum capiti delapsa', ut ostenderet non longius provolutam coronam, *ut est procul aerea ramo dependet galea.*

17. ATTRITA ANSA frequenti scilicet potu. *PENDEBAT manibus non emissum significat.*

18. *ADGRESSI ordo est, Chromis et Mnasylus adgressi Silenum; nam luserat ambo spe carminis. et 'spe' pollicitatione. item alius ordo 'adgressi spe carminis iniciunt ipsis ex vincula sertis'. CARMINIS AMBO vetuste, ut alibi verum ubi ductores acie revocaveris ambo et eminus ambo Imbrasidas, ut* ⟨V 68⟩ *craterasque duo statuam, cum hodie sub eadem significatione 'ambos' et 'duos' dicamus.*

19. IPSIS EX ex ipsis, ut transtra per et remos, id est per transtra.

20. TIMIDIS aut timentibus; nam timidus est qui semper timet, timens vero qui ad tempus formidat ex causa: aut re vera 'timidis', quia pueris per aetatem naturaliter timor est insitus. *et ti-*

---

17 procul] A. X 834 ‖ 23 verum] georg. IV 88 ‖ 24 eminus] A. XII 342 ‖ 26 transtra] A. V 663 ‖ 28 timidus est . . . ex causa] excr. Isid. diff. verb. 554

---

2 disputavisse] respondisse *Daniel* ‖ 4 CHROMIS uero *H* ‖ MNASYLOS *P* ‖ isti . . . . sunt] nomina scityrorum *L* ‖ isti pueri *om. H* ‖ 5 saturi *AB* ‖ 7 senescat *L, corr. l* ‖ satiri *L* ‖ pueros] *fort.* pueros dixit ‖ 9 VENAS] impletum venas *add. Stephanus* ‖ VT *L*: et *l* ‖ 10 esse *secludi velim* ‖ 11 uino *PRLa*: auino *ABH* aut vino *vulgo* ‖ a] aut *vulgo* ‖ iachus *A* iaccus *R* ‖ 12 bachatione *L* ‖ 13 abaccha enimpha *L* ‖ 14 *fortasse* a Nysa nutrice dicto ‖ 15 modo propaena intulit *A* modo pro poena intulit *B* ‖ 18 potu] Cantharus: uas uini et genus poculi. Nam sepe senex s. c.: interpositio per parenthesin. 'senex' Silenus *add. R* ‖ 19 emissum *ego*: emissa *L* emissam *Dukerus* ‖ 22 initiunt *L* ‖ 24 inbrasidas *L* ‖ duos *L,* duo *l* ‖ 30 insitus] Egle: nympha. Egle naiadum p.: naiades sunt nymphae fontium: earum ergo ista erat pulcherrima. Iamque videnti: iam excitato *add. R*

mentibus ne, dum vincula inicerent, expergefieret. VIDENTI *pro 'vigilanti'.*

22. SANGVINEIS FRONTEM MORIS ET T. P. *multi ob hoc dictum putant, quod robeus color deorum sit: unde et triumphantes facie miniata, et in Capitolio Iuppiter in quadrigis miniatus. et bene 'pingit', non 'inquinat'; nam iam vigilantem dixerat. sane fabula de moro talis est: Pyramus et Thisbe fuere ut forma pares, ita amore coniuncti: quos vicinos paries dividebat, cuius rima praestabat colloquium. cum amor crevisset ad cupiditatem, placuit ut utrique noctu extra domos procederent locumque çoeundi statuerent ad arborem, quae ante erat albis fructuosa pomis. et cum prior venisset Thisbe ad locum, vidit leam. dum mortem fugit, vestem reliquit. in qua veste fera exercuit iram suam cruorisque ferae alicuius paulo ante occisae reliquit vestigia in pallio puellae. qua veste visa Pyramus cruentata, ratus interfectam esse Thisben, ob amorum ardorem se interfecit. quem praegressa e latebra ut vidit Thisbe exanimem, amplexa eius corpus se interfecit. ex quorum cruore dicitur arbor infecta: nam quae ante gerebat poma alba, nunc sanguinea.*

23. RIDENS *irridens.* QVO *ad quam rem.*

24. SOLVITE ME PVERI *quia putaverant eum corona alligari posse.* SATIS EST POTVISSE VIDERI solvite me; sufficit enim, quia potui a vobis, *qui estis homines*, videri: quod ideo dicit, quia hemithei cum volunt tantum videntur, ut fauni, nymphae, Silenus. potest et aliter intellegi: solvite me; sufficit enim, quod talis vobis visus sum, ut etiam ligari possim.

26. HVIC ALIVD MERCEDIS ERIT nymphae minatur stuprum latenter: quod verecunde dixit Vergilius. *haec autem omnia de Sileno a Theopompo in eo libro, qui Thaumasia appellatur, conscripta sunt. ipse ad commendationem addidit.*

27. IN NVMERVM LVDERE id est saltare ad modum rhythmi et cantilenae: *vel ad certam modulationem.* FAVNOS *fauni ab effa-*

---

1 Videnti pro 'vigilanti'] cf. Don. ad Ter. Eun. I 1, 28 ‖ 31 fauni...reddebant] cf. Isid. or. VIII 11, 87

---

4 robeus *l*: rober *L* ‖ 5 iupiter *L* ‖ in quadrigis miniatus *scripsi* (*cf. Plin. n. h.* XXXIII § 111): in quadrigas miniatas *L* in quadriga miniata *Commelinus* ‖ 7 hisbe *L* ‖ 8 cuius rima *scripsi*: quibus ima *L* quibus una *Daniel* ‖ 10 co//eundi *L* (e *littera videtur deleta esse*) ‖ statuerunt *malim* ‖ 11 hisbe *L* ‖ 12 fuit *L* fugit *l* ‖ iram *ex* eram *L* ‖ 14 cruentata *L* cruenta τ͞c (*i. e. 'tunc'*) *l* ‖ ratus] est *add. l* ‖ 15 tisbem *L.* et *add. l* ‖ ob *l*: at *vel* ut, *ut videtur, L* ‖ quem...se interfecit *om. Daniel* ‖ 16 tisbe *L* isbe *l* ‖ amplexata *l* ‖ 20 corona alligari *ego*: coron alligari *L* corona ligari *P. Daniel* ‖ 22 hemithei *BRa*: emithei *APHL* i. e. semidei *supr. vers. ab* ‖ 23 fauni] staini *L* ‖ 27 dicit *PH* ‖ 28 taumasia *L* ‖ 29 addidit] *fortasse* tum vero in numerum *e. q. s. interciderunt*

tione dicti, quod voces de sacris reddebant: quod in septimo Aeneidis ⟨47⟩ *plene habes.*

28. *LVDERE id est illo cantante.* *MOTARE CACVMINA montium vel arborum, quibus hoc genus saltationis adsignat.* MOTARE CACVMINA quasi hoc genus saltationis vult esse in arboribus, cacuminum motum.

29. PARNASIA RVPES mons Thessaliae, Apollini consecratus.

30. RHODOPE ET ISMARVS montes Thraciae, in quibus Orpheus consueverat canere. et hoc dicit: non tantum isti montes gaudent cantante Apolline vel Orpheo, quantum cantante Sileno laetatus est mundus: namque etiam paulo post dicturus est ⟨86⟩ et invito processit Vesper Olympo.

31. NAMQVE CANEBAT VTI MAGNVM PER INANE COACTA SEMINA variae sunt philosophorum opiniones de rerum origine: nam alii dicunt omnia ex igne procreari, ut Anaxagoras; alii ex umore, ut Thales Milesius, unde est Oceanumque patrem; alii ex quattuor elementis, ut Empedocles, secundum quem ait Lucretius ⟨I 715⟩ ex imbri, terra atque anima nascuntur et igni. Epicurei vero, quos nunc sequitur, nihil horum comprobant, sed dicunt duo esse rerum principia, corpus et inane: omne enim quod est, aut continet aut continetur. et corpus volunt esse atomos, id est quasdam minutissimas partes, quae τομήν, id est sectionem, non recipiunt, unde et atomi dictae sunt: quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quae in infusis per fenestram radiis solis videmus; dicit enim illas nec visum posse recipere. inane vero dicunt spatium, in quo sunt atomi. de his itaque duobus principiis volunt quattuor ista procreari, ignem, aerem, aquam, terram, et ex his cetera, ut illa duo elementa, *atomi et inane*, sint, haec vero quattuor syntheta, id est composita ex illis duobus, praestent originem aliis omnibus rebus. hac autem ratione comprobatur, ex atomis et inani omnia esse, quod nihil est in rerum natura, quod

15 alii ex umore ... patrem] exscr. mythogr. III 5, 5 ‖ 16 Oceanumque] georg. IV 381 ‖ 21 et corpus volunt esse atomos e. q. s.] cf. Isid. or. XIII 2, 1 sqq.

2 habet *Daniel* ‖ 3 *exspectatur* montes vel arbores ‖ 5 quasi ... motum *om. L, supr. vers. add. λ* ‖ quasi] quia *λ* ‖ 6 motibus *B* motu *Pλ* ‖ 9 gaudent *ex* gaudeant *A* ‖ 18 ex igni terra atque anima procrescere et imbri *Lucretius* ‖ 20 rerum *om. L* ‖ principalia *L* (principia *λ*) ‖ 22 tomen *AL* tñ (*i. e.* '*tamen*') thomon *B* thomen *PR* thomum *H* ‖ 23 dicit *PL* ‖ 24 in infusis *Pλ* in inuisis *B*: infusis *ARHL* ‖ 25 illas nec uisum posse recipere *LP* (*nisi quod* illis *P*): illis nec uisum posse recedere *ABH* illis n. u. p. accidere *R* illas nec visu posse percipi *Masvicius* ‖ 29 sinthea *A* ‖ 30 comprobatur *PR*: comprobat *ABH* comprobant *L* ‖ 31 omnia *Stephanus: om. libri,* originem rerum *Daniel*

non et corpus habeat, et quia recipit sectionem, indicet etiam inanitatem. *ergo* 'uti magnum per inane coacta semina' canebat, inquit, mundi principium, id est quemadmodum coactae et collectae atomi per magnum inane fuissent origo ignis, aeris, terrarum et maris; nam 'semina' atomos dicit. dicimus autem 'haec atomus' et 'hae atomi'.

32. ANIMAEQVE id est aeris, unde etiam venti sunt.

33. ET LIQVIDI SIMVL IGNIS puri, id est aetheris, *quem Cicero ignitum liquorem dicit; Lucretius* ⟨VI 205⟩ *devolet in terram liquidi color aureus ignis.* *VT HIS EXORDIA ex seminibus, hoc est atomis.* *PRIMIS pro 'principiis': quae enim Graeci στοιχεῖα, nos principia appellamus.*

34. OMNIA ET IPSE TENER M. C. O. ante orbis et sic omnia quae in orbe sunt: nam mutato ordine ait primo omnia et sic orbis. *TENER id est recens factus.* CONCREVERIT collectus et informatus sit.

35. TVM DVRARE SOLVM ET DISCLVDERE NEREA PONTO canebat etiam quemadmodum *se durare coeperit solum et mixtam sibi ante aquam sua contractione discludere. sane 'solum' si nominativus est, 'durare' absolute accipiemus, et omnia quae infra dicuntur ad solum* [*et rerum terrestrium*] *referentur; si accusativus, ad mundi orbem cuncta pertinebunt.*

36. *ET RERVM PAVLATIM SVMERE FORMAS canebat etiam, quemadmodum* terra rerum sumpserit formam.

37. IAMQVE N. T. S. L. S. canebat, quemadmodum post haec stupeant terrae solis ortum. *alii 'terrae' ad homines referunt, pro 'qui in terra sunt'.*

38. *ALTIVS ATQVE CADANT S. N. I.* quemadmodum cadant imbres nubibus in altum levatis: naturale enim est, ut nubes cum coeperint soli esse vicinae, eius calore solvantur in pluvias: unde et in

8 Liquidi puri] cf. Macrob. Sat. VI 5, 4 ‖ Cicero] IV p. 1061, 33 Orell. ‖ 28 quemadmodum . . . in pluvias] cf. Isid. or. XIII 10, 2

1 indiget *B* indigeas *L* (indicet *λ*) ‖ 3 coactis et coagulatis athomis *R* ‖ 4 fuissent *PLa*: fuisset *ABRHλ* ‖ 8 aetheris] aetherii *l*, aetherei *vulgo*. Vt his exordia primis: id est quattuor elementis. subaudi 'fuerint omnia' *add. R* ‖ 10 ex///ordia *L, sed* rd *in ras. l* ‖ 11 στοιχεῖα *P. Daniel*: sthythia *L* ‖ 12 appellamus] apellamus principiis *L* ‖ 14 nam ait ordine ut *L* (nam mutato ordine ait *λ*) ‖ 15 et informatus *om. L, add. λ* ‖ 18 se durare coeperit . . . quemadmodum *quamquam in Servianis libris non extant, tamen Servii sunt, exceptis fortasse verbis quae sunt* sane . . . pertinebunt ‖ ceperit *L* ‖ 21 et rerum terrestrium *seclusi*: et r. t. ortum *Dukerus* ‖ referantur *L* ‖ acusatiuus *L* ‖ 24 formam] Solum: terra. Discludere: separare a terra. Nerea: Nereus deus est maris. 'Nerea' uero pro animalibus marinis posuit *add. R* ‖ 30 solis *L*

georgicis ait de signis serenitatis ⟨I 401⟩ at nebulae magis ima petunt. bonum sane secutus est ordinem, ut post solis et pluviarum commemorationem diceret, ortas silvas et animalia cuncta procreata

40. ANIMALIA *animantia*, τὰ ἔμψυχα.

41. HINC LAPIDES PYRRHAE I. quaestio est hoc loco: nam relictis prudentibus rebus de mundi origine, subito ad fabulas transitum fecit. sed dicimus, aut exprimere eum voluisse sectam Epicuream, quae rebus seriis semper inserit voluptates; aut fabulis plenis admirationis puerorum corda mulceri: nam fabulae causa delectationis inventae sunt, ut ipse etiam in georgicis docet dicens ⟨III 3⟩ cetera quae vacuas tenuissent carmina mentes. *sane fabula talis est: Iuppiter cum perosum haberet propter feritatem gigantum genus humanum, scilicet quod ex illorum sanguine editi erant mortales, diluvio inundavit terras omnesque homines necavit, exceptis Pyrrha et Deucalione, qui in monte Atho liberati sunt. sed hi ex responso Themidis saxis post tergum iactis genus hominum reparaverunt, et Pyrrha quidem reparavit feminas, Deucalio mares. alii dicunt Iovem Lycaonem, quod ei filium suum apposuisset epulandum, ipsum quidem fulmine peremisse, fecisse vero diluvium, quo homines perirent, exceptis Pyrrha, Epimethei filia, et Deucalione, Promethei filio, qui Parnasi montis altitudine defensi a diluvio sunt et hominum genus, ut supra dictum est, reparaverunt. sunt qui dicant non ex illis lapidibus homines factos, sed quia iacuissent sentibus atque fruticibus tecti, lapidibus excitatos.* quod autem dicit 'regna Saturnia', fabularum ordinem vertit: nam quo tempore Saturnus regnavit, in terris non fuit diluvium, sed sub Ogyge, rege Thebanorum. secundum autem diluvium fuit sub Deucalione et Pyrrha. sane sciendum, et per dilu-

---

13 sane fabula talis est e. q. s.] cf. mythogr. I 189; II 73. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 560

---

1 aeternitatis *A* ‖ nubulae *A* ‖ 5 ta en psycha *L* ‖ 8 epicuream *RL*: epicurei *ABPH* Epicuri *Daniel* ‖ 10 planis *AB* (*corr. a*) ‖ 11 docens dicit *P* ‖ 13 iupiter *L* ‖ 15 mortalis *L, corr. l* ‖ 16 pyrram et deocalione *L* ‖ Atho] Othry (*coni. Hellanico apud schol. Pind. Ol.* IX 64) *vel* Aetna (*coni. Hygini fab.* 153) *M. Mayer Herm.* 1885 *p.* 163 *adnot.* 1 ‖ hii *L* ‖ 17 themedis *L* ‖ postergum *L* ‖ parauerunt *L, corr. l* ‖ 18 pyrra *L* ‖ deocalio *L* ‖ 19 lycaoni *L* ‖ quidam *L, corr. l* ‖ 20 quod *L* ‖ 21 pyrra epimithei filia et deocalione promithei filio, qui pernasi *L* ‖ 24 fruticibus *Commelinus*: fructibus *L* ‖ 25 quod autem dicit *om. L, add.* λ ‖ 27 sed ... et Pyrrha] sed deinceps facto iacti sunt lapides. primum autem diluuium fuit sub ogyge rege thebanorum, secundum sub deucalione et pyrra. deletis ergo diluuio hominibus cum iam reddita esset mundo sicca facies et naturalis, deucalion et pyrra parnasum montem conscendentes iecerunt lapides in terram, et quos deucalion iecit facti sunt masculi, quos pyrra femine *R* ‖ sub gege *A* sub ogego *B* sub oggige *H*

vium et per ecpyrosin significari temporum mutationem. *alii 'Saturnia regna' pro Iovis accipiunt, cuius regno diluvium factum volunt, sub Deucalione et Pyrrha, non aureo saeculo, quo Saturnus regnavit.*

42. CAVCASEASQVE REFERT V. F. P. et hic fabulae ordinem vertit, quae talis est: Prometheus, *Iapeti et Clymenes filius*, post factos a se homines dicitur auxilio Minervae caelum ascendisse et adhibita facula ad rotam Solis ignem furatus, quem hominibus indicavit. ob quam causam irati dii duo mala inmiserunt terris, mulieres et morbos, sicut et Sappho et Hesiodus memorant. quod tangit etiam Horatius dicens p o s t i g n e m a e t h e r i a d o m o s u b d u c t u m m a c i e s e t n o v a f e b r i u m t e r r i s i n c u b u i t c o h o r s. ipsum etiam Prometheum per Mercurium in monte Caucaso religaverunt ad saxum, et adhibita est aquila, quae eius cor exederet. haec autem omnia non sine ratione finguntur: nàm Prometheus vir prudentissimus fuit, unde etiam Prometheus dictus est ἀπὸ τῆς προμηθείας, id est a providentia. hic primus astrologiam Assyriis indicavit, quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura et sollicitudine deprehenderat. hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus paene sideribus, unde etiam maiora astra demonstrat et diligenter eorum ortus occasusque significat. dicitur autem aquila cor eius exedere, quod θυμοβόρος est sollicitudo, qua ille adfectus siderum omnes deprehenderat motus. et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiae et rationis deus

5 Prometheus post factos a se homines e. q. s.] exscr. mythogr. I 1; II 65; III 10, 10 ‖ 9 Sappho] cf. Bergk poetae lyr. gr. ed. III p. 920 ‖ Hesiodus] op. et d. 100 sq. ‖ 10 Horatius] carm. I 3, 29

1 ecphyrosin *L* epyrosin *reliqui, nisi quod* epyros *A* ‖ mutationem] 'saturnia regna' aureum seculum sub saturno *add. R* ‖ 3 deocalione et pyrra *L* ‖ 5 promotheus *et hic et infra A* ‖ clymenis *L* ‖ 6 caelos *R* ‖ 7 facula *libri et mythographi*: ferula *Masvicius* ‖ quem cum hominibus communicavit *Bergkius* ‖ 8 mulieres et morbos *L*: mulieres id est maces (macies *a*) et morbos *A* mulieres et imbres morbos *B* (imbres *del. b*) macies et morbos *PRH, nisi quod* maties *R*. febres et morbos *vulgo, inde* feminas et morbos *vel* febres et mulieres *Bergkius* ‖ 9 sicut saffo *A* (s. et safo *a*) sicut et apho *B* sicut iaffo *L* (et *add. λ*) sicut sappho *R* ‖ memorant] *ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται, πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα add. vulgo* ‖ 11 terris *om. ABRH* ‖ 13 cor *Serviani libri et mythographi*: iecur *L* ‖ excideret *B* ‖ 15 ΑΠΟ ΤΙΝCΙΤ ΡΟΜΗΘΙΑC *A* ΑΠΟ ΤΗC ΠΡΟΝΟΙΑC *B* ΑΠΩ ΤΟΥ ΠΡΩΜΗΘΙΑC *R* apo tes prometias *L* ‖ 16 a prudentia *R* ‖ 17 quam] quia *L* ‖ residens] residē *A* rem idem *a* ‖ 18 deprehenderat *L*: prenderat *ABPH* comprehenderat *R et mythogr.* I, prehenderat *mythogr.* II, peruiderat *mythogr.* III ‖ 21 cor *libri*: iecur *Masvicius* ‖ excaedere *B* ‖ quod θυμοβόρος est *scripsi*: quod est nimia *mythogr.* I quod aroc est *A* quod dura est *B* quod atrox fuit *PH et Burmanni libri* quod atrox est *R* quod ////h̄ est (*duae litterae deletae sunt, quarum prior a fuisse videtur;* h̄ (*i. e. 'hoc'*) *utrum ab ipso librario an a correctore scriptum sit, non potest dinosci*) quod ἄχος graece est *Bodio teste Guelferb. I.* quia acris sollicitudo est *mythogr.* II quia atrox est *mythogr.* III

est, ad saxum dicitur esse religatus. deprehendit praeterea rationem fulminum *eliciendorum* et hominibus indicavit, unde caelestem ignem dicitur esse furatus. nam quadam arte ab eodem monstrata supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene usi sunt: nam postea malo hominum usu in perniciem eorum versus est, sicut in Livio ⟨I 31, 7⟩ lectum est de Tullo Hostilio, qui eo igni exustus est cum omnibus suis; Numa vero Pompilius impune eo usus est tantum in sacris deorum. hinc est, quod igne rapto ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur inmissi. *ergo secundum fabulam hysterologia est: nam prius fuit, ut Prometheus crimen admitteret, post pateretur supplicia; qui tamen postea, praecepto Iovis occisa per Herculem aquila, liberatus est. alii hunc ferula ignem de caelo subripuisse ferunt et ideo a Iove religatum ad Caucasum et volucri obiectum: quem postea ab ipso Iove resolutum, quod eum monuisset a Thetide abstinere, quia de eius semine nasceretur, qui eum regno pelleret, sicut ipse Saturnum patrem. cui post sacramentum, quod cum numquam se soluturum iuraverat, anulum de ipsis vinculis, clauso de monte Caucaso lapide, dedit ad poenae praeteritae indicium.*

43. *HIS ADIVNGIT HYLAM Hylas puer, Thiodamantis filius, ob speciem Herculi fuit carissimus, quem secutus navigantem cum Argonautis, in finibus Ioniis iuxta Moesiam apud fontem Caici amnis cum aquatum isset, a nymphis raptus est.* HIS ADIVNGIT HYLAM puerum, comitem Herculis, quem perdidit in finibus Ioniis iuxta Mysiam nec usquam potuit reperire. postea cum esset cognitum, quod perisset in fonte, ei statuta sunt sacra, in quibus mos fuerat, ut eius nomen clamaretur in montibus: ad quam imitationem nunc dicit 'ut litus Hyla Hyla omne sonaret'. *per transitum rem veram tetigit; tertio enim ab ephebo puero in monte, comitantibus universis, nomen eius clamabatur.* postremum autem 'la' breve est ideo, quia vocalis vocalem sequitur: nam omnis vocativus graecus a masculino veniens, 'a' terminatus, longus est, ut Aenea, Hyla, Palla. *ordo*

24 postea cum cognitum esset ... omne sonaret] exscr. mythogr. II 199

2 unde etiam caelestem *R* ‖ 6 libio *L* ‖ tullio *BRl* ‖ 7 igne *B* ‖ 10 proprius *L* ‖ 13 subripiisse *L* ‖ 15 quia *supr. vers. L* ‖ 17 soliturum *L* ‖ anullum *L* ‖ ipsis *Daniel*: ipsi *L* *an* ipsius? ‖ clauso *L*: clausum *vel* incluso *Munckerus ad Hygin. fab.* 144. *cf. Plin. n. h.* XXXVII § 2, *Hygin. astron.* XV *p.* 54 *Bunt., Isid. or.* XIX 32, 1 ‖ 18 paenae *L* ‖ 19 ADDIT *L* ‖ 21 Ioniis *Servius*: ionii *L* Ponti *Masvicius* ‖ Caici amnis *Vossius*: calciamnis *L*. Ascanii amnis *altera est Vossii coniectura, quam probaverunt Heinsius conl. Propert.* I 20, 4 *et Munckerus ad Hygin. fab.* 14 *p.* 52 *Stav.* Ciaci amnis *Salmas. exerc. Plin. p.* 617 ‖ 22 HIS ... Mysiam *om. L* ‖ 24 umquam *L* ‖ repperiri *L* ‖ 26 fontibus *Stephanus* ‖ 27 ut litus hylam hylā posuit *L* (ut litus hyla hyla omne sonaret λ) ‖ 28 puerum *Salmasius l. l.* ‖ 29 sane postrema syllaba *L* (la *add.* λ)

tamen est: his adiungit, quomodo Hylam nautae clamassent in fonte relictum.

46. *FORTVNATAM* PASIPHAEN nota fabula Cretensium reginam, Minois uxorem, quae tauri amore flagravit *et enixa Minotaurum crimen dementiae suae publicavit.* *AMORE quidam pro 'in amore' accipiunt.*

47. A VIRGO INFELIX ad hoc pertinet quod ait 'solatur', ut quod amat taurum, fortunae magis videatur esse, quam morum. virgo autem, ut diximus supra ⟨III 30⟩, a viridiore aetate; nam iam mater fuerat Phaedrae, Ariadnes *et* Androgei. *Calvus in Io a virgo infelix, herbis pasceris amaris. quidam 'virgo' non quod virum illo tempore non haberet, sed quia talis ei poena iam virgini destinata sit, intellegunt, ob iram scilicet Veneris, quae irata Soli, quod se, ut quidam volunt, Anchisae, ut alii, Marti coniunctam prodidisset, subolem eius inhonestis amoribus subiecit, ut Circen, Medeam, Pasiphaen. et hoc dicit, in illa commiserabili dementia feliciores fuisse, quae se animalia credebant, quam Pasiphaen, quae cum sciret se hominem, taurum sectabatur.* *QVAE TE DEMENTIA CEPIT hic obiurgare magis quam consolari videtur. an quia consolantis et hoc officium est, ut merentem strictim et obiurget?*

48. PROETIDES IMPLERVNT F. M. A. Proetides Proeti et Stheneboeae, sive Antiopae secundum Homerum filiae fuerunt, *Lysippe, Iphinoe, Iphianassa.* hae se cum Iunoni in pulchritudine praetulissent — *vel, ut quidam volunt, cum essent antistites, ausae sunt vesti*

10 Calvus in Io] fragm. 16 ap. Lachmannum Catull. p. 86 ‖ 16 et hoc dicit . . . sectabatur] cf. Macrob. Sat. IV 6, 3 ‖ 21 Proetides] cf. mythogr. I 85; II 68. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 453

3 fabula] est *add.* *L* ‖ regina *P* ‖ 4 flagravit] ut (*om.* *AH*) cataclysmus caucasus prometheus deucalion hercules hylas *add.* *APH* cumque in grege armenti quadam iuuenca iupiter in taurum conuersus frequentius uteretur, illa appetito tauri eiusdem utpote dei concubitu dedalum rogauit ut eius arte cum deo concumbere posset. Dedalus ergo iuuencam eandem excorians ligneam uaccam finxit eandemque corio iuuence extinte operuit et in ea reginam ita aptauit, ut ueniens iupiter in taurum mutatus eam qua uti solebat aestimans cum regina concumberet. et sic factum est. unde natus est minotaurus. hic est ex medietate homo ex medio taurus, quem postea idem dedalus in laberinto reclusit. sed haec conficta sunt et fabulosa. nam pasife cum quodam notario uiri sui minois nomine tauri in domo dedali concubuit. unde qui natus est minotaurus idcirco uocatus est quoniam falso minois filius credebatur. re autem uera tauri notarii eius filius erat *add.* *R* ‖ emixa *L* ‖ 8 uidetur *AP* ‖ 9 ut dictum est *L* ‖ aetate] dicta est *add.* *R* ‖ 10 ariadne *L* ‖ galuus *L* ‖ 13 intelligunt *L* ‖ sole *L*, Soli *P. Daniel* ‖ 14 ut alii *ego:* aut alii *L* ‖ 15 mediam *L*, *corr.* *l* ‖ 16 passipen *L* ‖ dicitur *Daniel* ‖ 17 passipen *L* ‖ 18 COEPIT *L* ‖ obiurgari *l* ‖ 19 consolari consolam *L* (consolam *del.* *l*) ‖ consolantis *Daniel:* consolatis *L* consolatoris *l* ‖ offitium *L* ‖ 20 moerentem *P. Daniel* ‖ 21 stheneboae *BPHL* steneboe *R* ‖ 22 anthiopoe *A* anthiopae *BPH.* *immo* Anteae ‖ 23 Iphinoe Iphianassa *ego* (*cf.* *mythogr.* I): ipponoe cyrianassa *L*

eius aurum detractum in usum suum convertere —, illa irata hunc errorem earum inmisit mentibus, ut se putantes vaccas in saltus abirent et plerumque mugirent et timerent aratra: *quas Melampus, Amythaonis filius, pacta mercede ut Iphianassam uxorem cum parte regni acciperet, placata Iunone, infecto fonte, ubi solitae erant bibere, purgavit et in pristinum sensum reduxit.*

49. *TVRPIS deest 'earum'.*

50. *COLLO TIMVISSET ARATRVM Terentius Syre tibi timuit.*

51. *LEVI humana scilicet.*

53. *ILLE LATVS NIVEVM quis eam amare non intellegat. FVLTVS HYACINTHO apud veteres unusquisque eo, super quod iacebat, 'fultus' dicebatur: Lucilius in tertio et pulvino fultus, Vergilius atque harum effultus tergo stratisque iacebat velleribus.*

54. ILICE SVB NIGRA vel umbrosa, vel re vera 'nigra': nam talis est. PALLENTES RVMINAT HERBAS revomit et denuo consumit: *atque iterum pasto pascitur ante cibo, sic Ovidius.* ruminatio autem dicta est a rumine, eminente gutturis parte, per quam demissus cibus a certis revocatur animalibus. 'pallentis' autem vel aridas, vel quae ventris calore propria viriditate caruerunt.

55. ALIQVAM IN MAGNO SEQVITVR GREGE *'aliquam' id est vaccam:* ac si diceret, habes aliquid spei, siquidem novit amare, quem diligis. notandum autem 'gregem' eum de bubus dixisse, cum *proprie* armenta dicamus, licet grex sit quorumlibet animalium congregatio: sic Cicero in Philippicis ⟨III 12, 31⟩ fudit apothecas, cecidit greges armentorum. CLAVDITE NYMPHAE melius hoc a persona Pasiphaes dictum accipimus, ut dicat Silenus, hoc illam aliquando dixisse.

---

8 Terentius] Heautontim. III 2, 20 ‖ 12 Lucilius in tertio] v. 50 apud Muellerum p. 14 ‖ Vergilius] A. VII 94 ‖ 16 Ovidius] amor. III 5, 18 ‖ ruminatio ...animalibus] exscr. Isid. or. XII 1, 37 ‖ 22 notandum autem e. q. s.] cf. Isid. or. XII 1, 8

---

2 furorem *L* ‖ ut... mugirent *L*: ut se uaccas putarent adeo ut plerumque mugirent *Serviani libri* ‖ 3 has melampus (melantus *H*) postea purgasse perhibetur *Serviani libri.* et bene 'falsis mugitibus': non enim erant conversae in uaccas, sed uidebantur sibi esse *add. R* ‖ 4 amynthaonis *L* ‖ cyrianassam *L* ‖ 7 TVRPIS ... earum *non edidit Daniel. ceterum ad* ulla *pertinent* deest earum ‖ 8 terrentius *L* ‖ timui *Terentius* ‖ 9 Leui fronte: foeminea et humana *hab. R* ‖ 10 amare *Commelinus*: amari *L; nam* quis ... intellegat *ad v.* 52 tu nunc in montibus erras *referenda esse videntur* ‖ intelligat *L* ‖ 11 HYACINTO *L* ‖ 12 tercio *L* ‖ atquae arum *L* ‖ 15 remouit *P* (reuomit *man. rec.*) renouit *R* ‖ 17 a rume iminente *A* (a rumine eminente *a*) a ruminentibus *B* († rumae *supr. vers. b*) a ruma id est inminente *P* a rumine uel a ruma eminente *R* a ruma inminente *H* a ruma eminente *L* ‖ 18 demissus *L*: dimissus *reliqui* ‖ a certis *om. H* ‖ pallentes *BHL* ‖ 19 uiridate *P* ‖ 21 habet *PL* (habes *l*) et habes *B* ‖ quem diligis *LR*: quae diligit *ABPH* ‖ 24 apotecas *R* apothaecas *L* ‖ 26 ad personam *B* ‖ pasifes *ABP* passifaes *H* pasife *L* passife esse *R*

56. *CLAVDITE SALTVS scilicet ne latius evagetur eoque possit investigari.*

57. *SI QVA pro 'si' vel 'si quo modo'. DICTAEAE Dicte mons in Creta, in quo Pasiphae amasse taurum dicitur.*

58. ERRABVNDA BOVIS VESTIGIA illud expressit, quod uno verbo Homerus ait εἱλίποδας βοῦς, hoc est flexis pedibus incedentes. *et est participium prope contra rationem figuratum:* [*vel*] *'errabunda' errantia, ut 'ludibundus' ludens: Cicero omnia ludibundus conficiens. NOSTRIS et hic 'nostris', ut Terentius in heautontimorumeno* ⟨III 1, 67⟩ *quomodo minimo periculo id demus adulescentulo, id est des.*

60. AD GORTYNIA *bene 'ad Gortynia'*, nam apud Gnoson imperabat Minos, eius maritus. unde illuc taurum non vult venire, sed ad Gortynam, *oppidum Cretae*, ubi fuerant aliquando Solis armenta.

61. TVM C. H. M. MALA PVELLAM mala, quibus acceptis a Venere, Hippomenes vicit Atalanten, puellam Sciriam, cursu potentem, quae multos sponsos superatos occiderat: quod plenius in Aeneidos tertio libro ⟨113⟩ memoravimus, *ubi etiam de ipsis malis fabula relata est.*

62. TVM PHAETHONTIADAS Clymenes et Solis filias, quae dum extinctum fratrem flerent, conversae sunt in arbores: ut hoc loco dicit, in alnos, ut in decimo ⟨189⟩, in populos; ubi etiam plenius hanc diximus fabulam. mira autem est canentis laus, ut quasi non factam rem cantare, sed ipse eam cantando facere videatur. *sane ingeniose hominis mentionem cum re, quae animam non habet, miscuit.*

6 Homerus] Od. I 92 ‖ 7 errabunda errantia] cf. Non. p. 103, 13 ‖ 8 Cicero] in Verr. act. II lib. III 67, 156

1 lacius *L* ‖ eoque] minus *add. Daniel* ‖ 3 DICTEAE *L* ‖ Dicte *ego*: dictis *L* Dictus *Masvicius.* Dicteae nymphae: a monte cretae dicto *R* ‖ 4 passiphae *L* ‖ 5 illud...βοῦς *om. R* ‖ 6 ΙΛΙΠΟΛΛC *A* ΙΑΙΠΟΔac *B* (ιλιποδας *b*) ΙΛΙΠΙΟΛΛΕ *PH* ΙΠΛΙΠΟΔΔC *L* ‖ BOIC *HL* ‖ flexis] flexibilibus *L* pedibus iam flexis *R* ‖ 7 vel *seclusi: nam eodem pertinent* et est...figuratum *et* 'errabunda' errantia...conficiens. *cf. Gell.* XI 15 *et Diom. p.* 402, 30 *K.* ‖ 8 errantiaut *L,* errantia ut *l* ‖ 9 conficies *Cicero* ‖ terrentius *L* ‖ in eutontimorumenon *L* ‖ 10 i *L,* id *l* ‖ adilescentulo *L* ‖ 12 CORTINIA *AB* CORTHINIA *PH* CORTYNIA *LR* ‖ a cortynia *L* ‖ 14 cordi ñ (*i. e.* '*nam*') *A* cortynon *BL* cortynen *P* cortyneon *H* cortinia *Ra* ‖ aliquando fuerunt *L* ‖ 16 TVNC *ABPH* ‖ mala...memoravimus] *pro his ea quae Servius ad Aen.* III 113 *adscripsit 'fabula talis est' e. q. s. habet R* ‖ 17 ippomenes *AB* yppomenes *PH* ‖ atalantem *APH* atlantem *B* adlantem *L* ‖ sciriam *A*: scyriam *BPHL* ‖ 19 memoratum est *L* ‖ 21 Clymenes...in arbores] *pro his ea quae Servius ad Aen.* X 189 '*Phaethon...in arbores commutatae sunt' adnotavit, hab. R* ‖ 23 ubi...fabulam *om. R.* ibi etiam plenius haec dicta est fabula *L* ‖ 26 ingeniose *scripsi*: ingeniosi *L. dicit enim interpres, ingeniose poetam homini tribuisse quod natura factum est* ‖ homines *L* hominis *l* ‖ rem *L* ‖ *ante* miscuit *duae litterae radendo deletae sunt in L*

sorores Phaethontis sucina flevisse dicuntur. et quidam alnos poetica consuetudine pro populis accipiunt.

63. AMARAE CORTICIS alibi ait raptus de subere cortex: quod magis sequi debemus, ut masculino utamur. *et est epitheton naturale.*

64. PERMESSI AD FLVMINA GALLVM Helicon mons est Boeotiae, quae et Aonia dicitur. de hoc plurima cadunt flumina, inter quae etiam Permessus, iuxta quem dicit ambulantem Gallum ab una musa ad ceteras esse deductum et illic esse factum poetam. *qui elegos scripsit, qui a triumviris praepositus fuit ad exigendas pecunias ab his municipiis, quorum agri in transpadana regione non dividebantur. sane Aones originem ab eo loco ducunt, ubi nunc maritima Venetia est.*

65. *DVXERIT perduxerit. VNA SORORVM una musarum.*

66. *VIRO Gallo. PHOEBI CHORVS id est musae.* ADSVRREXERIT honorem praebuerit, ut Tmolius adsurgit quibus et rex ipse Phanaeus, id est cedit.

67. VT LINVS Apollinis filius, quem supra ⟨IV 56⟩ memoravit. *ordo autem est 'haec illi ut Linus dixerit'.* DIVINO CARMINE id est vaticinans, *vel qui divina canebat. PASTOR quaeritur cur pastor dixerit: nisi forte, quod se poeta sub pastoris persona inducit.*

68. *ATQVE APIO apud antiquos in agone erat species coronae de apio, sed in Nemeaeo agone, qui in honorem Archemori institutus est. et volunt quidam hoc coronae genus ad indicium mortis electum; aut quod humilis herba inmaturum de Archemoro luctum ostendat; aut quod supra hanc herbam reptans puer a serpente extinctus sit. sane in eo agone speciatim apio coronantur poetae.*

69. *CALAMOS pro fistula, ut ⟨V 48⟩ nec calamis solum aequiperas.*

70. ASCRAEO QVOS ANTE SENI Hesiodo, qui Ascraeus fuerat

3 alibi] A. VII 742 ‖ 4 quod ... utamur] cf. Serv. comm. in Don. p. 446, 36 K. et Non. p. 199, 31 ‖ 16 Tmolius] georg. II 98 ‖ 22 apud antiquos e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 2 et IV 719

1 phaetontis *L* ‖ dicitur *Daniel* ‖ 7 aionia *A* ainonia *B* aonix *L* ‖ 8 permessos *L* ‖ 10 quia *L* qui et a *l* ‖ 11 transpada *L*, transpadana *l* ‖ 12 aonas *L* ‖ 14 DVXERIT ... Gallo *post* pro populis accipiunt (*lin.* 2) *hab.* *L* ‖ produxerit *Daniel* ‖ Vna sororum: una musaurum (*sic*). Viro: gallo. Phoebi: apollinis. Chorus: musae *hab.* *R* ‖ 15 ASSVRREXERIT *AB* ADSVRREXIT *et* praebuit *P* ‖ 16 ut] autem *H* ‖ ut...cedit *om.* *R* ‖ mollius *A* (tmolius *a*) tmolus *Bl* tmolos *P* $\overset{i}{\tau}$ molius *H* molus *L* ‖ 17 fanaeus *L*: faneus *reliqui* ‖ 20 vel *om.* *Daniel* ‖ 22 in agone *Commelinus*: indago *L* ‖ 23 [ne]maeo *L* ‖ arcaemori *L* ‖ 24 corone *L* ‖ mortis] *fort.* mortis eius ‖ 25 immaturum *Commelinus*: inmaturam *L* immatura *Daniel* ‖ arcaemoro *L* ‖ 27 conantura *L*, coronantur *P. Daniel*

de vico Boeotiae, quem dicuntur musae *pascentem pecus*, raptum de monte Parnaso poetam fecisse munere calamorum. *cui etiam bis pueritiam de senectute praestitisse dicuntur, ideo ait 'quos ante seni'.*

72. GRYNEI NEMORIS DICATVR ORIGO Gryneum nemus est in finibus Ioniis, Apollini *a Gryno filio* consecratum: *vel a Grynio, Moesiae civitate, ubi est locus arboribus multis iucundus, gramine floribusque variis omni tempore vestitus, abundans etiam fontibus. quae civitas nomen accepit a Gryno, Eurypyli filio, qui regnavit in Moesia, qui adversus Troianos Graecis auxilium tulit: Eurypylus namque filius Telephi, Herculis et Auges filii, ex Astyoche, Laomedontis filia, fuit, qui Grynum procreavit. is cum patris occupasset imperium et bello a finitimis temptaretur, Pergamum, Neoptolemi et Andromaches filium, ad auxilium de Epiro provocavit: a quo defensus, victor duas urbes condidit, unam Pergamum de nomine Pergami, alteram Grynium ex responso Apollinis. in hoc nemore Calchantem vites serentem quidam augur vicinus praeteriens dixit errare: non enim fas esse novum vinum inde gustare. at is opere absoluto vindemiaque facta cum ad cenam vicinos eumque ipsum augurem invitasset, protulit vinum, et cum diis libare in focum vellet, dixit se non solum poturum, sed etiam diis daturum et convivis; cui ille eadem, quae ante, respondit. ob hoc deridens eum Calchas adeo ridere coepit, ut repente intercluso spiritu poculum abiceret. Varro ait, vincla detrahi solita, id est compedes catenasque et alia, qui intrarunt in Apollinis Grynei lucum, et fixa arboribus.* in quo *luco* aliquando Calchas et Mopsus dicuntur de peritia divinandi inter se habuisse certamen: et cum de pomorum arboris cuiusdam contenderent numero, stetit gloria Mopso: cuius rei dolore Calchas interiit. hoc autem Euphorionis continent carmina, quae Gallus transtulit in sermonem latinum: unde est illud in fine, ubi Gallus loquitur ⟨X 50⟩ ibo et Chalcidico quae sunt mihi condita versu carmina; nam Chalcis civitas est Euboeae, de qua fuerat Euphorion. DICATVR *laudetur.*

73. NEQVIS SIT LVCVS QVO SE PLVS I. A. sensus hic est: si tu

---

24 in quo luco e. q. s.] exscr. mythogr. I 194; II 224

---

1 boetiae *L* ‖ 3 puericiam *L* ‖ sene *L* ‖ 4 ORIGO] miraculum Apollinis, qui serpentem ibi occidit *add. Daniel* ‖ 5 finibus] siluis *A* ‖ a grino filio *L* a Grino filia *Daniel*. *fortasse* a Gryno Eurypyli filio ‖ Grynio *ego*: gryna *L* Grynia *Masvicius* ‖ 6 iucundus *ego*: iocunda *L* iocundo *Daniel* iunco *Commelinus* ‖ floribus quae // uariis *L* (*una littera deleta est*) ‖ 8 erypidi (u *supra* e) *L* ‖ 9 adversus Troianos Graecis] *immo adversus Graecos Troianis* ‖ 10 telaphi *L* ‖ erculis *L*, herculis *l* ‖ 14 grynum *L*, *corr. Masvicius* ‖ 17 uindimiaque *L* ‖ 20 ob oc *L* ‖ 21 calchas *l*: chalchas *L* ‖ cepit *L* ‖ 23 qui] *fortasse* si qui vincti *vel* eis qui vincti ‖ 26 Mopso] circa mopsum *L* ‖ 27 eufebrionis *L* ‖ concinent *L*

Gryneum laudaveris nemus, in nullo se tantum Apollo iactabit. QVO SE PLVS IACTET *in quo plus glorietur.*

74. QVID LOQVAR AVT SCYLLAM NISI QVAM FAMA SECVTA EST Scyllae duae fuerunt, una Phorci et Creteidos *nymphae* filia, *virgo* pulcherrima. quam cum amaret Glaucus, deus marinus, dum ipse amaretur a Circe et eam contemneret, illa irata fontem, in quo se Scylla solebat abluere, infecit venenis: in quem cum descendisset puella, media sui parte in feras mutata est. hanc postea Glaucus fecit deam marinam, quae classem Vlixis et socios evertisse narratur. *quidam Scyllam hanc a Neptuno amatam dicunt et per Amphitriten, coniugem Neptuni, metuentem paelicis formam, venenis Circes in monstrum marinum esse mutatam.* altera vero Scylla fuit Nisi, Megarensium regis, filia. contra quos dum, devictis iam Atheniensibus, pugnaret Minos propter filii Androgei interitum, quem Athenienses et Megarenses dolo necaverant, *ad*amatus a Scylla est, Nisi filia, quae ut hosti posset placere, comam purpuream parenti abscisam ei obtulit, quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tamdiu regno potiretur, quamdiu illam habuisset intactam. postea et Scylla, a Minoe contempta, *vel* dolore, *quod contempta esset, vel* (*quod*) *quasi parricida a Minoe ad puppim religata tracta sit,* in avem *Cirim* conversa est, et Nisus extinctus deorum miseratione in avis mutatus est formam: quae aves hodie, ut ipse in georgicis ⟨I 404⟩ docet, flagrant inter se magna discordia. modo ergo Vergilius aut poetarum more miscuit fabulas et nomen posuit pro nomine, ut diceret 'Scyllam Nisi' pro 'Phorci' — sicut alibi domitus Pollucis habenis Cyllarus, cum Castor equorum domitor fuerit; item et manibus Procne pectus signata cruentis, cum Philomelae, non Procnes, abscisa sit lingua —: aut certe sit hysteroproteron, ut quasi utriusque fabulae videatur facere commemorationem, ut intellegamus 'quid loquar Scyllam Nisi, aut quam fama secuta est,

---

4 Scyllae duae fuerunt e. q. s.] exscr. mythogr. I 3; II 169 et 123; cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 333 et VII 261 ‖ 25 domitus] georg. III 89 ‖ 26 et manibus] georg. IV 15

---

1 iactabit] iactauit *Rlb* iactabat *L.* Tatlanta sam hyppomenes gallus linus permessus phaeontides melapsus pasiphe proetides .t. *add. PHλ, nisi quod* atlanta *et* melampus *exhibet,* sam *et* .t. *om. Hλ* ‖ 2 IACTAT *L* ‖ 4 creteidis *R* crethidos *L* cretheidos *λ* ‖ virgo *om. Daniel* ‖ 5 marinus *om. L* (*add. λ*) ‖ 6 contempneret *ARHL* ‖ in *om. L* (*add. λ*) ‖ 7 tinxit *L* (infecit *λ*) ‖ 8 feram *Stephanus* ‖ 10 ampitritem *L* ‖ 11 cyrces *L* ‖ 15 necauerunt *L* ‖ ab *RL* ‖ 16 posset *et* purpuream *om. L* (*add. λ*) ‖ parentis *L* ‖ 18 et *om. L* (*add. λ*) ‖ 19 quod *inseruit Commelinus* ‖ 21 in aquilam piscarien mutatus est *L* ‖ 23 aut *La*: ut *AB, om. PRH* ‖ 28 procne *R* ‖ sit] est *R* ‖ 29 quasi *om. L* ‖ ut ita intellegamus *PR* ‖ 30 quid loquar aut Scyllam Nisi *vulgo*

candida succinctam latrantibus inguina monstris, Dulichias vexasse rates': aut certe 'aut' bis accipiamus 'quid loquar aut Scyllam Nisi, aut quam fama secuta est', ut est illud in primo ⟨630⟩ non ignara mali miseris succurrere disco.

76. DVLICHIAS VEXASSE RATES Ithacenses, a monte, *vel urbe Dulichia in regno Vlixis.* 'vexasse rates' autem per tapinosin dictum est; nam non vexavit, sed evertit. quod Probus vult hac ratione defendere, dicens 'vexasse' venire ab eo, quod est 'veho, vecto, vexo', ut 'vexasse' sit portasse et sine dubio pro arbitrio suo evertisse. *'vexasse' est enim vis quaedam alieni arbitrii, non enim sui potens est, qui vehitur. bene ergo inclinatum verbum est; nam qui fertur et raptatur et huc atque illuc distrahitur 'vexari' proprie dicitur: Cato in oratione de Achaeis cumque Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret, Cicero in Verrinis* ⟨II, IV 55, 122⟩ *sed ut a barbaris praedonibus vexata esset, item* ⟨II, IV 47, 104⟩ *di ablati, fana vexata, direptae urbes reperiuntur.*

77. *A TIMIDOS NAVTAS 'timidos nautas' nonnulli pro 'timentes' accipiunt. et bene 'a timidos' ex dolentis persona.*

78. TEREI pro 'Tereï': nam per synaeresin dictum est, sicut supra ⟨42⟩ furtumque Promethei pro 'Prometheï'. Tereus autem rex Thracum fuit, qui cum *Atheniensibus tulisset auxilium ac* Pandionis, Athenarum regis, filiam, Procnen nomine, duxisset uxorem et post aliquantum tempus ab ea rogaretur, ut sibi Philomelam

6 vexasse rates autem e. q. s.] cf. Gell. II 6, Macrob. Sat. VI 7, 4 sqq. Isid. or. X 280 ‖ 13 Cato in oratione de Achaeis] p. 55, 8 Iord. ‖ 20 Tereus autem e. q. s.] exscr. mythogr. I 4; II 217. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 120

2 aut certe] uel certe *R* ‖ aut *ARHL*: ut *Pλ, om. B* ‖ accipias *A* accipiendum est *L* ‖ 3 ut...disco *om. B. ceterum cf. Serv. ad Aen.* I 630 ‖ 5 a monte] Dulichium insula est, ubi mons est ithacus, in qua fertur habitasse ulixes, eoque et ipse dulichius et dulichias habuisse rates dicitur *add. R, ed. Steph.* ‖ vel urbe...Vlixis *non edidit Daniel* ‖ 8 'uexasse' venire...pro arbitrio suo evertisse *om. L, in marg. inf. add. λ* ‖ 10 uexasse est enim *delevit λ, ut videtur. ceterum cf. Gell.* II 6, 3 *''vexasse' grave verbum est factumque ab eo videtur, quod est 'vehere', in quo inest vis iam quaedam alieni arbitrii; non enim sui potens est qui vehitur. 'vexare' autem, quod ex eo inclinatum est, vi atque motu procul dubio vastiore est. nam qui fertur et raptatur atque huc atque illuc distrahitur, is 'vexari' proprie dicitur.'* ‖ *inter* non *et* enim *tres litterae radendo deletae sunt* ‖ 12 distraitur *L, corr. l* ‖ 13 annibal *L* ‖ 15 vexata esse videatur *Cicero* ‖ 16 di *om. L* ‖ ablati] alibi *Masvicius* ‖ direpte orbes (v supra o) repperiuntur *L* nudatae urbes reperiuntur *Cicero* ‖ 17 A timidos nautas: quia nautae semper in mari timent *R* ‖ NAVTOS *et* nautes *L* ‖ timentes *Daniel*: trementes *L* ‖ 19 TEREI *libri, nisi quod* teri (e supra r) *L* ‖ pro Terei] propter ei *AR* pro tirei *ex* pro terei *L* ‖ nam...pro Promethei] per sineresin ut promethei dictum est *B* ‖ 20 promethei *ARHλ*: promethi *PL* ‖ pro *om. A* ‖ promethe *A* ‖ 22 procne *H* propnem *L* ‖ nomine *om. L* ‖ 23 ut *om. ABH*

sororem *suam* videndam accersiret, profectus Athenas dum adducit puellam, eam vitiavit in itinere et ei linguam, ne facinus indicaret, abscidit, *inclusamque in stabulis reliquit, ementitus coniugi eam perisse naufragio.* illa tamen rem in veste suo cruore descriptam misit sorori: qua cognita Procne Itym filium interemit et patri epulandum adposuit. *alii Tereum finxisse socero dicunt, Procnen uxorem mortuam, et petisse Philomelam in matrimonium, et hoc dolore conpulsam Procnen occidisse filium et epulandum patri apposuisse. quas cum Tereus agnito scelere insequeretur,* omnes in aves mutati sunt: Tereus in upupam, Itys in fassam, Procne in hirundinem, Philomela in lusciniam. *quidam tamen eas navibus effugisse periculum et ob celeritatem fugae aves appellatas volunt.*

79. PHILOMELA DAPES atqui hoc Procne fecit; sed aut abutitur nomine aut illi inputat, propter quam factum est. *et bene avis et hominis miscuit mentionem. QVAE DONA PARARIT quod, satiato Tereo, caput et pedes filii uxor intulerit.*

80. *QVO CVRSV licet volatum accipere debeamus, tamen 'deserta petierit' potest ad hominem referri.*

81. *SVA TECTA SVPERVOLITAVERIT hoc ad avem pertinet.*

82. *MEDITANTE canente.*

83. EVROTAS fluvius Laconum, qui *audita* ab Apolline suas edocet lauros, quibus eius plenae sunt ripae. *ibi namque templum Apollinis est; nam hunc fluvium Hyacinthi causa Apollo dicitur amasse. 'lauros' vero multi pro vatibus accipiunt.*

84. *ILLE Silenus. REFERVNT vel ferunt vel perferunt: quo verbo aliter in sequenti versu utitur.*

---

15 quod ... intulerit] cf. Non. p. 527, 18 ‖ 17 licet ... debeamus] cf. Non. p. 251, 14 et Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 503

---

1 accersiret *PR*: accersire *A* arcessisset *B* arcersiret *H* acersiret *L* ‖ 3 reliquid *L* ‖ 4 illa tamen] sed filiomela *L* ‖ 5 qua] qua re *Stephanus. in Lemovicensi* re *supr. vers. add. P. Daniel* ‖ itim *A* itin *L* (ityn *l*) ‖ et...adposuit *om. L, add.* λ ‖ 8 quos *ex* quas *L* ‖ 9 omnes] postea omnes *Serviani libri* ‖ 10 fassidem *B* phasianum *mythogr.* I *et Stephanus* ‖ 11 eos *ex* eas *L* ‖ 12 appellatos *L, correxi* ‖ 13 *schol. ad v.* 79 *om. B* ‖ atqui *RL*: atq: *A* aut quia *PH* at quia λ ‖ fecit] non philomela *add. R* ‖ aut *ante* abutitur *om. PHR* ‖ 14 aut illi inputat] aut certe eam fecisse dicit *R* ‖ 17 debemus (a *supr.*) *L* ‖ 19 SVPERVOLVTAVERIT *L* ‖ Aut ante infelix s. t. s. p. u. a.: aut ante sua tecta uolitauerit, quod melius est, hoc est in prospectu tectorum suorum, licet 'superuolitauerit' dicat; nam et super eorum fastigia poterat uolitare et ante ea (antea *R*) esse: aut certe 'ante (antea *R*) sua tecta' dicit quae ante fuerunt sua, ut super ea uolitauerit *R* ‖ 20 Meditante: adinueniente et diuinante *R* ‖ 21 ab Apolline] instructus *add. Stephanus* ‖ 22 educat *B* educit *b* ‖ laurus *AL* ‖ quibus...ripae *om. L, add.* λ ‖ 24 ua////tibus *L* (*duae litterae, quae* ti *fuisse videntur, deletae sunt.* a *ex* t *factum videtur*) ‖ 25 Ille canit: silenus scilicet. Pulsae ualles: sono uocis repercussae *R* ‖ proferunt *Daniel* ‖ 26 aliter *P. Daniel*: alter *L*

85. *COGERE DONEC OVES STABVLIS ordo est 'cogere donec oves stabulis Vesper iussit et invito Olympo processit'.* *REFERRE recensere.*

86. ET INVITO PROCESSIT VESPER OLYMPO et ex eo quod dies invitus abscessit, et ex eo quod nimio audiendi desiderio Vesper exortus est, cantilenae voluptas ostenditur. *est etiam solis laudatio, cuius lucis claritas tanta est, ut ea Olympus laetetur.*

ECLOGA SEPTIMA.

1. FORTE SVB ARGVTA C. I. D. ecloga haec paene tota Theocriti est: nam et ipsam transtulit et multa ad eam de aliis congessit. 'arguta' autem modo canora; stridula: alibi 'argutum' breve significat, ut argutumque caput. DAPHNIS divinum hunc inducit, quippe filium Mercurii, ut diximus supra ⟨II 26⟩: nam hinc est quod paulo post ⟨9⟩ dicturus est 'caper tibi salvus et haedi', quasi divinus.

2. COMPVLERANTQVE G. compellere proprie est in unum locum vel diversa vel diversorum animalia cogere: *Cicero in Pisonem* ⟨36, 87⟩ *omni pecore compulso.*

4. *FLORENTES AETATIBVS hoc est aetate florente.* ARCADES AMBO non re vera Arcades — nam apud Mantuam res agitur —, sed sic periti, ut eos Arcades putares: nam et paulo post dicturus est ⟨X 32⟩ soli cantare periti Arcades.

5. ET CANTARE PARES ET R. P. hoc est qui possent et continuum carmen dicere — nam hoc est cantare, ut ⟨V 20⟩ extinctum nymphae crudeli funere Daphnim, vel ⟨56⟩ candidus insuetum miratur lumen Olympi — et amoebaeum referre, ut ⟨III 62⟩ et me Phoebus amat, Phoebo sua semper apud me munera sunt lauri. *'cantare' autem 'parati' pro parati ut cantarent et responderent: vel 'pares parati' quasi pariter parati.*

6. HVC MIHI D. scilicet circa eam partem, in qua Daphnis se-

---

2 Referre recensere] cf. Non. p. 381, 16 ‖ 9 arguta ... caput] cf. Non. p. 239, 13 sqq. ‖ 10 argutumque] georg. III 80

---

1 est *l*, *om. L* ‖ 5 ostenditur] Olympo: caelo *add. R, ed. Steph.* ‖ 6 VII ECLOGA MELIBOEVS CORIDON THIRSIS *A* DE VII· ECLOGA. Meliboeus coridon tyrsis dafnis *B* INCIPIT ECLOGA SEPTIMA *P* EXPLICIT ECLOGA ·VI· INCIPIT ·VII· MOELIBOEVS CORYDON *R* incipit ecloga VI. Coridon tyrsis moeliboeus *λ*

7 paene *L*: poene *A* pene *reliqui* ‖ 10 capud *RH* ‖ 15 vel diversa *om. BL* (*add. λ*) ‖ diumsarum (o *supra* a) *L* ‖ in pisone *L*, *correxi* ‖ 17 Florentes: iuuenes *R* ‖ 21 possint *L* ‖ 24 amoebaeum] ad maelibeum A ‖ 28 HVIC *B* IIIC *L*

debat. TENERAS DEFENDO A FRIGORE MYRTOS varie hic locus exponitur. nam alii simpliciter accipiunt: dum myrtos tego et tueor, ne eas frigus exurat. alii, qui aestatis illud fuisse asserunt tempus, dicunt: 'defendo a frigore' tego contra frigus futurum. alii dicunt: 'dum defendo', id est dum mihi ad defensaculum praeparo 'myrtos a frigore', id est quae sunt sine frigoribus; solent enim pastores vindicare sibi loca aliqua propter frigus futurum.

7. VIR GREGIS abusive; nam tantum hominum est: sic alibi quem legere virum, item Horatius et olentis uxores mariti. acyrologia est.

9. *ADES alii pro imperativo accipiunt, cuius pronuntiatio similis est indicativo: Terentius ades dum; paucis te volo.* CAPER TIBI SALVVS ET HAEDI aut quia in capro est spes haedorum: aut intellegimus istum etiam haedos perdidisse, sed nescire, quod tamen ille quasi divinus indicat. potest tamen etiam scire, sed levius damnum maioris contemplatione contemnere.

10. ET SIQVID CESSARE POTES si potes tibi vel breve otium persuadere: nam loquitur ad hominem amantem laboris.

11. HVC IPSI POTVM VENIENT PER P. IVVENCI 'ipsi' id est sponte sua, et intellegimus istum praeter capellarum gregem iuvencos habuisse peculiares: aut certe 'ipsi' referamus ad haedos et caprum, ut 'per prata Iuvenci' fluminis intellegamus Venetiam, quae est *haud longe a Mincio, cuius est delicias commemoraturus. alii dicunt loca ipsa 'prata Iuvenci' appellari.*

---

8 abusive e. q. s.] cf. Non. p. 464, 27 et Macrob. Sat. VI 6, 6 ‖ 9 quem] georg. III 125 ‖ Horatius] carm. I 17, 7 ‖ 12 Terentius] Andr. I 1, 2

---

1 TENERAS ... MYRTOS *om. L* ‖ varie] et uarie *L* ‖ varie ... dum myrtos *om. B* ‖ 3 adurat *R* ‖ alii autem qui aestatis fuisse (illud *add. b*) asserunt tempus *B* ‖ qui *A*: quia *PRHL* ‖ 4 defendo...dum *om. L* (*add. λ*) ‖ 7 uendicare *B* ‖ 8 nam uir tantum de homine dicitur *R* ‖ 9 virum] ducem *Vergilius* ‖ et *om. L* ‖ olentes uxoris *L* ‖ 10 acyrologia est] acyrologiae *PH*, mariti *add. H.* quod tamen ad Theocriti imitationem dictum est ⟨VIII 49⟩ *ὢ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ add. vulgo* ‖ 11 Huc ades: adsissa † aesto (*lege* adsis vel adesto) *R* ‖ 12 est *om. L, add. l* ‖ 13 aut ... haedorum, ideo iste diuinus haedos adiungit, cum ille solum caprum quaereret: aut ... perdidisse cum capro et nescire: quod ... indicat. potest tamen ille de his scire sed forte leuius damnum maioris comparatione despicere ideoque solum caprum quaerere *R* ‖ 14 perdidisse *om. ABPH* ‖ sed *BL*: se *APH* ‖ nescimus *B* ‖ 17 POTEST *PHL* ‖ potest *BL* ‖ 18 persuaderi *PL* ‖ labores *Ba* ‖ Requiesce sub umbra: mecum scilicet *R, ed. Steph.* ‖ 19 *scholia ad v.* 11—13 *adscripta hoc ordine exhibet L*: PRAETEXIT ... praetexere f. s. EQVE SACRA ... fatidice. EXAMINA apium scilicet. HVC IPSI P. V. P. P. I. ... iuuencia appellari ‖ 20 et] aut *AB* ‖ 22 ut per prata iuuenci fluminis intellegamus uenetiae qui est *Serviani libri, nisi quod* quē *A* (qui est *a*) *et* qui est uenetiae *R.* Mincius: fluuius *add. idem, ed. Stephanus* ‖ intelligamus *L* ‖ 24 mintio *L* ‖ dilitias *L* ‖ 24 iuuencia appellari *L*

12. *PRAETEXIT praetegit, ut* ***non tamen Anna novis praetexere funera sacris.***

13. EQVE SACRA et e sacra, ut **aque chao densos divum numerabat amores**, id est (et) a chao. *'sacra' autem 'quercus' aut ipsam quam vult intellegit, aut universum genus, quod et Iovis et olim fatidica.* *EXAMINA apium scilicet.*

14. NEQVE EGO ALCIPPEN NEC PHYLLIDA H. has duas intellegamus amicas esse cantantum; nam hoc dicit: nec Alcippen habebam, ut ille, nec Phyllida, ut alter: *aut ut plerique putant, nomen vilicae.*

15. *CLAVDERET AGNOS ergo varium pecus habuit.*

16. CERTAMEN ERAT CORYDON CVM THYRSIDE figurate locutus est, magnum certamen ille cum illo, ac si dicas, magna contentio est cum Cicerone Vergilius. *et videtur nominativum pro genetivo posuisse; nam 'Corydonis' facit.*

17. *POSTHABVI postposui.* MEA SERIA necessitatem capri inquirendi vel haedorum. LVDO cantilenae, ut ⟨I 9⟩ **ipsum ludere quae vellem calamo permisit agresti.**

18. ALTERNIS IGITVR C. V. hoc est quod ait supra ⟨5⟩ **et respondere parati.**

19. ALTERNOS MVSAE MEMINISSE VOLEBANT si 'volebant', sensus est, musae utriusque meminerant, ut ⟨III 59⟩ **amant alterna camenae.** sed multi 'volebam' legunt, ut sit *sensus:* optabam, o musae, meminisse alternos, id est omnia quae dixerunt tenere; nam et in fine dicturus est ⟨69⟩ **haec memini.**

20. REFEREBAT amoebaei carminis lege, ut diximus supra ⟨III 28⟩.

21. *NYMPHAE NOSTER AMOR LIBETHRIDES a fonte Boeotiae (Libethro vel a) Libethro poeta, qui primus harmoniam tradidit et aram musis consecravit. alii (Libethron) locum, in quo Hesiodus natus est,*

1 non tamen] A. IV 600 ‖ 3 aque chao] georg. IV 346

1 Praetexit: praetextas uel tectas habet *R* ‖ 3 ET QVE *B* AEQVE *H* ‖ et e sacra *ego*: et de sacra *libri* ‖ aque *PRH*: eque *A* atque *B* quae *L* ‖ 4 enumerabat *Ba* enimerabat *A* ‖ et *inserui*. *cf. Serv. ad georg.* IV 346 ‖ 5 intelligit *L*, intelligi *l* ‖ *expectatur* quod et Iovis est quercus et olim fuit fatidica ‖ 6 fatidica *Masvicius*: fatidice *L* ‖ EXAMINA a. s. *non edidit Daniel* ‖ 8 cantantium *BL* canentium *R* ‖ 9 phyllidam *L* ‖ 13 cum illo] erat *add. vulgo* ‖ 14 uergilius *A*. nam proprie dicimus magnum certamen est illi cum illo. nam choridon nominatiuus est pro datiuo *add. R* ‖ 15 suisse *L* posuisse *l* ‖ 16 Posthabui: postposui *hab. R* ‖ 17 cantilena *PR* ‖ 21 si] si quidem *P* ‖ si 'volebant' *om. L* ‖ 23 carmenae *P* ‖ 26 anemoeboei *L* ‖ supra *om. PH* ‖ 28 LIBETRIDES *L* ‖ libitros (libetros *l*) est ubi coluntur musae a fonte boetiae libetro poeta ... consecratum est. et sic ait libetrides *e. q. s. L*. Libethro vel a *inserui* ‖ 29 armoniam *L* ‖ aram *L*: arcem *Daniel* ‖ 30 Libethron *addidi* ‖ isiodus *L* ‖ est *l*, *om. L*

alii templum Libethridum musarum dicunt, quod a Piero, Apollinis filio, consecratum est. NYMPHAE NOSTER A. LIBETHRIDES Libethros fons est, ubi coluntur musae, et sic ait 'Libethrides', ac si diceret Hippucrenides a fonte Hippucrene. ut autem poetae invocent nymphas, sicut hoc loco, item in fine ⟨X 1⟩ extremum hunc Arethusa mihi concede laborem, haec ratio est, quod secundum Varronem ipsae sunt nymphae quae et musae: *nam et in aqua consistere dicuntur, quae de fontibus manat, sicut existimaverunt qui camenis fontem consecrarunt; nam eis non vino, sed aqua et lacte sacrificari solet:* nec inmerito: nam aquae motus musicen efficit, ut in hydraulia videmus. sane sciendum, quod idem Varro tres tantum musas esse commemorat: unam, quae ex aquae nascitur motu; alteram, quam aëris icti efficit sonus; tertiam, quae mera tantum voce consistit. et multi volunt in hac ecloga esse allegoriam, ut Daphnis sit Caesar, Corydon Vergilius, Thyrsis vero, qui vincitur, Vergilii obtrectator, scilicet aut Bavius aut Anser aut Maevius, *pessimi* poetae.

22. *CODRO Codrus poeta eiusdem temporis fuit, ut Valgius in elegis suis refert.* PROXIMA PHOEBI subaudis carmina.

23. SI NON POSSVMVS OMNES secundum illud dixit ⟨VIII 63⟩ non omnia possumus omnes: nam debuit dicere 'aut si ego non possum'.

24. *HIC ARGVTA iuxta quam frequenter canitur, ac per hoc loquax, garrula.* SACRA PINV matri deum consecrata: sic supra ⟨13⟩ sacra quercu, scilicet Iovi dicata. *et apostropham fecit, tamquam eam consecret. et (est) intellectus 'pendebis fistula': malo catalysin facere, quam deterior esse.*

25. NASCENTEM POETAM verecunde locutus est, non iam poetam dicens, sed nascentem. sane hoc loco carmen exprimitur amoebaeum: nam cum Corydon petisset ut esset Codri similis, hic

---

1 alii templum ... consecratum est] cf. schol. vet. in Iuv. sat. VII 8 ‖ 4 ut autem poetae e. q. s.] Serviana exscr. mythogr. II 50; III 8, 22 ‖ 6 quod secundum ... efficit] Servianis usus est Isid. or. VIII 11, 96

---

1 libetridum *L* ‖ Piero *ego*: pierio *L*. *cf. Pausan.* IX 29, 2 ‖ 2 libertos *P* ‖ 4 ippu credines *A* hippocrenides *R* hippocrinedes *L* hippocrinides *l* ‖ poeta inuocet *L*, *corr. l* ‖ 7 sint *RL* ‖ 9 nam] *malim* et *vel* unde ‖ 10 musicen *PL*: musio et *ABH* sonum *R* ‖ 11 in *om. H* ‖ hydraulia *R*: ydra uilia *AB* ydraulia *PH* idraulia *L* (idrauilia *l*) *an* hydraulis? ‖ uidimus *ABH* ‖ 13 quae aëris ictu sonos efficit *mythogr.* II ‖ maera *L* in aera *l* ‖ 14 esse *om. PRH* ‖ 15 vero *om. L* ‖ 16 Vergilii] a uirgilii *P* a uirgilio *H* ‖ uabius *L* ‖ 20 SI *et* OMNES *om. L*, *add.* λ ‖ secundum ... omnes nam *om. L*, *in marg. add.* λ ‖ 23 Hic arguta: sonora *R* ‖ loquaci *L*, *correxi* ‖ 24 garrula *Daniel*: gargarula *L* ‖ 26 est *addidi* ‖ pendebis, *quod fortasse Vergilii γ′ habuit, legisse interpretem, iis quae praecedunt ostenditur*: pendebit *L* ‖ 28 NASCENTEM *et infra* nascentem *libri*

se adeo Codrum superare dicit, ut in se eius invidiam possit movere. hedera autem coronantur poetae, vel quasi Libero consecrati, qui et ut Bacchae insaniunt: sic Horatius ut male sanos adscripsit (Liber) satyris faunisque poetas: vel quod semper virent hederae, sicut carmina aeternitatem merentur.

26. RVMPANTVR VT ILIA sicut etiam in Aeneide ⟨VII 499⟩ diximus, 'hoc ile' et 'haec ilia' facit, unde etiam Iuvenalis ait ⟨V 135⟩ vis frater ab ipsis ilibus? nam Marullus mimographus contempsit artem ad iocum movendum et parasito dixit tu ut Hector ab ilio numquam recedis. est autem hoc dictum per amaritudinem rusticam.

27. VLTRA PLACITVM id est nimie, irrisorie, ultra quam placeo et mereor. *quicquid autem ultra meritum laudatur, dicitur fascinari.* *BACCHARE herba est ad depellendum fascinum.*

28. MALA LINGVA fascinatoria, nocendi scilicet studio.

29. *SAETOSI CAPVT (HOC) CAPRI multi per duas 'c' scribi volunt propter metrum. sane deest 'consecrat', ut Aeneas haec de Danais victoribus arma. et si 'apri', tamquam venator; si 'capri', tamquam pastor.* *PARVVS vel humilis, vel pauper, vel minor aetate.*

30. *RAMOSA CORNVA ut cornibus arboreis.* MICON vel eius filius, vel patronus. VIVACIS CORNVA CERVI ut enim Plinius dicit in naturali historia, cum se cervi gravatos aetate cognoverint *esse,* serpentes requirunt et eos flatu ad se tractos cum comederint, revertuntur rursus in actum priorem: *diu enim vivere dicuntur.*

31. SI PROPRIVM HOC FVERIT quod supra petierat, scilicet ut

---

3 Horatius] epist. I 19, 3 ‖ 8 Marullus mimographus] com. lat. rel. rec. Ribbeck p. 310. cf. Serv. ad Aen. VII 499 ‖ 17 Aeneas] A. III 288 ‖ 20 cornibus] A. I 190 ‖ 22 cum se cervi...in actum priorem] cf. comm. Luc. VI 673 et Isid. or. XII 1, 18

---

1 *prius* se *om. R* ‖ posset *R* ‖ 2 edera *APH* ‖ uel quasi *PR*: et quasi *ABH* quasi *L* ‖ 3 qui et ut bacchae insaniunt *RL*: qui et uacae insaniunt *A* (qui ut uates insaniunt *a*) qui et ut baccae i. *B* qui et ut baccho i. *PH* ‖ sanus *ABPH* sanis *L* sanos enim *R* ‖ 4 satyris] uates *add. L, del. l* ‖ 5 uirent *RL*: uiuent *ABH* uiuant *P* ‖ 7 dictum est *L* ‖ ait *H*: aut *ABPR, om. L* (*add. λ*) ‖ 8 vis] ius *R* ‖ marylus *AP* maryllus *B* marrlus *R* marilus *H* marillus *L* ‖ 9 artem] autem *AB* arte *H* ‖ 10 haector *libri* ‖ est autem hoc] set hoc modo dictum est *L* (modo *del. λ*) ‖ 12 ultra quam placeat uel quam merear ego. hoc est si nolens mihi inuidere nimium me et adulatorie aut etiam irrisorie LAVDARIT scilicet nocendi studio *R* ‖ 14 Baccare: herba quae fascinum repellit *R* ‖ 15 fascinatoria uel adulatoria *R*, nocendi... studio *om. idem* ‖ 16 'c'] e *Daniel* ‖ 20 MICON...patronus *om. L, add. λ* ‖ uel eius patronus *A* ‖ 21 enim] etiam *PH, fortasse recte* ‖ plenius *RL* ‖ dixit *P* ‖ 23 et] ut *RHL* ‖ tractatos *P* ‖ revertuntur... priorem] iuuenescunt *L*, et reuertuntur... priorem *supr. vers. add. λ* ‖ reuertantur *R* ‖ 24 ad actum *R* ad aetatem *vulgo* ‖ priorem] idcirco uiuaces dicuntur *add. R*

talia carmina faceret qualia Codrus effecerat. *'proprium' sane veteres perpetuum, stabile, firmum dicebant: Terentius ego deorum vitam ea propter sempiternam esse arbitror, quod eorum voluptates propriae sunt, id est firmae et perpetuae; et in Phormione* ⟨V 5,2⟩ *curavi propria ut potiretur; et ipse propriamque dicabo, et da propriam, Thymbraee, domum: sic et hic 'proprium'. alii hunc Miconem alieni pecoris custodem volunt et sic dicere: interim hoc tibi caput Delia dedico; si proprium hoc meum pecus fuerit, plus dabo, id est simulacrum faciam.* LEVI *polito.* LEVI DE MARMORE TOTA solent enim plerumque caput tantum vel thoraca facere. *sane in libris sacrorum refertur, sacrum dici quod rite sacratur, ut aedes, areae, simulacra, dona. hic ergo cum dicit 'levi de marmore tota Puniceo stabis suras evincta cothurno', eodem modo et de Priapo dictum debemus accipere. hic etiam caput apri pro dono offertur. dona autem oblata numinibus tamdiu sacra sunt et dona possunt dici, quamdiu non fuerint profanata.*

32. SVRAS EVINCTA COTHVRNO ideo singulari usus est numero, quia hoc genus calciamenti utrique aptum est pedi: sic in primo Aeneidis ⟨337⟩ purpureoque alte suras aptare cothurno. *EVINCTA vel simpliciter, vel valde, ut eduramque pirum.*

33. SINVM LACTIS sinus genus est vasis: quod cum significamus, 'si' producitur; cum vero gremium significamus, 'si' corripimus. *Varro de vita populi Romani aut lepestam aut galeolam aut sinum dicebant: tria enim (haec similia sunt), pro quibus nunc acratoforon dicitur: Atta in Megalensibus nempe ad*

---

1 proprium sane veteres e. q. s.] cf. Non. p. 361, 19 sqq. ‖ 2 Terentius] Andr. V 5, 3 ‖ 5 ipse] A. I 73 et III 85 ‖ 20 eduramque] georg. IV 145 ‖ 25 Atta in Megalensibus] com. lat. rel. lat. rec. Ribbeck p. 138

---

2 dicebant *om. Daniel* ‖ terrentius *L* ‖ 3 sempiternum *L* ‖ 4 proprie *L* ‖ formione *L* ‖ 5 dicabo *ex* decabo *L* ‖ 6 thymbre *L* ‖ sic et hic *scripsi*: si *L* ‖ 8 capud *L* ‖ 9 similacrum *L* ‖ facum *L* faciam *l* ‖ Leui: levigato *R* ‖ LEVI DE MARMORE TOTA 'levi' polito. 'de marmore tota' qui (quia *l*) solent plerumque *e. q. s. L* ‖ 10 solent enim plerumque in statuis capud tantum uel pectora de marmore fieri *R* ‖ capud *HL* ‖ thoraca *La*: thoracia *ABPH* ‖ 11 aedes areae *Commelinus* (*cf. Macrob. Sat.* III 4, 2): edis aereae *L* aedes aera *Heinsius* ‖ 13 euinta coturno *L* ‖ 17 EVINTO *L* ‖ COTVRNO *libri* ‖ 18 pedi] Coturno: caltiamento apto poetis et uenatoribus: nam et diana uenatrix fuit. Suras: posteriores partes tibiarum. Vincta: ligata *add. R* sic in primo...cothurno *omissis* ‖ sic] sicut *B* ut *L* ‖ 19 aeneide *L* ‖ aptare] e. *L.* vincire *Vergilius* ‖ 20 EVINTA *L* ‖ 21 sinus *Serviani libri*: sinum *L* ‖ uadis *H* ‖ 23 Varro ... suboriri *post* corripimus *collocavit Daniel, post* hortos tuetur *hab. L* ‖ aut pepestam aut paleolam (galeolam *P. Daniel*) *L* ‖ 24 haec similia sunt *ex scholiis Veronensibus inserui. ceterum in marg. super. Lemovicensis vir doctus haec adscripsit 'sic forte ex Prisciano* (VI 78 I *p.* 263 *H.*) *et Nonio* (*p.* 547, 18 *sqq.*) *augendus hic Varronis locus "ubi erat uinum in mensa positum aut lepestam aut galeolam aut sinum dicebant, tria enim pro quibus nunc ἀκρατοφόρον dicitur". cf. etiam Varro d. l. l.* V 123 ‖ 25 migalensibus *L* ‖ menpe *L. cf. schol. Veron.*

mensam ubi sermo de sinu solet suboriri. sane notandum, haberi considerationem divinarum personarum. nam ille supra cum veneratione locutus est apud numen severum, contra hic iocatur, quia alloquitur numen, quod iocis gaudere manifestum est. Priapus autem deus Lampsacenus est Hellesponti, qui hortos tuetur. LIBA placentas.

35. PRO TEMPORE pro necessitate, *pro captu rei nostrae, pro viribus, quae sunt hoc tempore.*

36. SI FETVRA G. S. si tot agnos habuero quot oves: hoc est enim gregem suppleri per feturam. et 'fetura' est proventus, ipse fetus.

37. NERINE GALATEA *amica Corydonis nobilis. et hoc dicit:* o amica, quae talis es, qualis fuit Galatea *nympha. quam cum Polyphemus cyclops adamasset, primum concubitum eius precibus expetivit, mox vim adhibere conatus est: quem illa in mare se praecipitando effugit. cyclops autem cum eam de mari non posset evocare, Acin, quem nympha diligebat, ictu petrae intercmit: cuius cruorēm Galatea vertit in fluvium, qui eius retinet nomen.* 'Nerine' autem patronymicon est graecum: nam feminina patronymica aut in 'ias' exeunt, ut Pelias; aut in 'eis', ut Atreis; aut in 'ne', ut Nerine, Adrestine. *alii pro 'Nereis' accipiunt.* THYMO MIHI DVLCIOR HYBLAE vel odore thymi Hyblaei, vel melle Hyblaeo, ut a materia rem ipsam dixerit: nam apibus, non hominibus dulcis est thymus.

38. HEDERA FORMOSIOR ALBA quia sunt et nigrae hederae, ut aut hederae pandunt vestigia nigrae. nigra autem vel alba hedera non ex foliis, sed ex ligno cognoscitur.

39. *REPETENT PRAESEPIA id est vespere.*

---

1 Liba placentas] cf. Isid. or. XX 2, 17 ‖ 10 et fetura ... fetus] cf. Non. p. 206, 7 sqq. ‖ 19 nam feminina patronymica ... Adrestine] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 537, 14 K. ‖ 25 aut hederae] georg. II 251

---

2 considerationem] significationem *R* ‖ 3 severum] sacrum uel seurum (*fort.* seuerae) diuinitatis *R.* consideratione *add.* *AB PRHλ* (a consideratione *b*) ‖ 4 quia alloquitur numen *Lion*: quia loquitur numen *ABH* (qui alloquitur numen *a*) quia loquitur ad numen *PR* quia loquitur apud numen *L* ‖ 5 qui orto fauetur *A* ‖ 6 LIBA placentas *om. L, add. λ* ‖ placentas *R*: placenta *AB PH* ‖ 9 quot] quod *RL* quod et *H* ‖ 10 et *om. H* ‖ fetura *AL*: per fecturam *B* per feturam *PRH* ‖ 11 fetus] uero quod nascitur *add. L* ‖ 13 fuit *om. P* ‖ Galatea] quam cyclops amauit *add. Serviani libri* ‖ 17 diligabat *L, corr. l* ‖ 18 patronomicon *APHL* patronomicum *BR* ‖ 19 patronimica *A* patronomica *reliqui* ‖ ias] ẹias *B* ia *L* (ias *l*) ‖ pelias *Lb*: peleias *ABPH* pleias *R* ‖ 20 'eis'] is *RL* (eis *l*) ‖ Atreis] atris *L, corr. l* aeneis *add. B* ‖ 'ne'] e *BRL* (ne *l*) ‖ 21 HYBLAE ... Hyblaeo] hyblaei id est melle yblae *B* ‖ 22 mellis *L* ‖ Hyblaeo *Stephanus*: yblexe *A* hiblaei *P* hyblaei *R* iblaei *H* hyblei *L* ‖ 24 EDERA, *ut infra* ederae *et* edera *APH* ‖ 27 PRAESEPIA id est cum possessores novi coeperint assignatos possidere agros *Daniel.* *cf. schol. Bern.*

40. TVI CORYDONIS plenum adfectu est, ut siquis Amatae tangit honos animum.

41. SARDONIIS HERBIS in Sardinia enim nascitur quaedam herba, ut Sallustius dicit, apiastri similis. haec *comesa* ora hominum rictus dolore contrahit et quasi ridentes interimit, *unde vulgo* *Σαρδόνιος γέλως.*

42. *HORRIDIOR spinosior.* *RVSCO virgulta brevia acutis foliis et pungentibus, unde et in agris scopae fieri solent.* *ALGA herba, quae in mari nascitur.*

43. *LVX id est dies.*

44. ITE DOMVM PASTI SIQVIS PVDOR I. I. quia ad pascendum avidissimi sunt. ideo autem increpat tauros tarde redeuntes ad stabula, quia superius ille dixerat, tunc amicam suam venire debere, cum tauri ad praesepia fuissent reversi.

45. MVSCOSI FONTES lanugine viridiore cooperti. *SOMNO MOLLIOR Turpilius * lectus.*

46. ARBVTVS *aut* genus arboris frondibus raris: *aut quomodo dicimus rarum hominem pro egregio et bono.*

47. *DEFENDITE prohibete, excludite: Horatius et igneam defendit aestatem capellis usque meis. duo ergo significat: nam aliter patriam dicimus defendere, aliter hostes, ut hunc, oro, defende furorem.* IAM VENIT AESTAS TORRIDA iam advenit, iam adpropinquat: non enim dicit aestatem esse, cum adhuc turgere gemmarum palmites dicat. et bene tarde frondere vites commemorat in Venetia, quae est provincia frigidior.

48. *TORRIDA calore sicca.*

49. HIC FOCVS ET TAEDAE PINGVES contraria iste dicit. ʻpingues' autem taedas ait desudantes picem.

---

1 siquis] A. XII 56 ‖ 3 in Sardinia...interimit] exscr. Isid. or. XIV 6,40 ‖ 4 Sallustius] hist. II 2 Dietsch. et Kritz. ‖ 19 Defendite ... excludite] cf. Non. p. 277, 19 ‖ Horatius] carm. I 17, 2 ‖ 21 hunc] A. X 903

---

1 *schol. ad v.* 40 *om. L, add. λ* ‖ adfectu *APR*: adfectum *BH* affectus *vulgo* ‖ 4 dicit] quae Sardoa (sardon *Steph.*) dicitur *add. Stephanus et Fabricius* ‖ haec] quae herba *L* ‖ hora *PR* ‖ 5 rictus *in ras. l* (*cf. Isid.*): ictus *AB PH* tactus *R* ‖ interemit *L* ‖ unde uulgo sardinios gelos *L* ‖ 7 *ad v.* 42 Horridior: horribilior. Rusco: cortice arboris aspero. Proiecta alga: algae sunt sordes quas aqua de fluminibus egerit *R* ‖ cutis *L*, acutis *l* ‖ 8 in agris *scripsi*: in lacris *L* in sacris *Daniel. cf. Plin. n. h.* XXIII § 166 ʻ*Castor oxymyrsinen myrti foliis acutis, ex qua fiunt ruri scopae, ruscum vocavit*'. *in urbe palmeis scopis utebantur. cf. Hor. sat.* II 4, 83 *et Mart.* XIV 82 ‖ ALGET *L*, *corr. l* ‖ 11 quia *om. A* ‖ 13 dixit ille *L* ‖ 15 Mollior: delectabilior *R* ‖ MOLIOR *L* ‖ 16 delectabilior lecto *coni. Burmannus* ‖ 19 prohibiete *L* ‖ 22 uenit *L* ‖ iam adpropinquat *om. A* ‖ 23 *malim* gemmas in palmite ‖ 24 dicat] Torrida: et feruens et calida. Iam leto (*sic*) t. i. p. g.: bene tarde frondere ... frigidior *add. R* ‖ 27 dicit] ille quippe pecora ab aestatis calore defendi iubet, iste dicit se hie-

50. *SEMPER quantum ad hiemis spatium pertinet.*

51. (*HIC TANTVM*) *nonnulli 'hinc' legunt, ut sit intellectus: quia in domo sua semper ignis sit, ideo subiectum 'hinc tantum', ut est* ***hinc omnis largo pubescit vinea fetu****, hoc est ex hac causa. sane 'hinc' alii propterea, alii loci significationem accipiunt.* *CVRAMVS quidam 'timemus' accipiunt.*

52. NVMERVM LVPVS qui solam considerat praedam. *et subauditur 'ovium', vel similium.* TORRENTIA FLVMINA RIPAS quae aucta riparum munimina spernunt. *et totum proverbialiter dictum est.*

53. STANT ET IVNIPERI modo plenae sunt; alias horrent, ut stant lumina flamma; alias vere stant, ut stant manibus arae. *Verrius Flaccus iuniperum iuvenem pirum dicit. vere autem iuniperus est quasi aculeis praedita, bacas ad piperis speciem gerens.* CASTANEAE HIRSVTAE adhuc intra echinos suos locatae.

54. *PASSIM abundanter.*

55. RIDENT laeta sunt, ut ⟨IV 20⟩ mixtaque ridenti colocasia fundet acantho, Horatius ille terrarum mihi praeter omnes angulus ridet.

56. *MONTIBVS e montibus.* FLVMINA SICCA hyperbolicos: etiam iuges aquas, perpetuo fluentes, siccari conspicias.

57. ARET AGER ordo est 'aret ager et sitit herba moriens vitio aeris', id est pestilentia corrupti aeris affligitur.

58. INVIDIT COLLIBVS VMBRAS ut tene, inquit, miserande puer, cum laeta veniret, invidit Fortuna mihi? nam 'invideo tibi illam rem' dicimus, *ut* ***invidet imperium****.* sane sciendum, Vergilium pampinos numquam *cum genere* dicere, sed Varronem uti frequentius feminino.

60. IVPPITER ET LAETO D. P. IMBRI sic alibi coniugis in gremium laetae descendit: aer enim in pluvias solvitur.

---

4 hinc] georg. II 390 ‖ 10 Stant plenae sunt] cf. Non. p. 392, 1 sqq. ‖ 11 stant] A. VI 300 ‖ stant] A. III 63 ‖ 17 Horatius] carm. II 6, 13 ‖ 23 tene] A. XI 42 ‖ 25 invidet] A. VIII 509 ‖ sane sciendum ... feminino] cf. Cledon. p. 40, 15 K. ‖ 28 coniugis] georg. II 326

---

mem non timere nec frigora *add. R* ‖ 2 nonnulli 'hinc' legunt *ad* HIC TANTVM *pertinere docuit Ribbeckius in adnot. crit., post* picem *hab. L* ‖ 5 significatione *Dukerus* ‖ 7 quia s. c. lupus p. *vulgo* ‖ 9 munimina *quod vulgo editur habuisse videtur L, in quo* ≡n////mina: numina *reliqui* ‖ sternunt *b* ‖ 13 iuniperas *L, corr. l* ‖ 14 intra *AL*: inter *reliqui* ‖ ethinos *H* ‖ 16 laeta *L*: laetae *Serviani libri* ‖ 18 angulos *RL* ‖ 20 aquas] etiam *add. R*, et *add. vulgo* ‖ conspicies *L* ‖ 23 *ad v.* 58 Liber pampineas: exsiccatae sunt uites nimio aestu et folia amiserunt. Inuidit collibus umbras: ut ... feminino *R.* LIBER PAMPINEAS sciendum uirgilium ... sed uarronem frequentius feminino genere. INVIDIT C. V. ut tene ... ut inuidet imperium *L* ‖ inquid *PHR* ‖ 26 uergilium *A* ‖ cum genere *Servii esse videntur. cf. ad Aen.* V 380 ‖ 29 in pluuia *L* ‖ solvitur] Laeto: abundanti.

61. *POPVLVS ALCIDAE GRATISSIMA quia ea velatus ab inferis rediit: quam Homerus ἀχερωΐδα dicit, ab Acheronte ad superos translatam: qua corona usus, duplici colore foliorum geminos labores* (*superorum*) *inferorumque testatus est. de hac sane arbore fabula talis est: Leuce, Oceani filia, inter nymphas pulcherrima fuit. hanc Pluton adamavit et ad inferos rapuit. quae postquam apud eum completo vitae suae tempore mortua est, Pluton tam in amoris, quam in memoriae solacium in Elysiis piorum campis leucen nasci arborem iussit, ex qua, sicut dictum est, Hercules se, revertens ab inferis, coronavit.*

62. *FORMOSAE MYRTVS VENERI myrtum ideo dicatam Veneri volunt, quia cum a mari exisset, latuit in myrto, ne nuda conspiceretur: vel quia fragilis est, ut amor inconstans: vel quia iucundi odoris, ut* ⟨II 55⟩ *sic positae quoniam suaves miscetis odores.*

64. *In Hebri 'nec myrtus vincet Veneris nec laurea Phoebi'. et ita adserit: 'illas dum Phyllis amabit' non tam necessarium fuit dicere 'corylos': perinde enim est, ac si dixisset 'Phyllis amat corylos, corylos dum Phyllis amabit'.*

65. *FRAXINVS IN SILVIS PVLCHERRIMA bene singulis loca sua consignavit. 'fraxinus in silvis' et post 'populus in fluviis', ut est nunc, in Vari et in Hebri: prius 'populus in fluviis', dein 'fraxinus in silvis'.*

68. FRAXINVS IN SILVIS CEDAT TIBI P. I. H. non sic erunt pulchrae arbores in suis locis, hoc est sibi aptis, creatae, sicut tu, si ad me frequenter venire curaveris.

---

2 Homerus] Il. XIII 389

Populus alcide g.: alcides herculis patronomicum a matre. populus autem ideo herculi gratissima dicitur, quia ea coronatus ad inferos descendit. Iaccho: libero patri, qui et bacchus. Formosae myrtus u.: subaudis 'gratissima est'. Sua laurea: pro lauro. Phoebo: apollini. Phyllis: amica utrique communis. Nec myrtus uincet corillos: praefert amorem concubinae. Saepius reuisas: si ad me frequenter uenias *add. R* ‖ 1 *scholia ad v.* 61—69 *hoc ordine habet L*: FORMOSA (*sic*) MYRTVS VENERI myrtum...miscetis odores. FRAXINVS I. S. P. bene ...consignauit. FRAXINVS I. S. C. T. P. I. H. non sic erunt...uenire curaueris. HAEC MEMINI et memini...numeros memini. FRAXINVS I. S. et post populus in fluuiis...fraxinus in silvis. in hebri nec myrtus...corylos dum phyllis amabit. POPVLVS A. G. quia ea uelatus...coronauit ‖ redit *L*, rediit *Daniel* ‖ 2 acheroida *L* ‖ translatam *ego*: translata *L* ‖ 3 filiorum *L*, *corr. l* ‖ superorum *add. Daniel* ‖ 4 inferorum q̄ (*i. e.* '*quae*') *L* ‖ 7 platon, *ut videtur, L* ‖ memoriae *Daniel*: memoris *L* ‖ solatium *L*. *ceterum* tam in amoris solacium, quam in memoriam *malim* ‖ 8 iusit *L* ‖ 11 *an* in myrteto? ‖ 12 iocundi *L* ‖ 14 in Hebri *e. q. s.*] *in Hebrii* (*cf. Ribbeckii proleg. p.* 175 *sqq.*) *exemplari* Veneris *fuit pro* corylos. *fuerunt etiam qui in v.*63 corylos *pro* illas *legerent: quod Hebrius necessarium esse negavit.* ‖ 15 pyllis *L*, *corr. l* ‖ 16 coryllos *L* ‖ dixisset *Daniel*: dixissem *L* ‖ 19 fraxinus in silvis *e. q. s.*] *in Varii et Hebrii exemplaribus* fraxinus in silvis *v.* 65, populus in fluuiis *v.* 66 *fuit: qui ordo ipsius interpretis temporibus probabatur, cum antea inversus placuisset*

69. HAEC MEMINI et 'memini illam rem' dicimus et 'memini illius rei', ut nec veterum memini laetorve malorum, item ⟨IX 45⟩ numeros memini.

70. EX ILLO CORYDON, CORYDON EST TEMPORE NOBIS victor, nobilis supra omnes: quam rem quasi rusticus implere non potuit.

ECLOGA OCTAVA.

1. PASTORVM MVSAM apud Theocritum est una ecloga, quae appellatur φαρμακεύτρια, in qua inducitur mulier quaedam sacris quibusdam pervertens mentem amatoris, a quo spernebatur: quam Vergilius transtulit ad huius eclogae ultimam partem. prima enim eius pars conquestionem solam habet amatoris decepti, quem nubendo alteri antiqua sponsa fefellit. 'musam' *ergo* cantilenam amorum, quos inter se cecinerunt.

2. INMEMOR HERBARVM Q. E. M. I. qui cantilenae suavitate coegerunt etiam ea animalia oblivisci pascuorum, quae sunt pascendi avidissima: nam supra ait ⟨VII 44⟩ ite domum pasti, siquis pudor, ite iuvenci.

3. STVPEFACTAE CARMINE LYNCES *animalia, tamquam pantherae, in tutela Liberi. et* paulatim ad augmenta procedit, dicens: iuvencae oblitae sunt pascuorum, stupuerunt ferae, flumina etiam sensu carentia cursus proprios retardarunt.

4. REQVIERVNT FLVMINA CVRSVS cursus proprios retardarunt, quietos esse fecerunt: sic Sallustius paululum requietis *militibus.* quiesco enim *duplicem habet significationem et aliter dico 'quiesco* ego'; aliter 'quiesco servum', id est quiescere facio: *Calvus in Io sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus.*

5. *DAMONIS MVSAM bene repetit, ne longum hyperbaton sensum confunderet, ut in georgicis* ⟨II 7⟩ *repetit huc pater o Lenaee.*

---

2 nec veterum] A. XI 280 ‖ 22 Sallustius] hist. inc. 41 Dietsch. 7 Kritz. ‖ 24 Calvus in Io] fragm. 17 ap. Lachmannum Catull. p. 86

---

4 subaudi uictor *R* ‖ 5 EGLOGA VIII *A* DAMONIS ET ALPHESIBOEI CERTATIO EGLOGA VIII. *B* VIII. EGLOGA SERVII IN VIRGILIO INCIPIT *P* EXPLICIT EGLOGA SEPTIMA INCIPIT VIII DAMONIS ET ALPHESIBEI CONTENTIO *R* VIII EGLOGA DABC *H* DAMONIS ET ALPHESIBOEI CERTAMEN *L*

7 farmaceutria *Serviani libri* farmaceutria magna *L* ‖ 10 decepti *L*: dicendi *ABPH* ducendi *R* ‖ 11 fefellerat *L* ‖ 12 inter sese *PRHl* ‖ 17 CARMINA *A* ‖ 20 retardauerunt *L* ‖ 21 *schol. ad v. 4 om. R* ‖ REQVIERVNT...retardarunt et *om. P,* cursus...retardarunt *om. L, add. l* ‖ 22 effecerunt *L* (esse fecerunt *l*) ‖ 23 duplicem...quiesco *Servii esse videntur* ‖ 24 iunio *L* ‖ 25 miminit *L* ‖ 26 yperbaton *L* ‖ 27 leneae *L*

6. TV MIHI SEV MAGNI S. I. S. T. ubi ubi es, o Auguste, sive Venetiae fluenta transcendis — nam Timavus fluvius est Venetiae *vel Histriae* —, sive per Illyricum navigas mare, id est per Dalmatiam, putas, umquam erit tempus, quo mihi liceat tua facta describere? ('en erit') putas, erit.

9. EN ERIT ecce, iam aderit. nam 'en' unum optantis est, *ut 'en erit ille dies'*, aliud confirmantis, *ut 'en erit ut liceat'*.

10. SOLA SOPHOCLEO TVA C. D. C. ac si diceret: quamquam inpar sit ingenium meum laudibus tuis; nam tuae laudes merentur exprimi Sophocleo tantum cothurno. Sophocles autem tragoediographus fuit altisonus. *alii ideo hoc de Pollione dictum volunt, quod et ipse utriusque linguae tragoediarum scriptor fuit. cothurnus autem calciamentum tragicum, cuius usum quidam Sophoclem primum scaenae intulisse volunt.*

11. A TE PRINCIPIVM TIBI D. Horatius prima dicte mihi, summa dicende camena. IVSSIS CARMINA C. T. supra enim dixerat ⟨VI 9⟩ non iniussa cano.

12. ATQVE HANC SINE TEMPORA C. I. V. H. T. S. L. allegoricos dicit: debet etiam carmen meum florere inter tuos plures triumphos. nam victores imperatores lauro, hedera coronantur poetae. verecunde autem ait 'serpere', hoc est humiliter procedere. *alii ideo lauri et hederae simul factam mentionem accipiunt, quoniam Apollo, carminum deus, idem Liber pater putatur. quidam, sicut dictum est, in Pollionem dictum tradunt, qui tunc Illyricum petebat, expugnaturus Salonas et inde ad orientem ad Antonium profecturus. lauro autem triumphantes coronantur, hedera poetae: Pollio et imperator est et poeta. cur tamen triumphantes lauro coronentur, haec ratio est, quoniam apud*

---

15 Horatius] epist. I 1, 1 ‖ 27 cur tamen triumphantes e. q. s.] cf. Isid. or. XVII 7, 2 et 9, 23

---

1 sive] si *BRL* ‖ 2 fluenta] flumen *RL* ‖ 3 Histriae] SIVE ORAM ... ILLE DIES hoc est *add. L* ‖ id est ... describere] En erit: putas erit umquam ille dies, ut liceat mihi tua facta scribere *R* ‖ 4 quo ... confirmantis *om. B* ‖ quo *L*: quod *APH* ‖ 5 'en erit' *e Reginensi addidi* ‖ 6 EN ERIT *om. libri praeter Reginensem* ‖ iam *om. R* ‖ 'en' unum] primum 'en' *R* ‖ 'en'] erit *H, om. L* (*add. l*) ‖ 7 aliud] secundum *R* ‖ 12 traguediarum *L* ‖ 13 caltiamentum traicum *L* ‖ sophoclen *L* ‖ scenae *L* ‖ 15 *ad v.* 11 A te principium: subaudi 'mei carminis'. Tibi desinet: id est in te et in tuis laudibus ipsum carmen finietur. horatius ... camena. haec autem cuncta et quae secuntur usque ad introductam cantilenam pastorum ad augustum dicuntur. Iussis carmina coepta tuis: sic supra 'non iniussa cano'. *R* ‖ TIBI DESINET *BL* ‖ sic et Homerus (*Il.* IX 97) *ἐν σοὶ μὲν λήξω σέο δ' ἄρξομαι add. Stephanus* ‖ 18 TEMPVS *A* TEMPORE *l* ‖ 19 plurimos *R* ‖ 20 edera *libri* ‖ coronabantur *BR* ‖ 22 edere *L* ‖ 23 putantur *L* ‖ 24 trahunt *Daniel, fortasse recte* ‖ petebat *ex* patebat *L* ‖ expugnaturos *L, corr. l* ‖ 25 orientem *l*: orantem *L* ‖ ad] adversus *Masvicius* ‖ 26 trifantes *L, corr. P. Daniel* ‖ heden *L* ‖ 27 quom iam *L*

veteres a laude habuit nomen, nam laudum dicebant: vel (*quod*) *hanc in manu habuit Iuppiter, quando titanas vicit: vel quod ea arbore praefracta milites, Fidenatibus victis, se coronassent sub Romulo: vel quod semper vireat. hedera autem ideo coronantur poetae, quoniam poetas saepe vino plurimo manifestum est uti, sicut et de Ennio ait Horatius et lyrici omnes in suis carminibus loquuntur, et haec herba nimium frigida est et vini calorem temperat: nam ideo et capiti imponitur. Varro ait, Liberum patrem propter calorem vini hedera coronatum. idem Varro etiam musas ait hedera coronari.*

14. FRIGIDA VIX CAELO N. D. V. simul atque decesserat. et bene ostendit amatorem tota nocte vigilasse, siquidem ortum luciferum primus aspexit et ad eum, quippe ad Veneris stellam, locutus est. *περιφραστικῶς autem 'noctis umbra' pro tenebris posita.*

15. CVM ROS GRATISSIMVS masculini est generis, secundum quod *etiam* in Aeneide ait ⟨XII 339⟩ spargit rapida ungula rores sanguineos.

16. *INCVMBENS propter amorem non se sustinens.* TERETI 'teres' est rotundum et oblongum, ut columna, arbor. *alii 'tereti olivae' baculum de oliva accipiunt.*

17. *NASCERE quia dixerat 'frigida vix caelo noctis decesserat umbra', id est priusquam nox occidit.* PRAEQVE DIEM VENIENS A. L. A. *ordo est 'nascere, lucifer,* praevenienς*que* age diem clarissimum': sic alibi ducebatque diem. et hoc dicit: nascere, dum queror coniugis Nisae indigno amore deceptus et moriens alloquor divos, quamquam nihil mihi profuerit, quod sum eos saepe testatus: quam rem secundum Epicureos ait, qui dicunt nec bene promeritis capitur nec tangitur ira.

18. CONIVGIS non quae erat, sed quae fore sperabatur: sic in quarto Aeneidis ⟨536⟩ quos ego sim totiens iam dedignata maritos. *alii 'indigno deceptus amore' antique dictum accipiunt, 'indigno' pro magno. et 'deceptus' pro 'captus'. 'amore' aut in amore aut ab amore.*

---

6 Horatius] epist. I 19, 7 ‖ 17 teres...arbor] cf. Isid. or. XV 2, 19 'teres enim aliquid rotundum est cum proceritate, ut columna' ‖ 23 alibi] A. II 802 ‖ 26 nec bene] Lucret. II 651

---

1 nam *Daniel*: non *L* ‖ quod *inseruit Masvicius* ‖ 2 iupiter *L* ‖ 3 praefracta milites *scripsi*: prefactam milite *L* praefecti militum *Daniel* ‖ 6 lirici *L* ‖ locuntur *L* ‖ 10 statim simul *Stephanus* ‖ 12 quippe ut ad *Stephanus* ‖ ad] in *l* ‖ locatus *L* ‖ 13 perifrasticos *L* ‖ nox aut umbra *L* ‖ 18 lungum *L, corr. l* ‖ 22 age d. c.] diem almum age *L* ‖ clarissimum...diem *om. A* ‖ 23 sic...diem *om. L, in marg. add. λ* ‖ 29 quod *L* ‖ 31 magno] ut 'indignas hiemes': vel impari, quia plus amabat et minus amabatur *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ in amore *l*: mamore *L* ‖ 32 ab amorem *L* ob amorem *Daniel*

19. *ET DIVOS QVAMQVAM NIL TESTIBVS ILLIS PROFECI sic hoc dicit, tamquam iusiurandum inter eum et Nisam intercesserit.*

20. EXTREMA MORIENS T. A. H. id est paulo post moriturus: sic in quarto ⟨650⟩ incubuitque toro dixitque novissima verba.

21. INCIPE MAENALIOS M. M. T. V. Arcadicos: nam Maenalus mons est Arcadiae. dicitur autem hic versus intercalaris, qui frequenter post aliquantulos interponitur versus, sicut intercalares dies et mensis vocantur, qui interponuntur, ut ratio lunae solisque conveniat. fecit autem hunc versum ad imitationem Theocriti, qui frequenter dicit in pharmaceutria 'o turbo maritum meum domum adducito', sicut hic in sequentibus 'ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin'.

22. ARGVTVMQVE NEMVS garrulum, stridulum, ut ⟨VII 1⟩ forte sub arguta consederat ilice Daphnis. PINOSQVE LOQVENTES ideo hoc ausus est dicere, quia dicturus est 'semper pastorum ille audit amores'. sic etiam in prima ecloga ⟨5⟩ formosam resonare doces Amaryllida silvas, sic *et* in Aeneide ⟨XI 458⟩ dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni. *'amores' vero cantica de amoribus.*

24. *PANAQVE QVI PRIMVS C. N. P. I. Pan Arcadiae deus est, ut* ⟨X 26⟩ *Pan deus Arcadiae venit, qui fistula canere primus invenit, quia calamos in usum cantilenae adducens inertes esse non passus est, id est otiosos, sine arte. et 'non passus inertes' deest 'esse'.*

26. MOPSO NISA DATVR honesta turpissimo, pulchra deformi. *QVID NON SPEREMVS A. 'speremus' pro 'timeamus', ut hunc ego si potui tantum sperare dolorem: vel quid non speremus perversi accidere, cum hoc mihi acciderit.*

---

8 intercalares dies...conveniat] exscr. Isid. or. VI 17,28 ‖ 23 inertes otiosos, sine arte] cf. Isid. or. X 141 et diff. verb. 296 ‖ 26 hunc] A. IV 419

---

2 eum *scripsi*: eam˙ *L* ‖ nysam *L* ‖ 7 interkalaris *et infra* interkalares *B* ‖ 8 aliquantulum *B* aliquos *R* ‖ intercalaris *L*, intercalares *l* ‖ dies et mensis *L*: dies ut mensis *AB* dies mensis *PRHl* dies aut *vel* et menses *vulgo* ‖ 9 uocatur *A* uocetur *B* ‖ interponitur *B* ‖ solis lunaeque *L* ‖ 11 in pharmaceutria] *Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα add. Stephanus* ‖ o turbo... adducito] o iynx trahe tu illum meum ad domum virum *Masvicius* ‖ 13 Daphnin] Mea tibia: mea musa. Maenalus: ille mons *add. R, ed. Steph.* ‖ 15 considerat *APHL* (*corr. a*) ‖ 19 loquatia *ex* loquentia *L* ‖ regni *A* cigni *BPHRa* ‖ amores...amoribus *non edidit Daniel* ‖ 21 *ad v.* 24 Qui primus calamos n. p. i.: id est non est passus sine arte subaudi 'esse' uel 'permanere' *R* ‖ archadiae *et hic et infra L* ‖ 23 calam̃ *L* ‖ cantilaenae *L* ‖ 24 otiosos *ex* otiosus *L* ‖ 25 honesta datur pessimo *B* ‖ deformi] Quid non speremus amantes: quid iam non speremus difficile esse putetur qui aliquid amamus, ut ea quae amamus assequi possimus *add. R.* Non speremus: difficile esse putamus qui... possimus *edidit Stephanus*

27. IVNGENTVR IAM GRYPES EQVIS *utrum idem iugum subibunt, ut dicuntur iungi iumenta, an coitu iungentur? grypes autem* genus ferarum in hyperboreis nascitur montibus. omni parte leones sunt, alis et facie aquilis similes, equis vehementer infestae, Apollini consecratae: *ideo 'iungentur iam grypes equis'.* AEVOQVE SEQVENTI id est accessu temporis non solum pulchrae deformibus nubent, sed etiam contrariae naturae animalia iungentur. *notandum sane 'aevum' hic pro tempore, ut ipse alibi* ***tantum aevi longinqua valet mutare vetustas****, Sallustius* ***in quis longissimo aevo plura de bonis falsa in deterius composuit.*** *alias 'aevum' pro annis, ut* ***vos o quibus integer aevi sanguis.***

28. CVM CANIBVS TIMIDI V. A. P. D. adludit ad personas: nam illum quasi canem vult, illam quasi dammam. et dammas masculino genere posuit: sic alibi timidi dammae cervique fugaces: Horatius feminino ait et superiecto pavidae natarunt aequore dammae. *et hic, ne homoeoteleuton faceret dicendo 'timidae dammae'.*

29. MOPSE NOVAS INCIDE FACES quae solent praeire nubentes puellas. *corneae sane faces, quae quasi diutissime luceant: quas rapiunt tamquam vitae praesidia; namque his qui sunt potiti diutius feruntur vixisse.* sane Varro in aetiis dicit *sponsas* ideo faces praeire, quod antea non nisi per noctem nubentes ducebantur a sponsis. quas etiam ideo limen ait non tangere, ne a sacrilegio inchoarent, si depositurae virginitatem calcent rem Vestae, id est numini castissimo, consecratam. idem Varro spargendarum nucum hanc dicit esse rationem, ut Iovis omine matrimonium celebretur, ut nupta matrona sit, sicut Iuno: nam nuces in tutela sunt Iovis, unde et iuglandes vocantur, quasi Iovis glandes. nam illud vulgare est, ideo spargi nuces, ut rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellae

---

2 grypes genus ferarum ... infestae] exscr. Isid. or. XII 2, 17 ‖ 7 aevum hic pro tempore] cf. Isid. diff. verb. 67 ‖ 8 tantum] A. III 415 ‖ 9 Sallustius] hist. inc. 78 Dietsch. 44 Kritz. ‖ 10 vos o] A. II 638 ‖ 14 alibi] georg. III 539 ‖ 15 Horatius] carm. I 2, 11

---

2 hoc genus ferarum *Serviani libri* ‖ 4 infestae *B*: infessae *A* infesti *L* infensae *PRHa* ‖ apollinis consecrati *L* ‖ 5 ideo ... equis *non edidit Daniel* ‖ iugentur *et* gripes *L* ‖ 6 temporum *L* ‖ 7 contrariae naturae *RHl*: contraria naturae *ABP* contra naturam et *L* ‖ 12 nam mopsum quasi canem nisam quasi dammam uult *R* ‖ 14 ut alibi *L* ‖ 16 hic *Masvicius*: hoc *L* ‖ dicendo *ego*: dicendum *L* ‖ timidi dammae *Daniel* ‖ 18 diutissimae *L*, *corr. Commelinus. cf. Neue Formenl.* II *p.* 118 ‖ 19 his qui sunt potiti *Scaliger ad Fest. p.* 289: hii que sunt petiti *L* his qui sunt petiti *Commelinus* iis quae sunt petitae *Heinsius* his quae sunt potitae *Vossius* ‖ 20 sane *om. BL* ‖ in aetiis *A*: in oetiis *PRHλ* in nuptiis *Stephanus.* in aetiis *om. B,* in aetiis dicit *om. L* (*add. λ*) ‖ ideo *om. L* ‖ 21 per noctem] nocte *L* ‖ 22 etiam *om. L* (*add. λ*) ‖ limen *ex* lumen *L* ‖ 25 patrimonium *ABH* ‖ 27 ioglandes *B* iugulandes *P* uigulandes *H* ‖ dicuntur *BL*

vox virginitatem deponentis possit audiri. modo tamen ideo ait 'sparge marite nuces', ut eum culparet infamiae: nam meritorii pueri, id est catamiti, quibus licenter utebantur antiqui, recedentes a turpi servitio nuces spargebant, id est ludum pueritiae, ut significarent se puerilia cuncta iam spernere. unde et illud dictum est 'tibi ducitur uxor', id est sub tuo nomine aliis ducitur, ut eam non ipsi, sed aliis serviturам esse significet, scilicet eius corruptoribus. *dicitur etiam ideo a novo marito nuces spargi debere, quod proiectae in terram tripudium solistimum faciant, quod auspicium ad rem ordiendam optimum est: vel ideo a pueris aspergendas nuces cum strepitu et convicio flagitari, ne quid nova nupta audiat adversum, quo dies nuptiarum dirimatur. quidam putant, quod haec esca ad incitandam Venerem faciat. sane fabula de nucis origine talis est: Dion rex Laconicae fuit, qui habuit uxorem Amphitheam, Pronactis filiam: quae cum Apollinem summo cultu et reverentia hospitio recepisset, ille remunerari volens circa se hospitium cultum, tribus filiabus eorum, quae Orphe, Lyco et Caroea appellatae sunt, divinationem concessit, adiecto, ne proditrices numinum esse vellent neve quaererent quod esset nefas scire. post Liber pater adveniens a Dione vel eius uxore receptus hospitio est, qui cum amata a se Caroea coitum miscuit. sed cum inde aegre Liber profectus esset, cogente amoris inpatientia denuo ad hospites redit, causam praetendens dedicandi fani, quod ei rex voverat. sed Lyco et Orphe, intellecto circa sororem Caroeam Liberi amore, eam custodire coeperunt, ne cum Libero ei esset copia coeundi. quas cum Liber pater moneret terreretque, ut saltem praecepta Apollinis custodientes pertinacem diligentiam compescerent, videretque ab his et sororem acrius custodiri et suum secretum studiosius inquiri, Orphen et Lyco immisso furore ad Taygetum montem raptas in saxa convertit, Caroeam vero, quam amaverat, in eodem monte in arborem sui nominis vertit, quae latine nux dicitur: quod postea Diana ita factum Laconas docuit. unde templum Caryatidi Dianae a Laconibus consecratum est.*

30 quod postea ... consecratum est] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 225

1 ait] dicit *BL* ‖ 3 katamiti *B* ‖ 4 ludo *AH* laudum *B* ‖ 9 auspitium *L* ‖ ad rem ordiendam *Masvicius*: ad reformandam *L*, *sed ut alterum* a *ex* u *videatur factum esse* ‖ 11 quo *ex* quod *L* ‖ 12 nuptarum *L* ‖ ad incitanda in uenerem *L*, *corr. Daniel* ‖ 14 Amphitheam *ego*: inphitheam *L* Iphiteam *Masvicius* ‖ Pronactis *ego*: prognai *L*, *sed* gnai *in ras. l.* *cf. Apollod.* I 9, 13 ‖ 15 hospicio *L* ‖ renumerari *L* ‖ 16 hospitum *Daniel* ‖ 17 Carya *Masvicius* ‖ apellatae *L* ‖ 19 hospicio *L* ‖ 20 caroa *L* ‖ 21 inpatiencia *L* ‖ 22 fani *Commelinus*: sane *L* ‖ 23 lico et orfe *L* ‖ Caroeam *ego*: caro ean *L*, *sed* n *a rec. manu videtur additum* ‖ amorem *L* ‖ 24 ceperunt *L* ‖ 25 saltim *ex* saltem *L* ‖ 27 orfen *L* ‖ 28 ad *l*: a *L* ‖ taygetam *L* ‖ raptas *ex* raptos *L* ‖ 31 Caryatidi *Dukerus*:

30. TIBI DESERIT H. OETAM *Octa mons Thessaliae, in quo Hercules exustus est volens, postquam se exuere non potuit tunica, Nessi centauri cruore tincta, et post in caelum receptus est. de hoc monte* stellae videntur occidere, sicut de Ida nasci, ut i a m q u e i u g i s s u m m a e s u r g e b a t l u c i f e r I d a e. et hoc dicit: 'tibi', id est propter te, nox advenit. *in eodem monte Hesperus coli dicitur, qui Hymenaeum, speciosum puerum, amasse dicitur: qui Hymenaeus fertur in nuptiis Ariadnes et Liberi patris vocem perdidisse cantando: ex cuius nomine nuptiae dictae sunt.*

32. O DIGNO CONIVNCTA VIRO iam insultat puellae. *ergo sic pronuntiandum, ut habeat contemptum.* *DVM DESPICIS OMNES quoniam ipse despicitur, putat omnes despici.*

34. *HIRSVTVMQVE SVPERCILIVM P. B. utrum natura, an quod tibi ita videtur?* DEMISSAQVE BARBA per incultum corporis ostendit fortitudinem suam.

35. NEC CVRARE DEVM C. M. Q. superbia tua damnata est turpi marito, dum credis nullum deorum curare mortalia: quam rem secundum stoicos dixit. *'mortalia' vero* *

37. ROSCIDA MALA matutini roris umore perfusa. *sane unde melus graece traxerit nomen, fabula talis est: Melus quidam, in Delo insula ortus, relicta patria fugit ad insulam Cyprum, in qua eo tempore Cinyras regnabat, habens filium Adonem. hic Melum sociatum Adoni filio iussit esse, cumque eum videret esse indolis bonae, propinquam suam, dicatam et ipsam Veneri, quae Pelia dicebatur, Melo coniunxit. ex quibus nascitur Melus, quem Venus propterea quod Adonis amore teneretur, tamquam amati filium inter aras praecepit nutriri.*

---

4 iamque] A. II 801

---

*carus atidi *L.* *possis et* Caroeatidi ‖ 1 Oeta...de hoc monte] montem thessaliae (*om. A*) quo (in quo *R*) *Serviani libri* ‖ oetam *L* ‖ tesaliae *L* ‖ 3 tentauri *L, corr. l* ‖ tinta *L* ‖ 5 id est propter te nox *om. L,* hesperus deserit tibi id est...nox *add. λ* ‖ 7 hymeneum *et infra* hymeneus *L* ‖ 10 DIGNA *ABH* ‖ puellae] Viro: mopso scilicet rustico et deformi, qualem tu quaesisti. Dum despicis omnes: et iracunde dicit, eam omnes despicere, cum se solum despiciat. Mea fistula: cantilena. Dumque capellae: subaudi 'tibi sunt odio' *add. R, ed. Steph.* ‖ 11 pronunciandum *L* ‖ 12 descipitur *L* ‖ dispici *L* ‖ 13 HYRSVTVMQVE *L* ‖ 14 DEMISSAQVE BARBA *P*: PROMISSAQVE BARBA *L* demissa barba *AB* uel promissa dimissa barba *H* HIRSVTVMQVE SVPERCILIVM *R* ‖ 15 suam] Promissaque barba: demissa prolixa *add. R.* Prolixaque barba: demissa barba *add. Stephanus et Fabricius* ‖ 16 *fortasse* damnata es, *i. e. superbia tua effecisti, ut poenae causa turpi marito destinata sis* ‖ 17 mortalia] ostendit *add. L* ‖ 18 istoicus *L* ‖ *fortasse* 'mortalia' vero τὰ ἀνθρώπινα. *cf. schol. Dan. ad Aen.* I 462 ‖ 19 matutini roris] maturiori *B* ‖ humore *Serviani libri* ‖ 20 melus *ex* melius *L* ‖ melus *ex* medus *L* ‖ in Delo] *an* in Melo *et p.* 99, 8 ad Melum? *nam Melos civitas in Melo insula fuit* ‖ 21 patia (r *supra*) *L* ‖ 22 cyniras *L* ‖ hic *in ras. l* ‖ malum *L*, melum *l* ‖ 25 malus *L, sed* a *in ras. l, ut videtur*

sed postquam Adonis apri ictu extinctus est, senex Melus cum dolorem mortis Adonis ferre non posset, laqueo se ad arborem suspendens vitam finit: ex cuius nomine melus appellata est. Pelia autem coniux eius in ea arbore se adpendens necata est. Venus misericordia eorum mortis ducta, Adoni luctum continuum praestitit, Melum in pomum sui nominis vertit, Peliam coniugem eius in columbam mutavit, Melum autem puerum, qui de Cinyrae genere solus supererat, cum adultum vidisset, collecta manu redire ad Delum praecepit. qui cum ad insulam pervenisset et rerum ibi esset potitus, Melon condidit civitatem: et cum primus oves tonderi et vestem de lanis fieri instituisset, meruit ut eius nomine oves μῆλα vocarentur; graece enim oves μῆλα appellantur.

38. DVX EGO VESTER ERAM aut dux *vos* praeibam: aut capellas alloquitur. *CVM MATRE LEGENTEM deest pronomen, et ideo vel huius vel puellae matrem intellegere possumus.*

39. ALTER AB VNDECIMO T. M. I. A. A. id est tertius decimus: 'alter' enim de duobus dicimus. et vult significare iam se vicinum fuisse pubertati, quod de duodecimo anno procedere non potest.

40. IAM FRAGILES P. A. T. C. R. bene cum annis iungit habitum corporis: nam et in iure pubertas ex utroque colligitur.

41. VT VIDI VT PERII unum *'ut'* est temporis, aliud quantitatis; nam hoc dicit: mox vidi, quemadmodum perii: *vel primum 'ut' postquam, duo sequentia pro admirandi significatione posita sunt.* MALVS ERROR definitio amoris.

43. NVNC SCIO QVID SIT AMOR vel quasi iam iuvenis, vel quasi spretus: gravior enim amor fit ex desperatione: Terentius perii! quanto minus spei est, tanto magis amo.

---

18 bene ... colligitur] cf. Isid. or. XI 2, 13 ‖ 22 ut postquam] cf. comm. Luc. III 474 ‖ 25 Terentius] Eun. V 8, 23

---

3 appellat est *L, correxi.* appellatus est *Daniel* ‖ 6 malum *L* ‖ 7 superat *L*, supererat *l* ‖ 10 et *in ras. l* ‖ 11 μῆλα] male *L*, mele *l* ‖ mela appellantur *L* ‖ 12 dux *om. L, add. λ* ‖ peribam *L* ‖ 15 I. A.] S. I. *A* ‖ id est ... procedere non potest] id est tertius decimus. et uult se significare iam tunc uicinum fuisse pubertati. alter enim de duobus dicimus ut unus sit ab undecimo anno procedere non potest *R.* alter ... dicimus *om. L, add. λ* ‖ 16 uult se significare *ABPH* ‖ se *post* iam *om. AP, hab. BH* ‖ 17 pubertati] ut unus ab undecimo sit duodecimus, alter tertiusdecimus. nam pubertati vicinum se fuisse significare vult *add. Stephanus.* ut unus ... tertius decimus *post* dicimus *collocavit Masvicius* ‖ 19 in *om. AL* ‖ colligitur] Fragiles: necdum magnos et altos. et hoc dicit: tantae altitudinis eram, iam ut possim (possem *Steph.*) attingere minores et fragiles adhuc arborum (arboris *Steph.*) ramos *add. R.* necdum... ramos *post lemma collocavit*, et bene *pro* bene *scripsit Stephanus* ‖ 20 PERII] Theocriti est ὡς ἴδον ὡς ἐμάνην *add. Fabricius* (III 42 ὡς ἴδεν ὡς ἐμάνη) ‖ unum] u unum *H* ‖ alterum *L* ‖ quantitatis *libri*: qualitatis *vulgo, sed magnitudo amoris 'ut perii' verbis ostenditur* ‖ 21 mox ut vidi *a* ‖ quemadmodum] vel qualiter *add. Daniel* ‖ 22 posquam *L, corr. l* ‖ 23 amoris] nam amor errare plerumque compellit *add. R, ed. Steph.* ‖ 25 ex despectione vel ex desperatione

44. AVT TMAROS AVT RHODOPE montes sunt Thraciae asperrimi, *Tmaros in Epiro, Rhodope in Thracia.* et perite vituperat ab origine, item a gestis, ut 'saevus Amor docuit': nam de exitu circa deum vituperatio non cadit. EXTREMI GARAMANTES populi Africae. 'extremi' autem saevi, quasi a consortio humanitatis remoti, ut extremique hominum Morini Rhenusque bicornis.

45. NEC GENERIS NOSTRI PVERVM NEC S. E. id est nihil habentem in se humanitatis: nam non dicit non mortalem. *EDVNT pariunt, ut in septimo* ⟨660⟩ *sub luminis edidit oras.*

47. SAEVVS AMOR DOCVIT quasi novam artem insinuavit et infudit. et bene fabulam omnibus notam per transitum tetigit: quis enim ignorat Medeam, ab Iasone contemptam, suos filios interemisse? utitur autem optima moderatione: nam nec totum Amori imputat, ne defendat parricidam, nec totum matri, ne Amorem eximat culpa; sed et illam quae paruit, et illum qui coegit, incusat. *alii hoc loco cum Amore matrem Venerem culpari volunt: eam enim crudelem, quia permittat; illum autem inprobum, quia supra modum noceat, ita ut* (*ad*) *parricidia quoque sui violentia plures inpulerit.*

50. IMPROBVS ILLE PVER C. T. Q. M. non est superflua haec verborum iteratio: nam syllogismus est plenus, qui constat ex propositione, assumptione, conclusione. (*ILLE, IMPROBVS ILLE PVER CRVDELIS: TV QVOQVE, MATER*) *multi sic distinguunt, quia et intentio loquentis ab initio sic fuit, ut a saevitia Amoris inciperet, in secundo loco accusaret et matrem, ita tamen, ut criminis eius invidiam crudelitati Amoris adscriberet, et ideo geminandum* (*'ille'*)*: 'ille, inprobus ille puer crudelis'. et distinguendum ita est 'crudelis tu quoque mater. crudelis mater magis, an puer inprobus? et distingue 'ille, inprobus ille puer crudelis' et subiunge 'tu quoque mater'.*

5 extremi autem ... remoti] exscr. Isid. or. IX 2, 125 ‖ 6 extremique] A. VIII 727

vulgo ‖ 1 AVT.MAROS *L* AVT ISMARVS *Serviani libri* ‖ montes sunt maros (ismaros *l*) in ephyro rodope in tracia asperi (asperrimi *l*) *L* ‖ 2 vituperat] amorem *add. R* ‖ 3 a gestis rebus *vulgo* ‖ 8 EDVNT ... oras *post* definitio amoris (*p.* 99, 23) *hab. L* ‖ 9 edit *L* ‖ 10 artem] matrem *L* ‖ insinuavit] inuasit *B* insinuat *RL* (*corr. l*) ‖ 11 infundit *L* (*corr. l*) ‖ et bene] Natorum sanguine m. c. m.: bene *R* ‖ bene *om. L* ‖ tegit *RL* (*corr. l*) ‖ 12 contemtam *HL* ‖ peremisse *L* ‖ interemisse] Commaculare: polluere. Crudelis tu quoque mater: *add. R, recepit Stephanus* ‖ 14 innuit *P, ut videtur,* imputat *p.* ne defendat ... quae paruit *om. P* ‖ 17 permittit *L, correxi* ‖ quia *ego*: qui *L* ‖ 18 ad *add. Daniel* ‖ 22 *lemma addidi* ‖ 23 distingunt *L* ‖ 24 sic] *an* haec? ‖ 25 acusaret *L* ‖ et matrem *l*: ematrem *L* matrem *Daniel* ‖ 26 adcriberet *L* ‖ 'ille' *addidi* ‖ 28 ille ... crudelis *non edidit Daniel. sic verba in codice distincta sunt* ille improbus. ille puer crudelis. ‖ 29 crudelis] et distinguae *add. L* ‖ subiunge *Daniel*: sub-

52. OVIS VLTRO FVGIAT LVPVS optat omnia fieri contra naturam. *AVREA vel speciosa, vel matura et aurei coloris.*

54. PINGVIA ELECTRA id est sucinae gemmae. *MYRICAE genus arbusculae humile, quam tamaricem vulgo dicunt.*

55. VLVLAE aves, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, id est a fletu, nominatae, *quas vulgo ulucos vocant.* SIT TITYRVS ORPHEVS vilissimus rusticus Orpheus putetur in silvis, Arion vero inter delphinas. *hic Arion, Lesbius, citharoedus optimus fuit: qui cum a Periandro, rege Corinthiorum, petisset, ut sibi liceret peragrare alias civitates, permissu eius per multa oppida collectis beneficio cantilenae opibus, Corinthum petere coepit. in cuius necem cum nautae et servuli coniurassent, Apollo eum in somnis monuit, citharoedi habitu accepto canens cithara ut vitaret insidias, auxilium ei non defuturum promittens. in quem cum coniuratorum manus involasset, petit ab eis Arion, ut sibi cithara canere liceret: quod cum ab illis permissum esset, ad eius cantilenam convenere delphines. is ubi somnio fidem factam vidit, in mare se praecipitavit, et exceptus ab uno delphine, ad Taenarum, Laconicae promuntorium, pervectus est ibique ad memoriam casuum suorum in templo Apollinis delphini signum insidentem se cum cithara posuit. exinde Corinthum petiit et universa narravit. in tempore autem hoc*

---

4 quam ... dicunt] cf. Isid. or. XVII 7, 49 ‖ 5 Vlulae ... nominatae] cf. Isid. or. XII 7, 38 ‖ 7 hic Arion Lesbius e. q. s.] cf. Gell. XVI 19; Hygini fab. 194 p. 124 Schm.; astron. XVII p. 57 Bunt.; schol. ad Germ. Arat. p. 165 Breys.

---

iungis *L.* et distinguendum ita est ... tu quoque mater *is qui pleniorem commentarium composuit addidisse videtur, ut ea quae praecedunt explanaret. ceterum qua ratione hi interpretes distinxerint, Ribbeckius adnotat. crit. ad v.* 50 *ostendit: quem secutus sum* ‖ 1 contra naturam] ut scilicet quia illo (illa pulcherrima *Steph.*) turpissimo marito nupsit, quod bene contra naturam uidebantur (videbatur *Steph.*), cum esset ipsa honesta, consequens sit, ut sit (sint *Steph.*) et alia contra naturam, ut fugiat lupus oues, ut ferant quercus aurea mala, et reliqua quae dicit *add. R, ed. Steph., post* et aurei coloris *collocavit Daniel* ‖ 2 colores *L, corr. l* ‖ 3 id est *om. R* ‖ sucineas gemmas *R* sucinae uel sucinas gemmae uel gemmas *H* ‖ Myricae: arbusta uilissima *R, ed. Steph.* ‖ 4 arbusculae] vilissimae *add. Daniel* ‖ tramaricem *L* ‖ 5 Certent et cycnis ululatae (*sic*): id est cum cignis ululae de pulchritudine et formositate cantuque certent. ululae autem sunt aues *e. q. s. R* ‖ ΟΛΟΛΥΖΙΝ *ABPH* ΟΑΟΑΙ.ΤΙΝ *R* ΟΛΟΑΥΖΙΝ *L* ‖ 6 alucos *Vossius* ‖ SIT...in silvis *om. L, add. λ* ‖ 7 inter delpinas arion *L* ‖ hic Arion *e. q. s.*] hic autem Lesbius citharoedus optimus fuit. qui cum Tarento Corinthum cum multis opibus peteret et videret, sibi in mari tendi a nautis insidias, petiit ut cithara paululum caneret. ad cuius sonum cum delphini convenissent, excussit se supra unum et ita imminens vitavit periculum *Serviani libri. exscr. mythogr.* I 95; II 172 ‖ 8 leubius *L* ‖ Periandro *Commelinus*: pyranto *L, ut codd. Hygini et schol. Germ.* ‖ 10 benefitio *L* ‖ 11 cepit *L* ‖ appollo *L* ‖ 12 cytaroedi *L* ‖ ut *supr. vers. l* ‖ 13 defuturum *P. Daniel*: futurum *L* ‖ 14 cyhtara *L* ‖ 15 promissum *Daniel* ‖ 16 delpines *L* ‖ is *l* ‖ 17 delphyne *L* ‖ ad Taenarum *Commelinus*: athenarum *L* ‖ 18 provectus *Daniel* ‖ casum *L, corr. l* ‖ 19 signo *Commelinus*. delphinis tergum i. s. *F. Schoellius* ‖ cytara *L* ‖ 20 corintum *L* ‖ petit *L, corr. Masvicius* ‖ hoc *supr. vers add. l*

etiam navis, in qua navigaverat, cum insidiatoribus supervenit. quos cum rex de Arione requisisset et illi eum mortuum mentirentur, produci Arionem iussit, (ipsos autem cruci) adfigi. sed Apollo tam delphinum quam citharam ob amorem Arionis inter sidera collocavit.

56. DELPHINAS 'nas' ideo brevis est, quia graeca declinatio est, sicut Arcadas accensos monitu. nam omnia graeca nomina, quae nominativo plurali 'es' terminantur, ut 'Arcades' 'delphines' 'naides', accusativum pluralem corripiunt.

58. *OMNIA VEL MEDIVM FIAT MARE 'medium fiat', id est ut nihil sit nisi mare, hoc est diluvium fiat.* VIVITE SILVAE valete: nam non bene optantis est, sed renuntiantis.

59. *PRAECEPS AERII SPECVLA D. M. I. V. D. quidam hoc ideo dictum putant, quod apud Leucaten soliti erant se praecipitare qui aut suos parentes invenire cupiebant, aut amari ab his desiderabant, quos amabant.*

60. EXTREMVM HOC MVNVS M. H. id est moriar in invidiam tuam: nam amare ait 'munus': sic Mezentius et haec tibi porto dona prius: *vel extremum hoc munus meum habeto, quod morior.*

62. *HAEC DAMON deest 'dixit'.*

63. DICITE PIERIDES bene animos erigit auditorum dicendo: superiora utcumque dicta sunt, sequentia non nisi a numinibus poterunt explanari. sane ita debemus accipere, pastores hos referre quod aliquando in Arcadia audierunt: unde et superius ait ⟨21⟩ 'incipe Maenalios mecum mea tibia versus'. NON OMNIA POSSVMVS OMNES sic Cicero unum sustinere vix pauci possunt utrumque nemo.

64. *MOLLI VITTA lanea scilicet.*

---

6 Arcadas] A. X 396 ‖ 17 et haec] A. X 879 ‖ 25 Cicero] pro Murena 22, 46

---

1 qu///os (*duae litterae deletae sunt et* o *ex* u *factum*) ‖ 2 requisisset et illi *ego*: requissis at illi *L* (requissis et *l*) requisisset illi *Daniel* requisisset illique *Masvicius* ‖ 3 ipsos autem cruci *inseruit Masvicius* ‖ delfinum *L* ‖ 4 cyteram *L* cytaram *l* ‖ 6 accentus *ex* accentos *L* ‖ monuit *R* ‖ nam omnia] sane *R* ‖ 7 'es'] in es *B* ‖ 8 naiades *RL* ‖ 9 Omnia uel medium fiat mare: aut omnis terra operiatur fluctibus marinis (maris *Steph.* maximis *Fabricius*), aut eius (*om. Steph.*) medium (aut medium χάος *Fabricius*): optat enim confessionem (confusionem *Steph.*) elementorum *R, ed. Steph.* ‖ 11 non enim *L* ‖ nuntiautis *B* ‖ 12 Praeceps aerii specula de montis in undas deferar: ordo est 'praeceps deferar in undas de specula aerii montis' *R, ed. Steph.* ‖ 13 qui *Commelinus*: quia *L* ‖ 17 nam amaritudine munus *B* ‖ 19 Haec Damon: subaudi 'dixit' uel 'cecinit' *R* ‖ HAEC ... dixit *post* amabant *hab. L* ‖ 21 superiora aut quaecumque dicta sunt sed sequentia *B* ‖ poterint *A* ‖ 22 explicari *L* ‖ ita *om. R* ‖ hos] hic *H* ‖ 23 quod *R*: qui *A* (quae *a*) quid *BPHL* ‖ audierint *L* ‖ 24 versus] id est Arcadicos *add. R, ed. Steph.* ‖ 26 nemo] Effer aquam: hic inducit mulierem sacris quibusdam peruertentem mentem amatoris, a quo spernebatur *add. R, ed. Steph.* ‖ 27 laneas *L*

65. *VERBENASQVE verbenae dicuntur virgulta, quae semper virent, iucundi odoris: alii verbenas virgulta religioni apta: alii proprie olivarum ramos; nam ideo et 'pingues' ait, quamvis hoc et de palma et de lauro dici possit: alii rorem marinum dicunt. omnia tamen haec a viriditate verbenae appellantur.* ADOLE incende. sed *κατ' εὐφημισμὸν* dicitur: nam 'adole' est auge. *PINGVES florentes, virentes.*

66. *CONIVGIS apud Theocritum non coniugis, sed alieni adulescentuli persona subest, sicut supra* ⟨1⟩ *dictum est.* SANOS SENSVS *qui modo sani sunt,* id est non amantes: unde contra amantes insanos vocamus. *MAGICIS SACRIS quibus alienantur animi quadam violentia ab his, qui eorum usum habent.* AVERTERE aut a sanitate: aut 'avertere' ait pro 'advertere', ut sit mutata praepositio: *aut certe 'in me convertere'.*

67. *SENSVS hoc est animum, ex quo sensus nostri sunt cerebri. NIHIL HINC figuratum est 'hinc'. DESVNT qua absunt. NIHIL HIC NISI CARMINA DESVNT tamquam omnibus quae imperaverat paratis, carmina sola deesse dicit; nam hoc sequitur 'ducite ab urbe domum mea carmina'.*

68. *DVCITE pro 'adducite'. DAPHNIN hunc Daphnin pulcherrimum inter pastores et ephebum et ab omnibus amatum feminis, sicut supra* ⟨V 20⟩ *dictum est, multi scriptores adserunt: cuius mentionem Vergilius, peritus antiquitatis, non incassum locis plurimis facit. hunc igitur cum nympha Nomia amaret et ille eam sperneret et Chimaeram potius sequeretur, ab irata nympha amatrice luminibus orbatus est deinde* (*in*) *lapidem versus: nam apud Cephaloeditanum oppidum saxum dicitur esse, quod formam hominis ostendat. alii hunc Daphnin Pimpleam amasse dicunt. quam cum a praedonibus raptam Daphnis per totum orbem quaesisset, invenit in Phrygia apud Lityersem regem*

---

5 Adole incende...auge] cf. Non. p. 58, 22 et 247, 26

---

1 VERVENASQVE *L* ‖ 2 iocundi *L* ‖ ueruenas *L* ‖ 5 uariditate ueruenae apellatur *L* (uerbenae apellantur *l*) ‖ cateufemismon *vel* cata eufemismon *libri* ‖ 6 nam proprie adole *R* ‖ PINGVES...virentes *post* renuntiantis (*p.* 102, 11) *hab. L.* Mascula thura: quae in modum testiculorum sunt *e Bern. schol. add. Daniel* ‖ 7 aduliscentuli *L* ‖ 9 contra] contrario *A* econtra *L* ‖ 10 dicimus *L* ‖ 11 *prius* aut] autem *vulgo* ‖ a sanitate] mutare *add. R, rec. Stephanus* ‖ 12 pro aduertere *ABP*: pro auertere *H* pro conuertere *R* peruertere *L* ‖ praepositio] Experiar: coner, probem, incipiam *add. R, ed. Steph.* ‖ 14 sunt //// cerebri *L. post* sunt *septem vel octo litterae deletae sunt,* cere *in ras. l* ‖ 15 HIC *et* hic *Daniel* ‖ *post* HINC *quattuor litterae radendo deletae sunt in codice* ‖ est *l*: esse, *ut videtur, L* ‖ quia *Daniel. cf. schol. Bern.* 'Desunt: figurate pro 'absunt'. *fortasse* plus quam 'absunt' ‖ 16 quae *Daniel*: qui *L* ‖ 17 sola] magica *add. Commelinus* ‖ 19 DAPHIN *et* daphin *L, corr. l* ‖ 20 inter *Daniel*: in *L* ‖ 22 incasum *L, corr. l* ‖ locis *ex* lucis *L* ‖ 23 eam *ex* eum, *ut videtur, L* ‖ chimeram *L* ‖ 25 in *add. P. Daniel* ‖ Cephalenitanum *Commelinus* ‖ faxum *L* ‖ 26 daphyn *L* daphnyn *l* ‖ 27 Pimpleam *Iahnius Hermes* III *p.* 180: pipleam *L* ‖ 28 invenit *Iah-*

*servientem, qui hac lege in advenas saeviebat, ut cum multas segetes haberet, peregrinos advenientes secum metere faceret victosque iuberet occidi. sed Hercules, miseratus Daphnidis, venit ad regiam et audita condicione certaminis, falcem ad metendum accepit eaque regi *ferali sopito metendi carmine* caput amputavit. ita Daphnin a periculo liberavit et ei Pimpleam, quam alii Thaliam dicunt, reddidit: quibus dotis nomine aulam quoque regiam condonavit.*

69. CARMINA VEL CAELO P. D. L. 'vel' id est etiam, ut vel Priamo miseranda manus. est autem argumentum a maiore ad minus: si haec possunt facere carmina, cur non etiam facilia impleant? quid enim facilius, quam ut Daphnis ex urbe rus redeat, ut civitatem deserat rusticus? *et bene potentiam carminum narrat, quae per ea vel fieri possint, vel facta sint.*

71. FRIGIDVS nocens, ut frigida Saturni sese quo stella receptet. CANTANDO dum ei incantatur. nam gerundi modus ab omni verbo similiter procreatur: unde modo 'cantando' a passivo ait, cum supra ab activo dixerit, ut ⟨III 25⟩ cantando tu illum? tale est illud in Sallustio cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur, id est ut ei imperaretur. *sane veteres 'cantare' de magico carmine dicebant, unde et 'excantare' est magicis carminibus obligare: Plautus in Bacchidibus* ⟨33⟩ *nam tu quidem cuivis excantare cor facile potes.*

73. *TERNA tria.* LICIA CIRCVMDO bene utitur liciis, quae ita stamen implicant, ut haec adulescentis mentem implicare contendit.

75. EFFIGIEM DVCO sic Dido ⟨IV 508⟩ effigiemque toro locat, haud ignara futuri. NVMERO DEVS IMPARE GAVDET

8 vel id est etiam] cf. Non. p. 527, 25 sqq. || vel Priamo] A. XI 259 || 14 frigida] georg. I 336 || 15 nam gerundi modus e. q. s.] cf. Servii comm. in Don. p. 412, 22 || 18 in Sallustio] Iug. 62, 8 || 23 bene ... contendit] cf. Don. ad Ter. Andr. V 4, 8

nius l. l.: inuenissetque *L* || prigia *L* phrigia *l* || 1 uictosquae *L* || 3 regiam *L*: regem *l* || 4 ferali...carmine *huc transposuit Iahnius l. l., post* condonavit *hab. L.* certamine *pro* carmine *coniecerat Dorvillius* || 5 daphen *L* || 6 Thaliam *Iahnius l. l. conl. schol. Theocr.* VIII 1 *et* 93: ithaliam *L* || 9 ad minus] ac si dicat *add. R* || 10 impleantur *BPL* || 11 quid enim *RL*: quod etiam *ABH* quid etiam *P. fort.* quid autem || rus redeat *L*: ad rus redeat *P* redeat ad rus *R* rursus redeat *H*, rus *omittunt AB* || 12 ut] et *H* || 13 per] pro *Daniel* || 14 *scholium ad* FRIGIDVS *adscriptum post* imperaretur *hab. ABPH* || 15 receptat *L* ruebat *R* || gerundivus *vulgo* || 19 tisidium *BP*: tisiduum *AR* tissiduum *L*, *om. H* || ei *om. B* || 21 hacchidibus *L* || quidam *L* || 22 exare *L*, excantare *l* || 23 CIRCVMDO id est tria alba, tria rosea et tria nigra circumdo. et *add. Daniel. cf. schol. Bern.* id est ... nigra *post* TERNA tria *collocavit Masvicius* || 24 adoliscentis *R* adolescentis *H* aduliscentis *L* || contendant *a* || 25 DVCO] amatoris dicit effigiem *add. R, ed. Steph.* || sic Dido] sic de didone *R* ut *L* || 26 futuri] hoc faciunt malefici, hoc est effigiem amatoris circumferunt, unam ex lino, aliam ex luto, tertiam ex cera *e Bern. schol. add. Daniel*

aut quicumque superorum, *iuxta Pythagoreos, qui ternarium numerum perfectum summo deo adsignant, a quo initium et medium et finis est:* aut *re vera* Hecaten dicit, cuius triplex potestas esse perhibetur, unde est tria virginis ora Dianae: *quamvis omnium prope deorum potestas triplici signo ostendatur, ut Iovis trifidum fulmen, Neptuni tridens, Plutonis canis triceps. Apollo idem Sol, idem Liber. et quod omnia ternario numero continentur, ut parcae, furiae; Hercules etiam trinoctio conceptus; musae ter ternae: aut* 'impare' *quemadmodumcumque: nam septem chordae, septem planetae, septem dies nominibus deorum, septem stellae in septemtrione, et multa his similia. et impar numerus inmortalis, quia dividi integer non potest; par numerus mortalis, quia dividi potest: licet Varro dicat Pythagoreos putare, imparem numerum habere finem, parem esse infinitum; ideo medendi causa multarumque rerum impares numeros servari.* 'impare' autem propter metrum ait: nam 'ab hoc impari' dicimus.

78. AMARYLLI haec ancilla eius (est vel praesaga), quam Graeci συμμύστην dicunt. VENERIS DIC VINCVLA NECTO anapaesticus est trimeter hypercatalectus. hoc autem metrum est Cupidini consecratum.

80. *LIMVS VT HIC DVRESCIT se de limo facit, Daphnidem de cera.*

---

4 tria] A. IV 511 ‖ 9 nam septem . . . et multa his similia] cf. Gell. III 10 ‖ 10 et impar . . . quia dividi potest] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 86

---

1 quemcumque *A* ‖ phytagoreos *L* ‖ ternarium *ex* ternasium *L* ‖ 2 perfectum] *fort.* ut perfectum ‖ 4 Dianae] nam ut superius dictum est, superi dii impari numero, inferi pari gaudent *add. R, ed. Steph.* ‖ 5 triphydum *L* ‖ 6 phitonis *L* ‖ 7 et] vel *Daniel* ‖ fueriae *L* ‖ 8 musae ter ternae *Heinsius*: meus aeternae *L* musae ternae *Daniel* ‖ 12 pythagoreos *P. Daniel*: pythagoreo *L* ‖ 14 impares] *expectatur* pares ‖ numero *L* numeros *l* ‖ 15 dicit *PRH* ‖ dicimus] Necte: coniunge. Tribus nodis: alligationibus. Amarylli: uocatiuus graecus. haec Amaryllis . . . consecratum. ut ita implicetur mens amatoris sicut implicantur et conectuntur illi colores inuicem *add. R, edidit Stephanus ita, ut* ut ita implicetur . . . inuicem *post* coniunge *collocaret. quae in Masvicii, Burmanni, Lionis exemplaribus post* alligationibus *leguntur* ternos lanae colores *e Danielis exemplari petita sunt, qui Bernensibus scholiis usus haec edidit* TRIBVS NODIS ternos lanae colores ‖ 16 haec ancilla eius (est vel praesaga) *ego ex Iunii Filargirii explan.* II '*Amarillis: i. e. ancilla eius et praesaga*', *quibuscum conferenda sunt explan.* I *haec ad v.* 64 *scholia* '*Cinge: i. e. Amaryllis ancilla eius. Haec altaria vitta: i. e. ad suam ministram dicit praesagam (pracsaga cod.) Amaryllidem*': haec amarylla *vel* amarilla eius *APHR* haec camarilla eius *B* haec amarylla *L* (eius *supr. vers. add. λ*) Haec Amaryllis est ea *Stephanus et Fabricius* Haec Amarylla eius est *Daniel* Haec Amaryllis ei est *Commelinus* ‖ 17 synmysten *L* synmisten *P* synmistin *ABH* sinmistin *R* ‖ anapestus *B* ‖ 18 ypercatalecticus *A* ypercatalectiços *B.* ideo quia una superest syllaba *add. Masvicius* ‖ 20 *ad v.* 80 Limus ut hic durescit: fecerat illa duas imagines, alteram ex limo, qui ex igne fit durior, alteram ex cera, quae igne soluitur, ut uidelicet mens amatoris ita duresceret ad illam, quam tunc amabat, omnesque alias, sicut limus ad ignem, et ad se ita (iguem *R*) molliretur et solueretur amore, ut cera ad ignem liquescit *add. R, ed. Steph.* ‖ daphidem *L, corr. l*

81. *SIC NOSTRO DAPHNIS AMORE durescat et liquescat.*

82. SPARGE MOLAM far et salem. *hoc nomen de sacris tractum est: far enim pium, id est mola casta, salsa — utrumque enim idem significat — ita fit: virgines Vestales tres maximae ex nonis Maiis ad pridie idus Maias alternis diebus spicas adoreas in corbibus messuariis ponunt easque spicas ipsae virgines torrent, pinsunt, molunt atque ita molitum condunt. ex eo farre virgines ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Vestalibus, idibus septembribus, adiecto sale cocto et sale duro. igitur quod in sacris mola casta dicitur, ideo Vergilius in quinto Aeneidis* ⟨745⟩ *farre pio enuntiavit: quid enim est pium nisi castum? quoniam 'piare' est propitiare, quod accidere non potest nisi caste inservitum erit rebus sacris. hic autem dicendo 'asperge molam' rem ipsam proprio nomine memoravit: unde in secundo Aeneidis* ⟨133⟩ *et salsae fruges et in quarto* ⟨517⟩ *ipsa mola.* INCENDE BITVMINE L. id est lauros divino igne consume; nam bitumen ex fulmine dicitur procreari: unde iuxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundant, adeo ut inde fabricent muros.

83. IN DAPHNIDE LAVRVM aut archaismos est pro 'in Daphnidem': aut intellegamus supra Daphnidis effigiem eam laurum incendere propter nominis similitudinem.

86. BVCVLA bovis est diminutio. sane 'bos' anomalum nomen est: nam 'hic bos' et 'o bos' producitur, sicut 'his bubus' et 'ab his bubus'. nam reliqui omnes casus brevem habent syllabam primam.

87. PRÓPTER AQVAE RIVVM iuxta. PERDITA amore consumpta.

88. *SERAE MEMINIT DECEDERE NOCTI id est tenebrae illam occupant.*

---

1 DAPHIS *L, corr. l* ‖ *ad v.* 81 Sic nostro daphnis amore: subaudi 'durescat et liquescat', ut eam scilicet quam appetit deserens me potius amet *R, ed. Steph.* ‖ 2 trac////tum *L* (at *litterae, ut videtur, deletae sunt*) ‖ 4 maiis *L, sed prius* i *in rasura l, ut videtur* ‖ 5 maiias *L, sed alterum* i *in ras. l* ‖ corbibus *Scaliger castig. in Fest. p.* 90: coruibus *L* cornibus *Daniel* ‖ 6 pinsunt *Commelinus*: pindunt *L* ‖ 11 quomiam *L* quoniam *l* ‖ 14 ipsam molam *L* ‖ 15 diuinos *A* ‖ 16 quia] ubi *B* quia ibi *Masvicius* ‖ 17 adeo] quidam codices refabricent uel fabricent lacus. per id ergo quod efficitur id quod efficit demonstrat, per bitumen scilicet diuinum ignem *add. R* ‖ inde fabricent muros *L*: refabricent lacus *ABPH* inde fabricasse muros Semyramis dicatur *Stephanus* ‖ muros] et bene quod conglutinat et ardet ad veneficium adsumitur, ut glutinetur et ardeat ad amorem maritus *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 18 DAPHIDE *et infra* daphidem *et* daphidis *L, corr. l* ‖ 20 numinis similitudinem *Serviani libri* similitudinem nominis *L* ‖ 21 deminutio *L* ‖ 22 o bos] haec bos *R* ‖ producitur *R*: producit *reliqui* ‖ 25 iuxta] uel prope *add. R* ‖ 27 *ad v.* 88 *sq.* Serae: tardae. Nec meminit decedere nocti: nec meminit repetere praesepia superueniente nocte. Talis amor teneat: subaudi a superioribus 'Daphnim'. quod dicit hoc est: talis amor mei teneat daphnim, qualis amor tenet buculam confessa (*lege* cum fessa) quaerendo iuuencum per nemora atque altos lucos procumbit iuxta riuum aquae in herba uiridi nec meminit decedere super-

89. NEC SIT MIHI CVRA MEDERI aut nolim ei magicis artibus subvenire, aut nolim cum ipso concumbere: ab utroque enim medicina amantibus venit. *et 'mederi' pro 'medendi'.*

91. PERFIDVS nunc scilicet perfidus.

92. LIMINE IN IPSO in loco sacro, sicut supra ⟨29⟩ diximus, *Vestae. veneficium ita administratur, ut in limine ponantur eius exuviae, cui veneficium fit.*

95. *PONTO in Ponto. et modo provinciam dicit hoc nomine, non mare. MIHI LECTA ordo est 'mihi dedit', non 'mihi lecta'.*

97. *HIS EGO SAEPE LVPVM FIERI est enim opinio, quosdam homines artibus quibusdam in lupos mutari. SILVIS pro 'in silvis'.*

99. ATQVE SATAS ALIO VIDI TRADVCERE MESSES magicis quibusdam artibus hoc fiebat: unde est in XII. tabulis neve alienam segetem pellexeris: *quod et Varro et multi scriptores fieri deprehensum adfirmant.*

102. NE RESPEXERIS nolunt enim se videri numina, nisi ex nimia necessitate: unde pro miraculo dictum est alma parens confessa deam, quod non faceret, nisi in periculo filii.

103. NIHIL ILLE DEOS N. C. C. *hoc est* satis est, quod putat artem magicam nihil valere. *quidam sic intellegunt: quamvis ille haec omnia contemnat.*

105. *ASPICE hoc ab alia dici debet.* CORRIPVIT TREMVLIS ALTARIA F. hoc uxori Ciceronis dicitur contigisse, cum post peractum sacrificium libare vellet in cinerem: quae flamma eodem anno consulem futurum ostendit eius maritum, sicut Cicero in suo testatur poemate. *'altaria' nunc ipsa quae ponuntur.*

---

13 in XII tabulis] tab. VIII 7 (8) p. 143 ap. Schoellium ‖ 17 alma] A. II 591 ‖ 25 sicut Cicero i. s. t. p.] IV p. 1049 Orell.

---

ueniente nocte appetendo concubitum tauri et amore insaniens *R* ‖ 3 venit] Exuuias: uel uestes suas uel simile aliquid *add. R* ‖ 4 perfidus] Pignera cara sui: quasi loco pigneris. 'cara' autem quae scilicet mihi essent cara uel illi erant *add. R* ‖ 5 in loco sacro *Daniel* (*cf. Bern. schol.*): loco sacra *L* loca sacra *Serviani libri* ‖ diximus] saepe *add. ABPH, quod ad v.* 99 *lemma pertinere videtur.* Exuuiae: dictae ab exuendo. tractum a serpentibus qui omni anno trahentes se per angusta foramina prius corium deponunt et deinceps aliud sumunt *add. R* ‖ 6 Vestae] nam Terra ipsa dicitur, quae et Vesta *add. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ veneficium *Commelinus*: benefitium *L* beneficium autem *Daniel* ‖ 7 benefitium *L, corr. Commelinus* ‖ 8 prouintiam *L* ‖ 9 est *supr. vers. add. l* ‖ 13 aliam *P* ‖ 14 scritores *L, corr. l* ‖ 15 adfirmant *L*: animaduertunt *Daniel* ‖ 18 deam *ex* deum *BH* ‖ 21 omnia *supr. vers. add. l* ‖ 22 Corripuit tremulis altaria f.: dum illa cineres efferre ualet, subita ex ipso cinere flamma orta corripuit altaria: quod etiam uxori ciceronis *e. q. s. R* ‖ ALTARIA F.] 'tremulis' crispantibus. 'altaria' autem dicuntur et quae continent et quae continentur ab eis, nunc vero ipsa quae ponuntur. SPONTE SVA sine igne subito ex ipsis cineribus flamma emersit *e Bern. schol. add. Daniel, nisi quod* nunc ... ponuntur *e Lemovicensi petita sunt* ‖ 23 peracto (perhacto *l*) sacrifitio *L* ‖ 24 in cinere *a.* ex ipso cinere flamma surrexit *add. L* ‖ flamma] res *R*

106. BONVM SIT ideo optat, ut hoc signum bonum sit, quia ignis medius est et qui possit etiam nocere.

107. *NESCIO QVID CERTE EST hoc non iungendum superiori; est enim aliud prodigium.* IN LIMINE LATRAT in loco, ubi amati vestes obruerat.

108. *CREDIMVS non dixit quid credat.* IPSI SIBI SOMNIA FINGVNT omnia quae supra dixerat de arte magica, destruit dicendo, haec vera desiderantibus tantum videri: quod per proverbium est locutus.

ECLOGA NONA.

1. QVO TE MOERI PEDES? AN QVO VIA D. IN V. haec ecloga *dramatico charactere scripta est: inducuntur enim duo pastores; scaena in agro Mantuano. et haec ecloga* continuum non habet carmen, sed de diversis locis Theocriti aliqua ad eam contulit. sane hoc continet: Vergilius postquam paene occisus est ab Arrio centurione, Romam revertens, mandavit procuratoribus suis ut tuerentur agros *suos* et ad praesens obsequerentur Arrio. modo ergo Moeris, procurator eius, secundum praeceptum patroni portat haedos Mantuam, quos Arrio offerat. sequitur alter pastor et eum quo pergat interrogat: ille suas deflet miserias, et hinc iam variae praestatur occasio cantilenae. 'quo te Moeri pedes?' subaudis 'ducunt', et est zeugma a posterioribus. *quidam hunc ordinem tradunt 'quo te Moeri pedes? an in urbem? quo ista via ducit'. sane alii ordinem huius eclogae ita exponunt: cum immunitatem agrorum Vergilius impetrasset, lis est exorta de finibus inter eum et eos, qui in proximo agros acceperant: ex quibus Clodius quidam dixit, se omnem litem amputaturum interfecto Vergilio. quem poeta stricto gladio se insequentem fugit in tabernam carbonariam. et beneficio institoris ex alia parte emissus,*

---

1 ideo...sit] ideo dubitat et optat ut ignis ipse bonum aliquid significet *R*, dubitat et *rec. Steph.* ‖ 3 *ad v.* 107 Nescio quid certe est: quid figurat. Hylas: canis *R* ‖ est *in ras. l* ‖ 5 obruerat] canis enim latratus prae gaudio domini demonstrat adventum *add. Daniel. cf. Bern. schol* sicut supra dictum est. Credimus: haec scilicet uera esse et bona figurare *add. R* ‖ 6 *scholium ad* CREDIMVS *om. Daniel* ‖ 8 per *om. A, add. a* ‖ uerbium *L* prouerbium *l* ‖ *ad v.* 109 Parcite ab urbe: iam consequitur quod desiderabat, scilicet amantis aduentum et ab urbe reditum *R* ‖ EGLOGA VI (*sic*) *A* VIIII egloga. lycida moeris *B* EXPLICIT EGLOGA VIII INCIPIT VIIII LYCIDA MOERIS *R* VIIII EGLOGA LVCIDA MOERIS *H* LYCIDAS MOERIS *L*.

11 est *supr. vers. add. l* ‖ scaena *ego*: caena *L* coena *Daniel* coeuntes *Commelinus* una *Heinsius* ‖ 12 continuum] ut Servius dicit *add. Daniel* ‖ 13 de diuersis *HL*, de *om. reliqui* ‖ 14 ario *L* ‖ 15 suis *om. L* ‖ agros suos ut tuerentur *L* ‖ 20 cantilenae] Moeris ergo procurator uirgilii Lycida alius pastor. Menalcas autem ipse uirgilius accipitur in hac ecloga *add. R*

servatus est. inducitur ergo Moeris familiaris Vergilii, referens Lycidae periculum suum et Menalcae, quem nunc pro Vergilio debemus accipere.

2. VIVI PERVENIMVS id est diu vivendo ad ista pervenimus. et ostendit, plerumque obesse hominibus vitae longinquitatem, quae interdum causa est miseriarum. *sensus autem talis est: usque eo nos longa vita perduxit, ut audiremus dicentem 'migrate, haec mea sunt'. interpositum sane est 'quod numquam veriti sumus'.* ADVENA NOSTRI *qui advenerit in nostros agros. et aut Clodium aut Arrium significat.*

3. QVOD NVMQVAM VERITI SVMVS quia inopinata graviora sunt mala: unde ait Dido ⟨IV 419⟩ hunc ego si potui tantum sperare dolorem, et perferre, soror, potero.

5. NVNC VICTI id est voti impotes: nam quo modo 'victores' dicimus voti compotes, qui quod volunt faciunt, sic 'victos' e contrario voti impotes, qui non possunt facere quod volunt. ceterum quomodo victi sunt Mantuani, qui nec bella gesserunt? *et 'tristes' ideo, quia dixit 'nunc victi'.* FORS OMNIA VERSAT *id est instabilis est. et* nisi hoc ad personam rusticam redigas, aspere contra Augustum dictum est, cuius felicitatem, sicut omnia, dicit posse mutari.

6. ILLI *id est* Arrio centurioni. QVOD NEC BENE VERTAT quae res in perniciem eius vertatur, id est ut malo omine hoc munus accipiat. tractum autem hoc est ab Hectore et Aiace: nam Hector dedit Aiaci gladium, quo se Aiax postea interemit; Hector vero balteum accepit ab Aiace, quo circa muros patriae tractus est postea. inde et illud comicum natum est di bene vertant, quod agas: plerumque enim bona in peius, mala mutantur in melius.

7. SVBDVCERE C. I. ex alto in campos dissolvi. *alii 'sursum ducere' intellegunt. alii medium clivum accipiunt, ex quo superior pars subducitur in collem surgentem, inferior (in) subiectam planitiem*

10 quia ... potero] cf. Macrob. Sat. IV 6, 6 sq. ‖ 27 alii ... intellegunt] cf. Non. p. 399, 27 sqq.

5 longaeuitatem *B* ‖ 6 miseriarum] Aduena possessor nostri agelli: alienus et extraneus, id est arrius *add. R* ‖ 7 vita *Daniel*: uitaui *L* ‖ perduxit *L, quod mutatum videtur in* produxit, *quod edidit Daniel* ‖ 9 in nostros agros *P. Daniel*: in nostro sacro *L* ‖ 12 potero] Migrate: id est relinquite haec *add. R* ‖ 13 *scholium ad* NVNC VICTI *post* nunc victi (*lin.* 17) *hab. L* ‖ uoti impotes *a*: non potes *AH* non potes qui non possunt *B* (qui non possunt *del. b*) impotes *PR et L, ut videtur* ‖ 15 voti] uocamus *L* ‖ 17 Fors omnia uersat: fors id est fortuna. et nisi hoc *e. q. s. R* ‖ 21 ut *AB*: ut in *PRH*, ut *om. L* ‖ 25 postea] sic ergo et iste optat in malum euenire arrio munus quod accepit *add. R* ‖ comicum *BPRLa*: domicum *AH* ‖ natum est] quod dicimus *add. R* ‖ 27 SVBDVCERE cicero (cliuos above) *L* (cliuos *add. l*). cicero *ex* C. I. *ortum esse Burmannus vidit* ‖ dissolvi] Cliuo: ascensus uel dorsum montis *add. R* ‖ 28 intelligunt *L* ‖ 29 pars *ex* pras *L* ‖ in *add. Daniel* ‖ subiectam] iec *in ras. l* ‖ planiciem *L*

molliter deprimitur. usque ad eum autem locum perticam limitarem Octavius Musa porrexerat, limitator ab Augusto datus, id est per quindecim milia passuum agri Mantuani, cum Cremonensis non sufficeret, offensus a Mantuanis, quod pecora eius in agro publico aliquando clausissent. alii 'subducere' pro 'desinere' accipiunt: nam permansit dicendo 'demittere iugum', quasi hoc colles faciant, quod illis accidit per naturam. alii agrum suum volunt descripsisse Vergilium, ut ostenderet ex utraque parte esse clivosum, ut cum ab una parte ad cacumen ascenderis, ab alia usque ad aquam descendas. et quidam tales agros lapidosos dicunt, sicut ipse de suo ait ⟨I 47⟩ *et tibi magna satis quamvis lapis omnia nudus.*

9. VSQVE AD AQVAM Mincii fluminis scilicet.

10. OMNIA quae supra dixit. intellegamus autem, aut Vergilii tantum agrum, aut totius Mantuae esse descriptum, *quod alii dicunt Vergilium ostendere voluisse, quod Mantuanis per iniquitatem Alfeni Vari, qui agros divisit, praeter palustria nihil relictum sit, sicut ex oratione Cornelii in Alfenum ostenditur cum iussus tria milia passus a muro in diversa relinquere, vix octingentos passus aquae, quae circumdata est, admetireris, reliquisti.* OMNIA CARMINIBVS V. S. M. id est vestrum Vergilium, *cuius causa agri Mantuanis redditi sunt.*

11. AVDIERAS ET FAMA FVIT benevolentiam quidem Augusti etiam fama vulgavit; sed eam belli Actiaci necessitas inpedivit. SED CARMINA T. N. V. L. T. I. M. hoc etiam Cicero ait in Miloniana ⟨4, 11⟩ silent enim leges inter arma. *sensus tamen est: sed videlicet hoc tempore, id est in hoc bello, poemata nostra non valde admittuntur. 'carmina' autem nonnulli quibus sibi Pollionem intercessorem apud Augustum conciliaverat, accipiunt: quo fugato, rursus de praediis suis fuerat Vergilius expulsus.*

13. CHAONIAS DICVNT AQVILA V. C. minora enim auguria

---

1 deprimitur *Masvicius*: deponatur *L* declinatur *F. Schoellius* ‖ limitarem *Masvicius*: militarem *L* ‖ 2 hoctauimus musca *L* Octavius Musca *Commelinus* Octavius Musa *Masvicius* ‖ porrexarat *L* ‖ 3 Mantuani] militibus assignatus ager *add. Masvicius* ‖ 5 *fort.* permansit in translatione ‖ 6 dimittere *L* ‖ accidat *L*, *corr. Daniel* ‖ 7 ut ostenderet *Daniel*: et ostenderet *L*. *fort.* et ostendere eum . 9 aqua *L* ‖ 10 tib *L* ‖ 11 quam *L* ‖ 13 intelligimus *RL* ‖ 14 Mantuae] situm *add. vulgo* ‖ 17 alphenum *L* ‖ 18 in diversa] indiuisa *Peerlkampus Mnemos.* X 281 ‖ vix *Vossius*: ut *L* ‖ 19 quae *Commelinus*: qua *L* ‖ reliquisti *Masvicius*: relinquistis *L*. nihil Mantuanis praeter palustria *vel ante vel post* reliquisti *addenda esse putat Ribbeckius prol. p.* 6 *adnot.* ‖ 20 MENALCAN VESTRVM id est uestrum uirgilium *post* inpedivit *hab. ABPH* ‖ Vestrum servasse m.: id est suis carminibus ab augusto recepisse. Menalcam: id est uirgilium *R*. *inde* Servasse: recuperasse *post* descriptum *add. Stephanus* ‖ 22 beniuolentiam *Lah*. 24 dicit *L* ‖ meloniana *APRH* ‖ 27 intercessoriem *L* ‖ 28 quo *l*: quod *L* ‖ 30 c.] id est quantum dicunt ualere chaonias columbas ueniente aquila *add. R*

maioribus cedunt nec ullarum sunt virium, licet priora sint. 'Chaonias' autem Epiroticas: *nam* in Epiro dicitur nemus fuisse, in quo responsa dabant columbae: quod ideo fingitur, quia lingua Thessala peliades et columbae et vaticinatrices vocantur. *Herodotus hanc columbam de Aegypto venisse ait.*

14. QVACVMQVE quacumque ratione. et bene augurii peritiam dat ei, de quo supra ait ⟨VIII 97⟩ his ego saepe lupum fieri et se condere silvis Moerim, saepe animas imis excire sepulchris. NOVAS LITES magnas, id est militaria iurgia. *INCIDERE pro 'decidere'.*

15. ANTE SINISTRA CAVA MONVISSET AB I. C. *'ante sinistra' indivise legendum. et dicendo 'monuisset' oscinem fuisse demonstrat. sane* hoc ad auguralem pertinet disciplinam: augures enim designant spatia lituo et eis dant nomina, ut prima pars dicatur antica, posterior postica, item dextra et sinistra. modo ergo cornicem de nulla harum parte venisse dicit, sed ab antica ad sinistram partem volasse et in cava ilice consedisse: quae res agrorum damnum significabat. ilex enim glandifera arbor est, quae quoniam vitiosa est, vitium possessionis ostendit fore per milites, clamore gaudentes et litibus, sicut cornix est: nam haec avis et clamore laetatur et alias frequenter invadit. hoc ergo nunc dicit, augurio se esse admonitum, ut abstineret ab occursu litigiosi militis, qui retenturus fuerat possessionem.

16. TVVS MOERIS *id est* tuus amicus. *IPSE MENALCAS pro Vergilio, qui dum agros suos defendit, paene occisus est.*

17. HEV CADIT IN QVEMQVAM T. S. postquam audiit occidi potuisse Vergilium, quasi obstipuit et hoc generaliter dicit: potest in quemquam tantum nefas venire, ut Vergilium necare contendat?

18. PAENE SIMVL TECVM SOLACIA R. M. cum suis enim solaciis

---

4 Herodotus] II 52 sqq.

---

2 in epiro enim *R* ‖ 3 lingua *ex* longa *P* ‖ 4 peliades] *cf. schol. Dan. ad Aen.* III 466. *expectatur* πέλειαι ‖ vocantur] dicit autem quod sicut auguria a columbis sumpta auguriis ab aquila, quae maiora sunt, cedunt, aut sicut ipsae columbae aquilis resistere non ualent, ita nec sua carmina inter arma et bella ciuilia ualeant *add. R* ‖ er$\overset{\text{h}}{\text{o}}$dutus *L*, h *superscr. l* ‖ 6 quacumque] *om. BH*, subaudi *R* ‖ 11 'ante sinistra' indivise legendum] *'ante sinistra' per* ὑφὲν *legendum esse* (*cf. ad Aen.* I 198) *dicit interpres, quia olim sinistra auguria prospera putabantur, hoc autem loco sinistra cornix mala portendit* ‖ 13 ad *om. RL* ‖ adguralem *L, corr. P. Daniel* ‖ 15 item] ut est *L* ‖ 16 dicit] subaudi ad illum qui augurium captat *add. Masvicius* ‖ ad sinistram partem *ABL*: ac (hac *H* et *R*) sinistra parte *PRH* ‖ 18 quoniam] qûo *A* ‖ vitiosa est] quippe caua existens *add. R* ‖ 24 Nec uiueret i. M.: uirgilius paene quippe ab arrio centurione est interemptus *R* ‖ 25 uergilio *L* ‖ 26 audiuit *PL* audit *Ha* audierat *R* ‖ occidi *L*: decidi *ABH* decidire *P* decidere *R*

perit poeta, qui necdum editis carminibus moritur. Vergilius autem illo tempore nondum aliquid scripserat. et dicendo 'solacia' latenter tempora carpit Augusti, quibus carmina non oblectamento fuerunt, sed solacio, quod infelicium esse consuevit. *vel 'tua solacia' tua carmina, quibus consolamur.*

19. QVIS HVMVM F. H. S. sic est dictum, ut ⟨VI 62⟩ tunc Phaethontiadas musco circumdat amarae corticis atque solo proceras erigit alnos.

20. *SPARGERET id est aspersam floribus caneret.* FONTES INDVCERET VMBRA tegeret, cooperiret.

21. VEL QVAE SVBLEGI TACITVS T. C. N. *subaudiendum 'nesciente te'. 'sublegi' intercepi. et bene* rustica adfectione reminisci se illorum carminum fingit, quae aliquando Vergilio, licet invito, Romam eunte, abstulerat: nam 'sublegi' est furatus sum. unde et sacrilegus dicitur, qui sacra legit, id est furatur: *Plautus in Milite* ⟨IV 2, 98⟩ *quae etiam nostrum hunc sermonem sublegerat.*

22. DELICIAS NOSTRAS id est communem amicam.

23. TITYRE DVM REDEO B. E. V. P. C. Theocriti sunt versus, verbum ad verbum translati, sed tamen Vergilii negotium continentes: nam allegoricos imperat suis, ut rem tueantur, nec tamen audeant contra Arrii praeceptum venire. *sed hoc aut de ipso Vergilii carmine Lycidas retulit; aut, ut alii putant, conversus ad gregalem suum Tityrum dicit. et bene dum promittunt se cantaturos, nihilominus dicunt. sane quaeritur, utrum in his tribus versibus perfectum carmen sit, an initium alterius carminis inperfecti.* INTER AGENDVM dum agis. et honesta locutio est, si dicamus, inter cenandum hoc sum locutus: *Afranius inter loquendum, Ennius inter ponendum.*

25. *OCCVRSARE CAPRO ordo 'occursare capro caveto'.*

26. *IMMO pro 'vel'.* NECDVM PERFECTA nimiae familiaritatis est signum, quod ei recitabat carmen nondum ad limam redactum.

---

14 nam sublegi ... furatur] cf. Non. p. 332, 25 sqq. ‖ 27 Afranius] v. 425 p. 186 ap. Ribbekium ‖ Ennius] ex inc. libr. II p. 174 Vahl.

---

1 periit *R* ‖ 2 aliquod opus *Stephanus* ‖ 3 fuerint *R* fuerant *L* ‖ 4 consuevit] 'solatia' ergo carmina accipe *add. R* ‖ 5 consulamur *L* ‖ 8 alnos] ut uidelicet hoc dicatur poeta facere quod uel factum uel faciendum suo carmine ostendit *add. R* ‖ 9 asparsam *L* ‖ 14 eunte *Serviani libri*: eunti *L* ‖ inde *L* ‖ 18 P.] L. *A* ‖ versus] hic et sequentes duo *add. R* ‖ 19 uerbo ad uerbum *B* ‖ 20 teneant *L* (tueantur λ) ‖ 21 arii *L* ‖ venire] Age: mina, duc *add. R* ‖ *Theocriti* III 3 *Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε ... μή τυ κορύξῃ add. Stephanus* ‖ 23 tytirum *L* ‖ se *ex* si *L* ‖ 27 sum] solum *R* ‖ 31 necdum *L*

dicit autem carmen, quod quasi coeperat in honorem Vari componere. et per transitum ponit diversa schedia.

27. VARE TVVM NOMEN ordo est 'Vare tuum nomen sublime ferent ad sidera cantantes cycni', id est poetae: sic Horatius de Pindaro multa Dircaeum levat aura cycnum. *sane blanditur Alfeno Varo, qui, Pollione fugato, legatus transpadanis praepositus est ab Augusto.* SVPERET MODO MANTVA NOBIS supersit, reddatur. et hoc dicit: si nobis Mantua fuerit reddita, faciam ut te celebrent omnes poetae. *et bene affectiose de patria, quasi dubium* (*sit*), *an superfutura sit.*

28. MANTVA VAE MISERAE NIMIVM V. C. bene ingemit Mantuanorum infelicitatem, quibus sola obfuit vicinitas Cremonensium — *nam* Cassii, Bruti et Antonii copias Cremonenses susceperant —: quos etiam ipsos mire excusat, dicens 'miserae Cremonae', quae etiam si vellet, minime tamen tantis copiis posset resistere. 'nimium' *autem* 'vicina', id est usque ad periculum: *nam ortis bellis civilibus inter Antonium et Augustum, Augustus victor Cremonensium agros, quia pro Antonio senserant, dedit militibus suis: qui cum non suffecissent, his addidit agros Mantuanos, sublatos non propter civium culpam, sed propter vicinitatem.*

30. SIC TVA CYRNEAS FVGIANT E. T. taxus venenata arbor est, quae abundat in Corsica: haec autem insula graece Cyrnos dicitur *a Cyrno, Herculis filio,* unde fecit hanc derivationem 'Cyrneas taxos', quibus pastae apes mel amarissimum faciunt.

31. DISTENDANT VBERA plurimum lactis reportent.

32. *SIQVID HABES non dixit tuum, sed Menalcae.*

33. ME QVOQVE VATEM DICVNT PASTORES magna verecundia suum meritum extenuat: nec enim ait 'probant', sed 'dicunt'; nec 'docti', sed 'pastores', quibus tamen ipse non credo.

---

4 Horatius] carm. IV 2, 15 || 21 taxus...est] cf. Isid. or. XVII 7, 40 || 22 haec autem insula...taxos] exscr. Isid. or. XIV 6, 42

---

1 quasi] ipse *R* || 2 ponit] facit *B* || diversa] figurationis *add. Masvicius* || scheida *P* scedia *RH* scaedia *L* || 3 VARE...levat aura cycnum *post* usque ad periculum (*lin.* 16) *hab. ABPH* || tuum sublime ferent nomen ad sidera *L, corr.* λ || 8 faciam tuum nomen celebrare omnes poetas *R* || 9 sit *addidi. possis* quasi dubitet *vel* dubitans || 11 ingemuit *H* || 13 nam... susceperant] ipsi enim nihil peccauerant: chremonenses autem cassii bruti et antonii copias susceperant *R* || 14 mire] bene *L* || 19 sufficissent *L, corr. l* || agro *L, corr. l* || 22 in persica *R* || cyrnos *L:* cirne *APH* cyrine *B* cyrne *R*λ || 23 taxos] id est Corsicanas *add. Daniel. cf. schol. Bern.* || 24 mella amarissima *L* || 26 *scholium ad v.* 32 *non edidit Daniel* || 28 nec docti *L:* sed nec docti *APH* sed nec ductis *B* et nec docti quidem *R*

35. VARIO VIDEOR Varius poeta fuit: de hoc Horatius Varius ducit molle atque facetum, item scriberis Vario fortis et hostium victor: nam Varus dux fuit, cui supra blanditur, *qui nulla carmina scripsit. nonnulli sane Alfenum Varum volunt, qui licet iuris consultus et successor Servii Sulpicii esset, etiam carmina aliqua composuisse dicitur; sed hoc teste Horatio falsum est, qui Varium poetam laudat.* CINNA DIGNA etiam Cinna poeta optimus fuit, qui scripsit Smyrnam: quem libellum decem annis elimavit. *quibus tamen poetis negat suum ingenium comparandum.*

36. ARGVTOS INTER STREPERE A. O. 'argutos' canoros, ut ⟨VII 1⟩ forte sub arguta consederat. et alludit ad Anserem quendam, Antonii poetam, qui eius laudes scribebat: quem ob hoc per transitum carpsit. de hoc etiam Cicero in Philippicis dicit ⟨XIII 5, 11⟩ ex agro Falerno anseres depellantur: ipsum enim agrum ei donarat Antonius. *et bene illos poetas optimos cycnos dicit, se anserem rudem et levis ingenii, nec debere aut posse (se) illos imitari.* *INTER STREPERE sane et composite potest et separatim proferri.*

37. ID QVIDEM AGO id est ut carmen mihi in memoriam possit redire.

38. SI VALEAM MEMINISSE ut etiam in Aeneide ⟨II 12⟩ diximus, ideo ista iunxit tempora, quia defectivum est verbum 'memini'. *'(si) valeam' autem si possim, ut in Aeneide* ⟨IV 333⟩ *quae plurima fando enumerare vales.*

39. HVC ADES O GALATEA Theocriti versus sunt, quibus inducit cyclopem usum, cum *in* scopulo sedens amicam suam Galateam de fluctibus invitaret ad terras. cyclops enim dicitur nympham amasse Galateam: quae cum Acin quendam pastorem amaret et Polyphemum sperneret, ille iratus Acin necavit. qui postea Ga-

1 Horatius] sat. I 10, 44 ‖ 2 item] carm. I 6, 1 ‖ 27 cyclops enim ... dicitur] exscr. mythogr. I 5; II 174

1 VARIO *L*: VARO *ABRp* VARRO *PH* ‖ Varius (*prius*) *L*: uarus *ABPH* hic uarus *R* ‖ uarius (*alt.*) *AL*: uarus *BPRH* uarrus *a* ‖ 2 ducit *AHL*: dicit *BPR* ‖ facemtum *BPH* ‖ uario *APL*: uaro *BRHλ* uarro *a* ‖ 3 ductor *L* ‖ Varus victor et dux fuit *Masvicius* ‖ blanditur] hoc autem dicit: nec videor talia dicere quae digna sint uaro, neque digna sint cinna *add. R* ‖ 4 nulla *L*: nonnulla *l, quod recepit Daniel* ‖ 5 serui *L* ‖ 6 uarium *L*: uarum *l* ‖ 7 CYNNA DIGNA *A*: CYNNA DICERE *PH* NEC DICERE CINNA DIGNA *L* CINNA ... etiam *om. BR* ‖ cinna autem *R* ‖ optimus poeta *PH* ‖ 8 zsmirnam *A* mirnam *B* ‖ 11 consederat] ilice cornix *add. PRL* ‖ 13 carpit *RL* ‖ 15 ei *om. ABR* ‖ donauerit *R* donaret *L* ‖ cinnos *L* Cinnas *Daniel* cygnos *Commelinus* ‖ 16 se *add. Daniel* ‖ 17 potest et composite potest et *L* ‖ 23 si *addidi* ‖ 25 sunt] *ἐξέλθοις, Γαλάτεια, καὶ ἐξελθοῦσα λάθοιο* (XI 63) *add. Stephanus* ‖ 28 hacin *BHλ* ‖ 29 Acin necavit] amicum caecauit *B*

lateae miseratione in fontem mutatus est, qui hodieque † latine Acilius dicitur *ab illius nominis derivatione.* QVIS EST NAM LVDVS I. V. '*ludus*' *voluptas. et* ad maiorem terrarum laudem dicit in mari nullam esse voluptatem: nam haec est plena laus, quae etiam contrariarum rerum continet vituperationem.

42. *LENTAE flexibiles.* *VMBRACVLA Cicero umbraculisque silvestribus.*

43. INSANI FLVCTVS id est magni, ut quid tantum insano iuvat indulgere dolori.

44. PVRA SVB NOCTE serena.

45. NVMEROS MEMINI metra *vel* rhythmos, *vel certe numeros versuum.* *SI VERBA TENEREM hoc est carmen non teneo.*

46. *DAPHNI, QVID ANTIQVOS pro 'antiquorum'.* DAPHNI QVID ANTIQVOS S. S. O. ECCE DIONAEI PROCESSIT CAESARIS ASTRVM cum Augustus Caesar ludos funebres patri celebraret, die medio stella apparuit. ille eam esse confirmavit parentis *sui:* unde sunt versus isti compositi. 'Dionaei' autem longe repetitum est, a matre Veneris Diona. sane 'astrum' graece dixit: nam stellam debuit dicere. *Baebius Macer circa horam octavam stellam amplissimam, quasi lemniscis, radiis coronatam, ortam dicit. quam quidam ad inlustrandam gloriam Caesaris iuvenis pertinere existimabant, ipse animam patris sui esse voluit eique in Capitolio statuam, super caput auream stellam habentem, posuit: inscriptum in basi fuit 'Caesari emitheo'. sed Vulcanius aruspex in contione dixit cometen esse, qui significaret exitum noni saeculi et ingressum decimi; sed quod invitis diis secreta*

6 Cicero] IV p. 1061, 35 Orell. cf. Macrob. Sat. VI 4, 8 ‖ 8 quid] A. II 776 ‖ 11 Numeros metra rhythmos] cf. Non. p. 353, 1

1 latine acilius *PRH* acinea acilius *A et Guelferb. I* catinae (ciuī *i. e.* '*ciuitas*' *superscr. b*) acilius *B* ab acine acilius *L* (*sed* ab aci *in marg. add. l*) ab acine acinius *Guelferb. II* ab acide acilius *mythographi.* ab Acine Acinius *Cluverius Sic. ant. p.* 115 latex Acilius *Heinsius* (*nam* hodie latex Atilius *Leidensis Burmanni*) ab Acide Acis *Bodius adnot. crit. ad mythogr. p.* 7. *fortasse* Acines a Siculis, *ut Servius Acin fluvium, a Theocrito, Ovidio, aliis commemoratum, cum eo confuderit, quem Thucydides* IV 25 'Ακεσίνην, *Plinius n. h.* III § 88 *Asinem nominat. cf. Cluverium l. l. p.* 92 *sq.* ‖ 3 I. V.] pro quisnam est themesis *add. B* ‖ 5 vituperationem] et suas laudes ex sequentibus rebus dicit *add. Daniel.*, Texunt u.: sui opacitate et commistione efficiunt *add. R* ‖ 8 quid tantum *om. ABPH* ‖ 9 labori *L.* Quid: subaudi 'de illis erit' vel 'facies' *add. R* ‖ 11 metra] id est meditatus sum *in ras. B* ‖ 16 ille eam confirmauit parentis sui esse *L* ‖ 18 diana *AH* diaonea *B* ‖ dicere] sed et stella graece astir dicitur *add. B* ‖ 19 octabam *L* ‖ quasi lemniscis, radiis *ego*: quasi lemnicas cactis *L* quasi lemniscatis *Daniel* quasi radiis lemniscatis *Heinsius* quasi lemniscis *Masvicius. stella radiis, quasi lemniscis, coronata dicitur, ut victorum coronae vel palmae lemniscis additis ornari et ampliores fieri soleant. possis et* quasi lemniscis vel fasciis ‖ 21 inuenis *L* ‖ 22 esse *supr. vers. add. l* ‖ 24 uulcanius *L*: Vulcatius *Masvicius, fortasse recte* ‖ concione *et hic et infra L*

rerum pronuntiaret, statim se esse moriturum: et nondum finita oratione, in ipsa contione concidit. hoc etiam Augustus in libro secundo de memoria vitae suae complexus est. et haec Moeris non ut sua, sed Vergilii refert, in honorem Augusti composita.

48. QVO SEGETES GAVDERENT F. ad mensem alludit Iulium, qui dictus est in honorem Caesaris: quo et uvae et frumenta maturescunt.

50. *INSERE DAPHNI PIROS hoc in gratiam Augusti, per cuius beneficium securus de agris suis est.* CARPENT TVA POMA NEPOTES ac si diceret, nihil est quod possis timere: nam illud respicit, quod supra invidiose ait ⟨I 73⟩ insere nunc Meliboee piros, pone ordine vites.

51. OMNIA FERT AETAS id est aufert: nam intellegimus eum subito obticuisse, nec quod coeperat implere potuisse. ANIMVM QVOQVE etiam memoriam.

52. LONGOS SOLES C. *id est* aestivos dies finire, ut tris adeo incertos caeca caligine soles. CONDERE finire, usque ad occasum ducere.

53. *NVNC OBLITA vel omissa, vel figurate, quorum ego oblitus sum. et ostendit Moerin nullum suum, sed omnia Menalcae carmina retulisse. VOX QVOQVE MOERIN IAM FVGIT IPSA his versibus ostendit, vigorem cantandi, quem prius habuerat, perdidisse* (se). *et per allegoriam obsessum malis animum demonstrat.*

54. LVPI MOERIN VIDERE PRIORES hoc etiam physici confirmant, quod voce deseratur is, quem prior viderit lupus: unde etiam proverbium hoc natum est 'lupus in fabula', quotiens supervenit ille, de quo loquimur et nobis sui praesentia amputat facultatem loquendi.

16 tris] A. III 203 ‖ 24 hoc etiam e. q. s.] cf. Don. in Terent. Adelph. IV 1, 21 et Isid. or. XII 2, 24

1 pronunciaret *L* ‖ 3 de memoria *Commelinus*: moria *L* memoria *l, rec. Daniel* ‖ *an* sed ut Vergilii ‖ 6 in honore *A* ‖ 8 *ad v.* 50 Insere Daphni p. c. t. p. n.: agriculturae et inserendis arboribus insta accepta securitate. pastorem alium alloquitur: nam supra inuidiose dixerat et ironice 'insere nunc Meliboee piros', cum de tribulatione patriam fugientium ageret. ad illud ergo hoc respicit, ut quod ibi tunc non posse fieri prae sollicitudine dixit, hoc hic ut fiat hortetur, ac si diceret: nihil est quod possis timere et Caesare inter deos relato et Augusto eius filio regnante et cuncta subsequi eta (*fort.* laeta) faciente: unde securus arbores insere et agriculturae insta, quia quod tu nunc plantaueris nepotibus tuis proderit *R* ‖ 10 nam ad illud *P* ‖ 14 potuisse] praesentium malorum asperitate deterritum, licet supra spe sit consolatus *add. R* ‖ 19 *ad v.* 53 Oblita mihi: passiue dixit pro 'a me oblita Carmina': subaudi 'sunt'. Moerim fugit: id est me. Vox ipsa: id est non solum carminum priorum oblitus sum, sed etiam uocem qua tunc canebam amisi *R* ‖ vel *ego*: ut *L* aut *l* ‖ *an* amissa? ‖ 20 manalcae *L* ‖ retullisse *L, corr. l* ‖ 22 se *addidi* ‖ 24 MOERIM *A* ‖ 25 quod uox detrahitur ei *L* ‖ primum *L* ‖ 27 loquitur *A* (*corr. a*) loquuntur *H* ‖ sua *BPR* ‖ facultatem amputat de se loquendi *R*

55. *SATIS REFERET TIBI SAEPE MENALCAS ordo est 'satis saepe'.*

56. CAVSANDO causas nectendo differs nostra desideria.

57. TIBI STRATVM SILET AEQVOR in tuam gratiam. et hoc dicit: ut possis canere, cuncta siluerunt. *AEQVOR spatium campi.*

58. *ASPICE VENTOSI CECIDERVNT MVRMVRIS AVRAE frondes scilicet arborum. et ostendit, vel ipsas auras quievisse, quibus nihil omnino moveatur.*

60. BIANORIS hic est, qui et Ocnus dictus est — de quo ait in decimo ⟨199⟩ fatidicae Mantus et Tusci filius amnis —, conditor Mantuae. dictus autem Bianor est, quasi animo et corpore fortissimus, *ἀπὸ τῆς βίας καὶ ἠνορέης.*

61. STRINGVNT FRONDES amputant, decutiunt: ipse in georgicis ⟨I 305⟩ sed tamen et quernas glandes tunc stringere tempus.

62. TAMEN VENIEMVS IN VRBEM etiam si paululum quiescentes dederimus operam cantilenae. *et deest 'hodie'.*

63. NOX PLVVIAM NE C. A. V. aer enim aut cum ortu solis aut cum occasu mutatur frequenter, quod in Aeneide etiam saepius indicatur.

64. VSQVE EAMVS iugiter eamus, sed cantantes: ita enim minorem itineris sentiemus laborem.

65. HOC FASCE LEVABO si cantantes ierimus, haedorum te onere ipse relevabo; nam fascem ait onus: sic in georgicis ⟨III 347⟩ iniusto sub fasce viam dum carpit.

66. DESINE PLVRA PVER ac si diceret, nimii desiderii es. *et 'plura' deest 'dicere', ut esset 'desine plura dicere'.* QVOD NVNC INSTAT AGAMVS centurionem placemus, nam canere otiosorum est.

67. CVM VENERIT IPSE vel Vergilius, cuius adventu sperabat securitatem: vel ipse Augustus, qui Actiacis bellis fuerat occupatus.

---

12 Stringunt . . . decutiunt] cf. Non. p. 403, 1 ‖ 23 relevabo] cf. Non. p. 336, 19 ‖ nam . . . onus] cf. Non. p. 312, 18

---

2 desideria] scilicet quibus te canentem audire desideramus *add. R* ‖ 4 siluerunt] quod quidem ex Theocrito sumptum est (VI 11) *τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει ἄσυχα καχλάζοντα add. Stephanus* ‖ 6 et ostendit *ego*: ostendens *L. possis et* frondes scilicet arborum quiescentes ostendunt ‖ 8 hocnos *L* ‖ 11 *graeca om. L, add. λ* ‖ CNOPIHC *A* ENOPIHC *BPHλ* ENOPINC *R* ‖ 14 tempus] Hic haedos d.: subaudi 'quos portas', ut eis depositis ad tempus aliquantulum canas *add. R* ‖ 18 frequenter] et est ordo: aut si ueremur, ne nox ante quam in urbem ueniamus pluuiam colligat *add. R, in quo* quod . . . indicatur *omissa sunt* ‖ in *om. L* ‖ 20 *ad v.* 64 Vsque eamus: ordo est: si ueremur quae praedicta sunt, usque eamus, id est iugiter eamus, licet cantantes, id est sed tamen cantantes, ita quippe minus uia laedet. Iugiter eamus sed cantantes ita enim. . .laborem *R* ‖ 22 si relevabo] ut cantantes facilius ire possimus, ego te onere haedorum quos portas interim releuabo *R* ‖ haedorum] eorum *ABH* ‖ 24 dum] cum *Vergilius* ‖ 25 es] est *in ras. l* ‖ 27 cantare *L* ‖ 29 acciacis *L* ‖ occu-

ECLOGA DECIMA.

1. EXTREMVM HVNC ARETHVSA M. C. L. Gallus, ante omnes primus Aegypti praefectus, fuit poeta eximius; nam *et* Euphorionem, ut supra ⟨VI 72⟩ diximus, transtulit in latinum sermonem, et amorum suorum de Cytheride scripsit libros quattuor. hic primo in amicitiis Augusti Caesaris fuit: postea cum venisset in suspicionem, quod contra eum coniuraret, occisus est. fuit autem amicus Vergilii adeo, ut quartus georgicorum a medio usque ad finem eius laudes teneret: quas postea iubente Augusto in Aristaei fabulam commutavit. hic *autem* Gallus amavit Cytheridem meretricem, libertam Volumnii, quae, eo spreto, Antonium euntem ad Gallias est secuta: propter quod dolorem Galli nunc videtur consolari Vergilius. nec nos debet movere quod, cum mutaverit partem quarti georgicorum, hanc eclogam sic reliquit: nam licet consoletur in ea Gallum, tamen altius intuenti vituperatio est; nam et in Gallo inpatientia turpis amoris ostenditur, et aperte hic Antonius carpitur, inimicus Augusti, quem contra Romanum morem Cytheris est in castra comitata. 'extremum laborem' non quod mihi laboriosum est — nam scribere apud poetas ludus est, ut ⟨I 9⟩ et ipsum ludere quae vellem —, sed rem tibi laboriosam, scilicet ut nympha, virginitate gaudens, praestes de amoribus cantilenam. unde et rogat, dicens 'concede', et verecunde 'pauca' postulat et eam adiurat etiam 'sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos'. per Arethusam autem musam Siculam, id est bucolicum Theocritium invocat carmen. sane 'Arethusa' secundum latinitatem in paenultima habet accentum, secundum rationem graecam in tertia a fine, sicut Creusa et *Κρέουσα*.

---

24 sane Arethusa e. q. s.] cf. Schoell de acc. l. l. p. 207

---

patis *L, corr. l* ‖ EGLOGA EXTREMA *A* X egloga conquestio de agris ad gallum *B* X ECLOGA CONQVESTIO CVM GALLO DE AGRIS *H*

1 GALLVS hic est Gaius Asinius Gallus orator, Asinii Pollionis filius, qui ante omnes *e. q. s. Daniel. cf. schol. Bern.* ‖ 2 fuit *om. A* ‖ 4 chyderide *B* chiteride *PH* ‖ primus *B* primum *L* ‖ 5 amicis *L* ‖ suspitionem *H* ‖ 7 ut... teneret] ut quarti libri georgicorum medietas postrema eius laudes contineret *R* ‖ georgicorum] liber *add. A* ‖ 9 commutaret *ABH* ‖ 10 uolum//ni (*una littera deleta*) *A* uolumni *BP* uoluminiae *L* ‖ 13 georgicorum] libri *add. P* ‖ 14 in gallo *La*: gallo *ABPH* galli *R* ‖ 15 a parte *H* ex parte *R* ‖ 20 praestet *A* ‖ 21 dicens *om. A* ‖ 22 etiam] cum dicit *add. R* ‖ 23 teocriti *B* ‖ 24 latinitatem ... a fine *om. L, in marg. add. l* ‖ 25 a fine] *Ἀρέθουσα add. Masvicius* ‖ 26 et *Κρέουσα om. L* ‖ *Κρέουσα* ***Masvicius***: creusam *ABHR* creusa *P*

2. PAVCA MEO GALLO non ad ceterarum eclogarum comparationem; sed 'pauca', quantum ad Galli pertinet scripta, quae, ut supra diximus, de suo amore composuit. *IPSA quae amata sprevit amorem.* *LYCORIS pro 'Cytheris'; licet enim poetis alia nomina pro aliis ponere.*

4. SIC TIBI CVM FLVCTVS S. L. S. varia enim opinio est: nam alii dicunt, ad Arethusam, nympham Siciliae, Alpheum *de* Elide venire per maria, secundum quos dixit Alpheum fama est huc Elidis amnem; alii dicunt ipsam Arethusam iam in fontem mutatam Alpheum fugere et de Elide ad Siciliam venire, quod nunc est secutus. *sane dicitur quodam tempore patera aurea in Arethusa inventa, quam olympionices in Alpheum miserat. et cum Olympiae hostiae caeduntur, cruor earum, in Alpheum infusus, in Arethusam exit.* *SICANOS Sicilia ante Sicania dicta a Sicano, Terrae filio.*

5. DORIS AMARA mater nympharum est, quam pro mari posuit: *vel 'Doris' Oceani filia, coniunx Nerei.*

6. SOLLICITOS sollicitatos, plenos sollicitudinis post Cytheridis abscessum, quam Lycorin vocat. fuerunt autem uno tempore nobiles meretrices tres, Cytheris, Origo, Arbuscula: Horatius explosa Arbuscula dixit, idem ut quondam Marsaeus, amator Originis ille, qui patrium mimae donat fundumque laremque.

7. SIMAE graecum est nomen, id est pressis naribus, unde et simias dicimus: quod epitheton Theocritus ⟨VII 80⟩ dat praecipue apibus. *et dicens 'simae virgulta capellae' hic poetam quasi pastorem posuit.*

8. RESPONDENT OMNIA SILVAE per echo, id est vocis imita-

---

7 Alpheum] A. III 694 ‖ 19 Horatius] sat. I 10, 77 ‖ 20 idem] sat. I 2, 55 ‖ 22 Simae...dicimus] exscr. Isid. or. XII 2, 30

---

3 composuit] Legat: id est eligat et quae illi placeant. Lycoris: ipsa est quae et Cytheris *add. R* ‖ 4 LYQVORIS *L* ‖ 7 Alpheum fluuium *Masvicius* ‖ 8 mare *L* ‖ quos] quod *H.* alibi *add. R* ‖ 9 in fontem *vulgo*: in fonte *RL* fonte *reliqui* ‖ 11 secutus] et hoc dicit: sicut tu mihi praestiteris, ut canere possim meo gallo, ita tibi, cum per Sicanos fluctus, id est per mare Siciliae subterlaberis et ad Siciliam uenies, non intermisceat mare amarum suam undam, ut tuae dulcedini suam amaritudinem permisceat *add. R* ‖ aretusa *L, corr. l* ‖ 12 Olympionicae *Commelinus* ‖ miserat *L*, miserant *l, rec. Daniel* ‖ cum olympae hosti acceduntur *L, corr. Daniel* ‖ 13 cruor . . . exit *Salmasius exercit. Plin. p.* 491: cruorē araim in alpheum infusus in arethusam exeat *L* cruorem ararum in Alpheum infusum in Arethusam exire *Vossius* ‖ 16 occeani *L* ‖ coniux *L* ‖ 18 lycoridem *R* licoridem *L* ‖ uocant *R* ‖ 19 tres *om. L* ‖ 20 marseius *R* ‖ origis *L* ‖ 22 SIMEAE *PRH* ‖ 23 dicimus] quod pressas nares habeant *add. R* ‖ 24 apibus] *ὥς τέ νιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι add. Stephanus* ‖ 26 Non canimus surdis r. o. s.: non est idcirco dimittendum, quod putemus surdis canere, quippe non hoc facimus, cum respondeant siluae nobis canentibus per echo *e. q. s. R. scholium ad v.* 8 *post* ad hanc eclogam transtulit *hab. L* ‖ id est *om. A* ‖ id est per uocis *P*

tionem nos solantur. *et mira brevitate sensus versus huius explicatus est.*

9. QVAE NEMORA *hinc carmen videtur incipere. et* est quaedam Theocriti ecloga, in qua suos amores deflere Daphnis inducitur: *vel ut alii, quidam pastor Daphnin amore mortuum deflet.* huius omnem ordinem ad hanc eclogam transtulit. SALTVS HABVERE PVELLAE N. naidas nymphas simpliciter accipiamus: nam si proprie loqueretur, oreades diceret; naides enim fontium, oreades montium nymphae sunt. sane quia diximus⟨VII 21⟩ easdem esse nymphas, quas etiam musas, videtur hoc dicere, quia, si cum ipso fuissent musae, id est si dedisset operam scribendis carminibus, non incidisset in tantas amoris angustias: *vel cur eum amantem musae deseruerint, cum propter ingenium earum esset antistes.*

10. INDIGNO vel meretricio vel magno: nam et Ennius ait i n d i g n a s t u r r e s, id est magnas. *alii 'indigno' non quia Cytheris pulchra non fuerit, sed quia Gallus ab ea spretus sit.*

11. NEQVE PARNASI VOBIS IVGA NEQVE P. *Parnasus mons Boeotiae, Pindus Thessaliae: ambo* Apollini et musis consecrati.

12. AONIE AGANIPPE nominativi sunt singulares. Aganippe autem fons est Boeotiae, quae et Aonia dicitur. 'Aonie' autem brevis fit 'ni', quia sequitur vocalis vocalem. *Callimachus Aganippen fontem esse dicit Permessi fluminis.*

14. SOLA SVB RVPE deserta. Maenalus autem et Lycaeus montes sunt Arcadiae. *et per montes homines significavit.*

16. STANT ET OVES CIRCVM scilicet circa Gallum, eius amorem stupentes. sensus autem est: sicut oves, o Galle, circa te

---

8 naides enim ... nymphae sunt] cf. Isid. or. VIII 11, 97 ‖ 14 Ennius] ex inc. libr. VI p. 175 Vahl. ‖ 21 Callimachus ... fluminis] cf. schol. vet. in Iuven. VII 6. retulit haec verba ad librum *περὶ ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν* Bentleius

---

1 nos solantur *M*: nos solamur *ABRH* ut nos solentur *P* non consulamur *L* (nos consolamur *P. Daniel*) ut nos consolantur *Masvicius* ‖ et *P. Daniel*: ut *L* ‖ 3 est *om. AB* ‖ 4 ecloga] est *add. a* ‖ suos amores ... vel ut alii *om. L, supr. vers. add. λ* ‖ 5 dapnin *L* ‖ 6 transtulit] *πᾶ ποκ' ἄρ' ἦθ', ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾶ ποκα, νύμφαι; ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω;* (*Theocr.* I 66 *sq.*) *add. Fabricius* ‖ 8 montium] Dryades arborum *add. Fabricius* ‖ 9 etiam *om. L* ‖ 10 quasi *AL* (quia si *al*) ‖ ipso] gallo *R* ‖ 11 dedisset *PRL*: dedissent *ABHl* ‖ incidissent *H* ‖ 12 deseruerint *l*: desuerint *L* ‖ 13 antites *L* ‖ 15 turras *L* (*corr. P. Daniel*) ‖ 17 PERNASI *L* ‖ montes thessaliae sunt Apollini et m. c. *ABPH* Parnasus et pindus montes th. s. A. et m. c. *R* ‖ pernasus *L* ‖ boetiae *L* ‖ 19 AONIE *PHa*: AONIAE *AML* ECONIA *B* AONIA *R* ‖ 20 boetiae *libri* ‖ Aonie] aoniae *BPL* adoniae *H* aonia *AR* ‖ 21 'ni' *vulgo*: in .i. *APH* ī *B* .i. *R, om. L* ‖ chalimachus *L* ‖ 22 *ad v.* 13 Etiam lauri e. f. m.: docti et indocti, magni ac minores: nam per lauros magnos et doctos, per myricas indoctos et rusticos significat *R* ‖ 23 SOLA ... Arcadiae *in ras. λ* ‖ 24 et ... significavit *non edidit Daniel* ‖ homines *l*: omnes *L* ‖ 26 o *om. A* ‖ circum *L* ‖ te *om. A* (*add. a*)

stare non paenitet, ita nec te illarum paeniteat; nam etiam Adonis quondam ovium extitit pastor. et quod ait 'nostri', miscuit suam personam, ut frequenter facere consuevit: nam erat integrum 'tui nec paenitet illas'. *alii 'paenitet' pudet accipiunt.*

17. NEC TE PAENITEAT P. D. P. allegoricos hoc dicit: nec tu erubescas bucolica scribere.

18. ADONIS 'A' habet accentum, quia graecum est nomen; tamen et*iam* latine sic dicimus: nam 'Adon' nusquam lectum est. *et est de hoc fabula talis: in Cypro insula regnavit Cinyras, habens filiam Myrrham nomine. quae Solis ira in amores incidit patris, cum quo etiam ministerio nutricis concubuit: namque nutrix Myrrhae dixit Cinyrae, esse quandam puellam, quae eius amore flagraret et concubitum nocte in tenebris propter verecundiam expeteret virginalem. hoc Cinyras, incitatus libidine, pollicitus est. cupiens deinde videre vultus puellae, lumen iussit inferri visamque filiam persequi cum gladio coepit, ut interficeret. quae gravida de patre confugit in silvas ibique mutata est in arborem nominis sui. sed infantem conceptum etiam in cortice retinuit et postmodum dente apri excisum emisit in lucem. qui a nymphis eductus, Adonis cognominatus est. quem quia Venus adamavit, Mars in aprum transfiguratus occidit. quem multi miseratione Veneris in rosam conversum dicunt. est etiam alter ordo huius fabulae: ex Aegypto † Epiuotasterius et Yon fratres ad insulam Cyprum profecti sunt atque ibi sortiti uxores. ex quorum genere Celes procreatus est, qui habuit Erinomam filiam. haec cum esset nimiae castitatis et hoc a Minerva et Diana diligeretur, Veneri esse coepit invisa. quae cum puellae castitati insidiaretur, in amorem eius inpulit Iovem. quem dolum postquam Iuno animadvertit, ut fraudem fraude superaret, petit*

---

7 A habet accentum...lectum est] cf. Schoell de acc. l. l. p. 212

---

1 paenitent *H* ‖ 4 peniteat illas *A P* (*corr. a*). *pro* sensus (*p.* 120, 26)...accentum *haec habet R*: Nostri nec penitet illas: id est non penitet illas tui, o galle. et hic quasi ex affectu iungit se poeta, cum dicit 'nostri', ut frequenter facere consueuit: nam integrum erat 'nec tui penitet illas'. Nec te peniteat pecoris diuine poeta: sensus talis est: sicut oues, o galle, circa te stare non penitet, ita nec te illarum peniteat. allegoricos hoc dicit, nec te peniteat bucolica scribere. Adonis: hoc est et formosus adonis quondam ouium extitit pastor, ergo nec te pastorem fuisse peniteat. Nam adonis nominatiuus est singularis et a habet accentum ‖ 9 cipro *L* ‖ 10 myrram *L* ‖ 11 mirre *et* cinirae *L* ‖ 12 quandam *ex* quendam *L* ‖ ē *post* concubitum *inseruit l* ‖ 15 cepit *L* ‖ 16 que *L* ‖ 17 retinuit (o *supra* e) *L* ‖ 18 excisum *Daniel*: excissum *L, sed* i *in ras. l. fortasse fuit* excussum ‖ 19 eductus *L* educatus *l, rec. Daniel* ‖ 20 aprom (v *supra* o) *L* ‖ 21 dicuт (n *supra*) *L* ‖ 22 Epiviotasterius et Yon *Daniel* Epiviostaterius et Yon *Commelinus. fortasse* Ephialtes Asterius Echion *vel* Aethion fratres ‖ 24 erinonam *L, sed cf. p.* 122, 13. Erinomam *Masvicius* ‖ hoc] ob hoc *Dukerus* ‖ 25 cepit *l* ‖ 27 posquam (t *supra*) *L*

a Venere, ut in amorem puellae Adonem inflammaret. quem postea-quam nulla fraude sollicitare in eius amorem potuit, obiectis quibusdam nebulis, ipsum Adonem in penetrale virginis perduxit. ita pudicitia puella per vim et fraudem caruit. sed hanc Diana miserata circa Cisseum fluvium in pavonem mutavit. Adonis vero ubi cognovit se amatam Iovis vitiasse, metuens profugit in montis Casii silvas ibique inmixtus agrestibus versabatur. quem dolo Mercurii monte deductum cum aper, quem fabulae Martem loquuntur, vehementer urgeret et ab Adone vinceretur, repente fulmen Iuppiter iecit et Adonem morti dedit: sed cum Venus illusum sibi et mortem amati Adonis saepe quereretur, Mercurius miseratus imaginem Adonis, ut vivere crederetur, ad suos reduci fecit; Iuno autem a Iove petiit, ut Adonis in lucis patriis aevum degeret. tum Diana puellae Erinomae formam pristinam reddidit, quae tamen ex Adone Taleum filium procreavit et cum viro permansit.

19. VENIT ET VPILIO *ovium custos. et* propter metrum ait 'upilio' — nam 'opilio' dicimus — et graeco usus est schemate, sicut illi dicunt οὔνομα pro eo quod est ὄνομα et οὔρη pro eo quod est ὄρη. TARDI VENERE SVBVLCI '*tardi*' id est stulti — Terentius in Heautontimorumeno ⟨IV 5, 28⟩ tardus es, id est stultus —: nam porci cito ambulant. *alii pro 'fatigati' accipiunt. 'subulci' autem pastores porcorum.*

20. VVIDVS H. V. D. G. M. '*uvidus*' pinguis. et 'umidum' est quod extrinsecus habet aliquid umoris, 'uvidum' *vero* quod intrinsecus, unde et 'uvae' dictae sunt: quod tamen plerumque confundunt poetae. *'hiberna' autem 'de glande' de collectione glandis, quia per hiemem colligitur.*

---

16 Vpilio ovium custos] exscr. Isid. or. X 200 ‖ 22 subulci pastores porcorum] cf. Isid. or. X 263 ‖ 23 et umidum est ... intrinsecus] exscr. Isid. diff. verb. 595 et or. XVII 5, 13

---

1 quem] quam *Dukerus recte, ut videtur* ‖ 2 oiectis *L, corr. l* ‖ 3 petrale *L, corr. l* ‖ produxit *Daniel* ‖ pudititia *L* ‖ 4 Diana miserata *Burmannus*: dianam irata *L* Diana irata *Daniel* ‖ 6 uiciasse *L* ‖ Casii *ego*: cassii *L* ‖ 8 locun-in-tur *et* urgeret *L* ‖ 9 iupiter *L* ‖ 10 et lusum *L* ‖ 11 uiuire *L* ‖ 12 locis *l* ‖ 14 ta//leum *L* (p *videtur deletum*) Talum *vel* Teleum *Vossius. fortasse* Talaum ‖ 16 OPILIO *ABHL*: OPPILIO *PR* ‖ propter ... upilio *om. B* ‖ ait upilio] duo p. p. posuit *R* ‖ 17 upilio] oppilio *AP* opilio *H* apilio *L* ‖ 18 OY.n.o.m.a. pro eo quod est o.no.ma OYPH pro eo quod O.P.H *L*: OYNONA (oinoma *R*) pro eo quod est (*om. A, add. a*) OPH (OYPH *H*) *ABPRH* ‖ 19 stulti] epitheton pastorum *add. B* ‖ 20 eauton timorumeno *A* eutontimorumeno *L* heauton timorumero *H, om. B* ‖ es] est *A* ‖ 21 ambulant] Subulci: porcarii *add. R* ‖ accipiunt] quidam dicunt ideo 'tardi', quia porci nusquam pascuntur, nisi radicitus effodiant herbam *e Bernensibus scholiis addidit Daniel* ‖ 23 pinguis] id est pinguis *BR* ninguidus *coni. Barthius advers.* XVIII 16 *p.* 924 ‖ umidum *L*: humidum *Serviani libri* ‖ 24 umoris *AL*: humoris *BPRHal* ‖ 26 clande *et* clandis *L*

21. AMOR ISTE *id est* tam inpatiens, tam turpis. *alii sic intellegunt 'unde', quod non dignus illo atque superbe fastidiebatur.*

22. *GALLE QVID INSANIS vult spem amoris desperatione sanare.* TVA CVRA LYCORIS paene inrisorie dictum est 'tua cura', id est pro qua tu ita es sollicitus, te reliquit. et bene cum alii interrogent, quasi deus Apollo divinat.

23. PERQVE HORRIDA CASTRA SECVTA *'horrida' semper; nunc propter bella civilia. et subtiliter* hic tangit Antonium, ut diximus supra ⟨1⟩.

25. QVASSANS concutiens.

26. QVEM VIDIMVS IPSI *utrum, quia praesentia numina agrestium, et ipse et fauni: an quia* solent numina plerumque se rusticis offerre: unde est ⟨VI 24⟩ satis est potuisse videri. notandum sane quod ea numina plerumque, quae amaverunt, dicit ad amatorem venire: nam Apollo amavit Daphnen, Pan Syringa, Silvanus Cupressum.

27. SANGVINEIS E. B. M. R. *ebulum genus est herbae sambuco simile. 'minio' autem ideo, quia* facie rubra pingitur Pan propter aetheris similitudinem: aether autem est Iuppiter. unde etiam triumphantes, qui habent omnia Iovis insignia, sceptrum, palmatam — unde ait Iuvenalis ⟨X 38⟩ in tunica Iovis —, faciem quoque de rubrica inlinunt instar coloris aetherii.

28. AMOR NON TALIA CVRAT quasi expertus *in Syringa* loquitur.

31. TRISTIS AT ILLE alii 'tamen' superioribus iungunt; sed melius ut sic legamus 'tamen cantabitis', ut sit sensus: licet ego duro amore consumar, tamen erit solacium, quia meus amor erit vestra cantilena quandoque. *videtur enim neque obiurgationes neque conso-*

---

1 turpis] ·puris *R*. Rogant: quaerunt interrogant. Galle quid insanis: id est aliis amoris causas quaerentibus apollo quasi diuinus causas exprimit *add. R* ‖ intelligunt *L* ‖ 2 quod . . . fastidiebatur *i. e. quod amor iste neque Gallo dignus erat et a Lycoride superbe fastidiebatur:* quod non dignus illo atque superet fastidi//ebatur *L* (d *videtur deleta*) q. n. d. i. a quo fastidiebatur *Masvicius* quod non dignus illa a qua superbe fastidiebatur *Burmannus* ‖ 5 pro *om. L, add. l* ‖ tu ita *RL*: uita *B* ita *APH* ‖ relinquid *L* ‖ 6 divinat] Per niues: per hiemem, siue etiam per alpes, ubi semper sunt niues *add. R* ‖ 8 ut supra dictum est *L* ‖ 10 *schol. ad v.* 25 *om. L, add. λ* ‖ 12 et ipse] *i. e. Pan* ‖ quia *l*: qui *L* ‖ solent enim numina *Serviani libri* ‖ 14 quae plerumque *A* ‖ plerumque *om. L, add. λ* ‖ quae *om. B* ‖ adamaverunt *L*, ad *del. l* ‖ ad amantem *A* ‖ 15 dafnin *vel* daphnin *libri*. Daphnem *Stephanus* ‖ siringa *B* syringa *H*: syringam *vel* siringam *reliqui* ‖ 16 cyparissam *L* (cupressum *supr. vers. λ*) ‖ 18 facie enim rubra *Serviani libri* ‖ 20 qui *om. AL* ‖ palmatam] palmatem *A*. togam qua utebantur illi qui palmam merebantur *add. Stephanus* ‖ 22 aetherii *AR*: aetheri *L* aetherei *BPHl* ‖ 24 alii *om. P* ‖ 25 ut sit sensus] ac si diceret *R* ‖ ego] ergo *A* ‖ 26 solacium *B*: solatium *reliqui* ‖ meus erit amor *A* ‖ vestra erit cantilena *R* ‖ 27 quandoque] haec quae nunc ego patior causa amoris *add. R* ‖ obiurgaciones neque consulationes *L*

lationes recipere obstinate moriturus; nihil enim ad dicta ab eis respondit. ARCADES pastores. et allegoricos ostendit Vergilius, quantum ei praestet amorem eius canendo.

33. OSSA QVIESCANT nam se dicit moriturum.

34. OLIM futuri temporis est modo.

36. AVT CVSTOS GREGIS *AVT MATVRAE VINITOR VVAE* ac si diceret: quid mihi cum urbibus, ubi sunt meretrices tam pulchrae quam perfidae? *'vinitor' autem vel custos vel cultor vinearum.*

38. QVICVMQVE FVROR omnis enim amor plenus furoris est. *QVID TVM SI FVSCVS AMYNTAS quasi ei obiectum sit, quod Amyntas fuscus esset, sic respondit: quid deinde, si fuscus est?*

40. *MECVM INTER SALICES videlicet alteruter, vel quisquis ille vel illa fuerit.*

42. HIC GELIDI FONTES HIC M. P. L. ac si diceret: quid te iuvat inter frigora Gallicana demorari? *et cum optasset aliud, iterum ad amatam rediit.*

43. *HIC IPSO AEVO id est flore aetatis.*

44. NVNC INSANVS AMOR hinc usque ad finem amatoris inconstantia exprimitur, cui electa displicent statim.

45. TELA INTER MEDIA ATQVE A. D. H. ex affectu amantis ibi se esse putat, ubi amica est, ut 'me' sit 'meum animum'.

46. NEC SIT MIHI CREDERE TANTVM '*tantum*', *quidam, id est tam longe abes, ut nolim credere, te tam longe abesse: vel certe:* modo es tu procul tantum a civitate, quae soles urbibus frui. et per parenthesin dictum est 'nec sit mihi credere', id est quod utinam non credam: *Terentius in Heautontimorumeno* ⟨I 2, 18⟩ *miserum? quem minus credere est.* hi autem omnes versus Galli sunt, de ipsius translati carminibus.

47. A DVRA quae et amatorem spernis et Gallicana potes frigora sustinere.

48. ME SINE SOLA VIDES hinc est sola domo maeret vacua.

---

5 Olim futuri temporis] cf. Non. p. 357, 32 ‖ 31 sola] A. IV 82

---

2 ARCHADES *L* ‖ 4 nam se dicit] hinc confirmat se *L* ‖ esse moriturum *RL* ‖ 13 illa *L*: ille *Daniel* ‖ 14 iuvat] o Licori *add. R* ‖ 15 demorari] cum hinc sint delectabilia loca. Aeuo; aetate *add. R* ‖ 16 amatam *ego*: amatum *L* ‖ 18 usque *om. P* ‖ 19 describitur *R* ‖ 22 id est *om. Daniel* ‖ 23 abes *ego*: abest *L* ‖ credere *Daniel*: creddere *L* crederes *supr. vers. l* ‖ 24 modo es tu *M*: modo est ut *ABPHR* ordo est tu *L* (ut λ) ‖ soles *M* (i. e. solita eras *supr. vers. m*): solis *ABPHR* solebas solis *L* ‖ 26 Terentius ... credere est *post* carminibus *hab. L, post* credam *collocavit Masvicius* ‖ coton timerummeno *L* ‖ miserumque *L* ‖ 27 minus *L*: nimis *Daniel* ‖ 29 gallica *L* ‖ potest *RL* gallica aptes *L Burmanni, unde* g. optes *Heinsius* ‖ 31 maeret] maneret *H*

(ME SINE S. V.) *nam meretrix sola esse non potest.* A TE NE FRIGORA LAEDANT *inconstantem animum expressit, miserantem et optantem.*

49. TENERAS PLANTAS *ostendit illam pulchram.*

50. IBO ET CHALCIDICO QVAE SVNT M. C. V. C. P. S. M. A. Euboea insula est, in qua est Chalcis civitas, de qua fuit Euphorion, quem transtulit Gallus. et hoc dicit: ibo et Theocritio stilo canam carmina Euphorionis. *alii dicunt ideo magis per Chalcidem Theocritum significari, quod de Chalcide profecti sint qui Naxum in Sicilia condiderunt. alii volunt ipsum Theocritum de Sicilia ad Chalcidem postea migrasse. circa hanc Chalcidem ille euripus est, qui septies in uno die aestu maris fluit ac refluit. sinus ipse, in quo supra dicta loca constituta sunt, Salganeus dicitur.*

52. SPELAEA graece ait pro speluncis.

54. CRESCENT ILLAE quasi ei iterum displicet, ne cum arboribus eius crescant amores. *sane breviter dictus iste totus sensus.*

55. MIXTIS LVSTRABO M. N. *ὑπαλλαγὴ pro 'inmixtus nymphis': multis enim unus miscetur.*

57. PARTHENIOS CANIBVS C. S. Parthenius mons est Arcadiae, dictus a virginibus, quae illic venari consueverant: *vel a Parthenio, Iovis filio, Arcadis fratre: vel quod ibi virginitas Callistonis delibata sit: vel quod Partheniae, Lacedaemonii, duce Phalanto ibi aliquando consedissent, priusquam in Italiam navigarent ac Tarentum conderent.* VETABVNT FRIGORA *quasi amore ardens loquitur.*

60. TAMQVAM HAEC SIT N. M. F. iam quasi ad se recurrit et illud, quod supra audiit, respicit ⟨28⟩ Amor non talia curat.

62. IAM NEQVE HAMADRYADES R. N. C. N. I. P. *amantis animum expressit, cui quod ante placuit, statim displicet.* HAMADRYADES nymphae, quae cum arboribus et nascuntur et pereunt. qualis fuit

---

10 circa hanc Chalcidem . . . refluit] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 333 || 13 Spelaea . . . speluncis] cf. Macrob. Sat. V 17, 15. Isid. or. XIV 9, 1 et XVI 3, 2

---

1 *lemma addidi. praeterea* miseratur Lycoridem *vel tale quid supplendum videtur* || non *Daniel*: ne *L* || 3 pulcram *L* || 6 theocriti stilo scribam *L* || 7 ide imagis *L, corr. Commelinus,* id ei magis *Daniel* || chalchidem teocritum *L* || 8 alchide *L,* calchide *l* || 9 teocritum *et* chalchidem *L* || 10 chachiden *et* euryppus *L* || 12 Salganeus *Masvicius*: salaeneus *L* || 14 *ad v.* 54 *sqq.* Tenerisque meos incidere a. a. c. i. c. a.: proponit esse inter speluncas in siluis et incidere in arboribus suos amores, sed quasi iterum ei d. ne . . . amores: nam et succisae arbores recrescunt. Interea mixtis l. m. n.: rursus aliud displicet. Lustrabo: circuibo. Menala: montes sunt *R* || ei] eum *PH* || 16 YTTAΛΛΑΓΗ *L* || inmixtis *L, corr. l* || 19 dicitur *A* || virginibus] id est *ἀπὸ τῶν παρθένων add. Stephanus* || consueverant] Partho: persico. Cydonea: spicula ex arbore cydone habentia hastas. Cornu: arcu *add. R* || pertenio *et* archadis *L* || 21 parteniae lacaedemonii duce fabulante *L, corr. Daniel. cf. schol. Dan. ad Aen.* III 551 || 23 amore *Daniel*: more *L* || 27 AMADRYADES *vel* AMADRIADES *libri* || 28 pereunt] *ἀπὸ*

illa, quam Erysichthon occidit: qui cum arborem incideret, et vox inde erupit et sanguis, sicut docet Ovidius. dryades vero sunt quae inter arbores habitant, *oreades quae in montibus. sane ab ovibus nymphae perimelides, a fluminibus naides, a pratis limonides, ab alimonia infantum curotrophae nominantur.* hoc autem ad superiora pertinet, quia dixerat ⟨55⟩ 'mixtis lustrabo Maenala nymphis'.

NEC CARMINA NOBIS IPSA PLACENT quia dixerat ⟨51⟩ 'carmina pastoris Siculi modulabor avena'.

63. IPSAE RVRSVS C. S. propter illud ⟨58⟩ 'iam mihi per rupes videor lucosque sonantes ire'. *'concedite' vero hic 'abite', supra aliter ⟨1⟩ concede laborem.*

65. NEC SI FRIGORIBVS M. H. B. ('mediis') manifestis. et hoc dicit, amore se carere non posse, nec si Hebrum, Thraciae fluvium, mediis frigoribus bibat, nec si aestibus nimiis fuerit in ardenti provincia. dicit autem hoc secundum physicos, qui morbos aut a contrariis aut a similibus asserunt posse depelli.

66. SITHONIASQVE NIVES Sithon mons est *vel gens* Thraciae, *a rege Sithone, patre Phyllidis, quae Demophoonta amavit.*

67. LIBER corticis pars interior.

68. VERSEMVS pascamus, *quoniam qui pascit, huc et illuc agit pecus, quod est versare, ut est in Aeneide* ⟨XII 664⟩ *tu currum deserto in gramine versas: aut exerceamus et tractemus, ut in undecimo* ⟨704⟩ *consilio versare dolos ingressus et item* ⟨II 62⟩ *seu versare dolos seu certae occumbere morti.*

69. *OMNIA VINCIT AMOR ET NOS CEDAMVS AMORI cuivis enim facilius quam Amori repugnatur, quod eleganter Plautus explicuit qui amans egens ingressus est princeps in Amoris viam, superavit aerumnis in suis aerumnas Herculis: nam cum leone,*

---

19 Liber...interior] exscr. Isid. or. XVII 6, 16 ‖ 26 Plautus] Persa I 1, 1 sqq.

τοῦ ἅμα καὶ τῆς δρυὸς add. Stephanus ‖ 1 erisicton *A* aerisicthon *P* erisicthon *M* crichton *R* ericthon *H* erycthon *L* ‖ 2 oboedius *AL*, ouidius *al* ‖ 4 perimelides *Munckerus ad Albrici phil. de deor. imag. lib.* VII *pag.* 910 *Staver.*: peribelides *L. ἐπιμηλίδας Graeci eas nymphas dicunt* ‖ Naiades *Daniel* ‖ limonides *ego*: limones *L* Limoniades *Daniel* ‖ 5 *expectatur* curotrophoe ‖ 7 NEC...avena *post* statim displicet (*p.* 125, 27) *hab. L* ‖ 8 habens (i supra n) *L* ‖ 10 Concedite: transite et discedite *R* ‖ 11 *ad v.* 64 Illum: amorem *R*. Non illum nostri p. m. l.: id est 'nec si frigoribus mediis Ebrumque bibamus *Masvicius* ‖ 12 mediis *addidi. cf. Serv. ad Aen.* II 377 ‖ manifestis et] manifestius *L* manifestissime *R* manifeste *vulgo* ‖ 13 ebrum *libri plerique* ‖ 15 prouintia *ARHM* ‖ 15 *et* 16 a *om. M* ‖ depelli] sic Theocritus (VII 111) *εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν οὔρεσι χείματι μέσσῳ Ἕβρον παρ' ποταμόν, τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτον, ἐν δὲ θέρει πυράτοισι παρ' Αἰθιόπεσσι νομεύοις add. Stephanus* ‖ 17 a rege...amavit *non edidit Daniel* ‖ 25 *ad v.* 69 Cedamus: concedamus *R*

cum excetra, cum apro Aetolico, cum avibus Stymphalicis, cum Antaeo me deluctari malueram, quam cum Amore.

70. HAEC SAT ERIT iam ad musas loquitur.

71. GRACILI FISCELLAM TEXIT HIBISCO ac si diceret: nisi hac re occupatus, minime canerem. allegoricos autem significat se composuisse hunc libellum tenuissimo stilo.

74. QVANTVM VERE NOVO VIRIDIS SE SVBICIT ALNVS *'vere novo' vel generaliter, vel sibi novo. 'viridis' autem pro tenera. et hoc dicit:* amo, inquit, Gallum, sed latenter, sicut arbores crescunt — nam comparatio ista hoc significat —, scilicet propter Caesarem. *'subicit' vero vel sursum iacit, vel subter iacit.*

76. *NOCENT* ET FRVGIBVS VMBRAE quanto magis hominibus? unde est in georgicis ⟨I 156⟩ et ruris opaci falce premes umbram, et item alibi ⟨I 121⟩ aut umbra nocet.

77. ITE DOMVM SATVRAE V. H. L. C. verecunde se capellarum dicit esse pastorem, id est vilissimorum animalium: nam bucolica scribens, debuit se dicere boum esse pastorem; sed vitans arrogantiam, ultimum se voluit esse, non principem in scribendis bucolicis: *quamvis alii dicant, ideo cum etiam capellarum se memorasse pastorem, quod apud nonnullos de capris propter abundantiam lactis vel fetuum maior fructus putetur, ut ipse ait densior hinc suboles, hinc largi copia lactis, et item quo minor est illis curae mortalis egestas.*

---

10 subicit ... iacit] cf. Non. p. 168, 34 sqq. et 387, 16 ‖ 21 densior] georg. III 308 ‖ 22 quo minor] georg. III 319

---

1 excetera *L* ‖ etolico *L* ‖ stymfacilis *L* stymfalicis *P. Daniel* ‖ 2 anthaeo *L* ‖ med' eluctari *Daniel* ‖ 3 musam *P* ‖ 6 stilo] hibiscus genus est fruticis. Pierides: nymphae a piero monte. Maxima: grata et delectabilia *add. R* ‖ 9 inquit *om. L* (*add. λ*) ‖ 10 'subicit' vero *ego*: subicitur rei *L* subicit *Masvicius* ‖ 18 non *ML*: *om. ABPRH* ‖ 23 finit bocolicon *B* EXPLICIVNT EGLOGAE *R* EXPLICIT *H.*

SERVII GRAMMATICI

IN VERGILII GEORGICON LIBRVM PRIMVM COMMENTARIVS.

Vergilius in operibus suis diversos secutus est poetas: Homerum in Aeneide, quem licet longo intervallo, secutus est tamen; Theocritum in bucolicis, a quo non longe abest; Hesiodum in his libris, quem penitus reliquit. hic autem Hesiodus fuit de Ascra insula. qui scripsit ad fratrem suum Persen librum, quem appellavit ἔργα καὶ ἡμέρας, id est opera et dies. hic autem liber continet, quemadmodum agri et quibus temporibus sint colendi. cuius titulum transferre noluit, sicut bucolicorum transtulit, sicuti Aeneidem appellavit ad imitationem Odyssiae: tamen eum per periphrasin primo exprimit versu, dicens: indicabo, quo opere et quibus temporibus ager colendus sit. ingenti autem egit arte, ut potentiam nobis sui indicaret ingenii coartando lata et angustiora dilatando. nam cum Homeri et Theocriti in brevitatem scripta collegerit, unum Hesiodi librum divisit in quattuor. quod ratione non caret. nam omnis terra, ut etiam Varro docet, quadrifariam dividitur: aut enim arvus est ager, id est sationalis; aut consitus, id est aptus arboribus; aut pascuus, qui herbis tantum et animalibus vacat; aut

15 nam ... floribus] exscr. Isid. or. XV 13, 6

INCIPIT LIBER PRIMVS EXPLANATIONVM GEORGICON *A* COMMENTARIORVM SERVII GRAMMATICI IN GEORGICON LIBER I INCIPIT *P* INCIPIT LIBER PRIM̓ EXPLANATIONV̄ GEORGICON *H* INCIPIT LIBER ·I· EXPL̃I GEORGIC̃ *M* ‖ 1 Vergilius *L* ‖ 2 aeneade *H* ‖ 3 esiodum *APHM* Isiodum *V* ‖ 4 libris] quattuor *add. V* ‖ esiodus *AM* isiodus *V* ‖ ascrea *in ras. a* ‖ 5 insula *libri*: civitate *vulgo* ‖ appellant *V* ‖ 6 ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑC *L*: erga ΚΑΙ emeras *APH* erga ΚΕ Ι///meri/// *V* erga ΚΑΙ meras *M* ‖ 8 sicuti aeneidem *P*: sicut aeneidem *HM* sicut aeneiden *L* sicut in aeneidem *A* sicut in aeneidem *V* (in *del. v*) ‖ 9 odissiae *APVM* ‖ per *om. V* ‖ 10 primo] in primo *M* ‖ 12 coarctando *P* ‖ angusta *V* ‖ 13 Theocriti] prolixitatem *add. V, edidit Stephanus* ‖ in *om. L* ‖ breuitate *M* ‖ scriptā *V* ‖ 14 esiodi *AVHM* ‖ divisit] dixit *L* diuidit *H* ‖ 16 arvus] arbus uel arbuus *V*

floreus, in quo sunt horti apibus congruentes et floribus. male autem quidam georgicorum duos tantum esse adserunt libros, dicentes georgiam esse γῆς ἔργον, id est terrae operam, quam primi duo continent libri — nescientes tertium et quartum, licet georgiam non habeant, tamen ad utilitatem rusticam pertinere; nam et pecora et apes habere studii est rustici. licet possimus agriculturam etiam in his duobus sequentibus invenire: nam et farrago sine cultura non nascitur, et in hortis colendis non minorem circa terras constat inpendi laborem. et hi libri didascalici sunt, unde necesse est, ut ad aliquem scribantur; nam praeceptum et doctoris et discipuli personam requirit: unde ad Maecenatem scribit, sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Memmium. sane agriculturae huius praecepta non ad omnes pertinent terras, sed ad solum situm Italiae, et praecipue Venetiae, teste ipso Vergilio, qui ait ⟨II 174⟩ tibi res antiquae laudis et artis ingredior, cum de Italia diceret.

1. QVID FACIAT LAETAS SEGETES *fertiles, fecundas, id est* quae res terras pingues efficiat; nam segetem modo pro terra posuit: sic alibi horrescit strictis seges ensibus. pingues autem efficit terras, ut paulo post dicturus est, cinis, intermissio arandi, incensio stipularum, stercoratio. unde etiam 'laetas' ait; nam fimus, qui per agros iacitur, vulgo laetamen vocatur. *sane 'quid faciat' non interrogat, sed pollicetur.* QVO SIDERE TERRAM quo tempore, ex sideribus enim tempora colliguntur. et sciendum quattuor primis versibus textum sequentium quattuor librorum per ordinem contineri. *sane sidus proprie est quod in se plures continet stellas, sed a poetis confuse ponitur.*

2. *TERRAM VERTERE περιφραστικῶς arare.* VLMISQVE ADIVNGERE VITES *subauditur 'quo sidere'. et hoc* secundum Italiae situm

---

19 alibi] A. VII 526 ‖ pingues . . . stercoratio] cf. Isid. or. XVII 2, 1 ‖ 21 nam fimus . . . vocatur] cf. Isid. or. XVII 2, 3

---

1 floreus *PH*: florus *L* floridus *VMa* floribus *A* ‖ horti *PLa*: orti *reliqui* ‖ 2 quidam] quia *L* ‖ esse *om. L* ‖ 3 georgiam *PH*: georgicam *reliqui* ‖ ΓΗC ΗΡΥΠΟΝ *PH*: ΓΗC ΕΡΓωΝ *L* ‖ opera *ex* opere *A* operum *L* ‖ 4 georgiam *APVM*: georgian *L* georgicam *H* ‖ 6 rusticis *H* ‖ 8 et *ante* in *om. L* ‖ ortis *PHM* ‖ non minorem, quam circa terras, constat *vulgo* ‖ 9 inpendi] esse *L* ‖ et] at *V* ‖ sunt] id est praeceptoris *add. A* ‖ 10 praeceptum] praecepturis *H* ‖ 11 requirit] reliquit *A* ‖ esiodus *AVHM* ‖ 14 uergilio *L* ‖ 18 segetem enim *L* ‖ 19 ensibus *PLa*: sentibus *AVM* ẹssentibus *H* ‖ 20 incendium *V* ‖ 22 vulgo *om. A* ‖ dicitur *L* ‖ 26 contineri] VERTERE arando scilicet. MECENAS uocatiuus. Hic autem est cuius rogatu hos libros edidit et ad quem eos scripsit *add. R* ‖ 28 perifrasticos *L*

locutus est, in qua vites altius elevantur: sic alibi ⟨II 89⟩ non eadem arboribus pendet vindemia nostris. *hoc autem rustici maritare dicunt.*

3. *CONVENIAT expediat, ut* ⟨I 254⟩ *remis convellere marmor conveniat, vel certe aptum sit.* QVAE CVRA BOVM QVI CVLTVS H. S. P. aut in sequenti epexegesis est, ut hoc sit 'qui cultus habendo sit pecori', quod est 'quae cura boum': aut certe *κατ' ἐξοχήν* ait boves et postea intulit cetera *pecora*, ut maius animal separaret a minoribus, sicut de hominibus facit, dicens reliquias Danaum atque inmitis Achilli. HABENDO *autem* dum habentur, ut habeantur. *et alibi* ⟨II 250⟩ *sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. dativum ergo pro genetivo posuit; nam 'habendorum pecorum' facit, sicut 'apium parcarum'. et cultum hic habitudinem corporis significat, alias ornatum: Sallustius cultu corporis ornata egregio et cultu quam maxime miserabili Romam venit. alias ad animum refertur, ut quis neque mos neque cultus erat, Sallustius indocti incultique vitam sicuti peregrinantes transigere.*

4. *QVANTA quam magna.* EXPERIENTIA *vel* usu nata doctrina, *hoc est ἡ πεῖρα, vel notitia.* PARCIS autem servatricibus frugi, quae mella custodiunt.

5. *HINC CANERE INCIPIAM pro 'dehinc' vel 'deinceps': non ergo ab apibus, sed 'quid faciat laetas segetes'.* VOS O CLARISSIMA MVNDI LVMINA LIBER ET ALMA CERES stoici dicunt non esse nisi unum deum, et unam eandemque esse potestatem, quae pro ratione officiorum nostrorum variis nominibus appellatur: unde eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem vocant; item Lunam eandem Dianam, eandem Cererem, eandem Iunonem, eandem Proserpinam dicunt. secundum quos pro Sole et Luna Liberum et Cererem invocavit.

---

9 reliquias] A. I 30 ‖ 14 Sallustius] hist. IV 45 Dietsch. 4 Kritz. ‖ 15 cultu] Iug. 33, 1 ‖ 16 quis] A. VIII 316 ‖ 17 Sallustius] Cat. 2, 8 ‖ 24 stoici ... eandem Proserpinam dicunt] exscr. mythogr. II prooem. ‖ 29 secundum ... invocavit] cf. Macrob. Sat. I 16, 44

---

4 CONVENIAT ... aptum sit *om. Daniel* ‖ 5 QVIS *V* ‖ 6 efexegesis *libri* ‖ habendus *PH* ‖ 7 quod est *om. V* ‖ cat hexochen *libri* ‖ 8 maiora animalia *V* ‖ 9 dicit *P* ‖ relliquias *a* ‖ 10 i. a. *AHM* ‖ dum habetur ut habeatur *VM* ‖ 11 et] ut *vulgo* ‖ 13 pargarum *L* ‖ 19 usu nata doctrina *L*: u. s. u. natura doctrina *P* usu doctrina natura *H* usus natura doctrina *AVM* ‖ 20 Η ΠΕΙΡΑ *L* ‖ autem *om. L* ‖ frugum *V* ‖ 21 custodiunt] nec prodige expendunt *add. R* ‖ 22 erga *L* ‖ 25 unam] deam *add. AVM et mythogr. sed cf. Serv. Aen.* IV 638 ‖ eademque esse potestate *A et mythogr.* ‖ pro *om. H* ‖ 26 eundem *ante* Solem *fortasse secludendum* ‖ 30 inuocabit *L*

6. *LVMINA 'numina' fuit, sed emendavit ipse, quia postea ait* ⟨10⟩ *'et vos agrestum praesentia numina fauni'.* *LABENTEM currentem vel cito transeuntem.* QVAE DVCITIS ANNVM quorum cursu tempora computantur; nam per lunam mensis, per solem annus ostenditur. *vel certe deducitis per duodecim sidera; aut 'ducitis' pro 'finitis', ut* ***noctem custodia ducit*** *et alibi* ⟨III 379⟩ ***hic noctem ludo ducunt.***

7. ALMA CERES 'alma' ab alendo, 'Ceres' a creando dicta. *quamvis Sabini Cererem Pandam appellent, Liberum Loebasium, dictum autem, quia graece λοιβή dicitur res divina. vel ideo simul Liberum et Cererem posuit, quia et templa eis simul posita sunt et ludi simul eduntur.* *VESTRO* SI MVNERE *quoniam sine cibo et potione vivere non possumus: vel 'munere' beneficio, ut* ***et munere victor amici.*** *'si' autem hic pro* siquidem; nam 'si' *modo* confirmantis est: ***Terentius non, si redisset, pater ei veniam daret.***

8. CHAONIAM P. G. M. A. Epiroticam, a loco, in quo abundant glandes, quibus antea homines vescebantur. et modo speciem pro genere posuit; non enim aut in Epiro tantum glandes fuerunt, aut de solo Acheloo homines potare consueverant. sane 'Acheloia' non praeter rationem dixit: nam, sicut Orpheus docet, generaliter aquam veteres Acheloum vocabant. sed quia specialiter quidam fluvius Achelous dicitur, aut species est pro genere, aut secundum antiquitatem est locutus. PINGVI ARISTA aristam modo pro frumento posuit. et adfectate ait pinguem aristam, cum proprie arista ab ariditate sit dicta. *CHAONIAM P. G. M. A. Epiroticam. quae cur Chaonia dicta sit, in tertio Aeneidis* ⟨334⟩ *plenius habes. et hic ideo Epiroticam a loco, in quo abundant glandes, quibus antea homines vescebantur: vel quod ibi quercus Iovi Dodonaeo sacrata, quae hominibus responsa reddebat. ex hac, cum fuisset excisa, columbae, quae vaticinabantur, volasse dicuntur. et modo speciem pro genere posuit; non enim aut in Epiro tantum glandes fuerunt, aut de solo Acheloo homines potare consuerant. 'pingui' autem 'arista' modo pro frumento posuit. et affectate ait pinguem aristam, cum proprie arista ab aridi-*

---

6 noctem] A. IX 164 ‖ 8 alma ab alendo] cf. Isid. diff. verb. 498 ‖ Ceres ... dicta] cf. Isid. or. VIII 11, 59 ‖ 13 munere] A. V 337 ‖ 14 Terentius] Phorm. I 2, 69 ‖ 24 cum proprie...dicta] cf. Isid. or. XVII 3, 16

---

4 computamus *M* ‖ menses *LH* ‖ 8 LIBER ET ALMA CERES *L* ‖ dicitur *P* ‖ 9 Pandam *Preller Roem. Mythol.* II[3] *p.* 224 *adnot.* 4: panem *L* ‖ Sebasium *Vossius* ‖ 10 loebe *L* ‖ 16 CHAONIAM ... ab ariditate sit dicta *om. L* ‖ habundant *libri* ‖ 19 consueuerunt *VHM* ‖ 21 acheloam *V* ‖ quia] qui *P* quod *a* ‖ 22 dicitur *ex* dicatur *P* ‖ 24 adfectate] id est inproprie vel ornate *supr. vers. m* ‖ 26 ideo *om. Daniel* ‖ 27 habundant *L* ‖ 28 doloneo *L* ‖ 33 proprio *L*

tate sit dicta. 'glandem' vero 'mutavit arista' ita ait, ut 'togam paludamento mutavit'. POCVLAQVE INVENTIS ACHELOIA MISCVIT VVIS *Achelous Terrae fuisse filius dicitur, ut solet de his dici, quorum per antiquitatem latent parentes. hic cum de Melpomene vel, ut quidam dicunt, de Calliope musa sirenas habens filias amisisset et maerore conficeretur, auxilium matris oravit, ut sibi seni luctus remedium praestaret. quae miserans filium patefactis antris intra se obruit, cui postea ut perennem famam nominis daret, in Aetolica regione fluvium eiusdem vocabuli nasci fecit, quem nonnulli de Pindo, monte Thessaliae, oriri adserunt. circa hunc Staphylus, Oenei pastor, cum animadvertisset ex capellis unam esse pinguissimam, intellexit id pabuli ubertate fieri. secutus itaque eandem cum vidisset uvis vesci, admiratus et novitatem et dulcedinem, decerptum fructum pertulit regi. qui cum liquorem expressisset, a suo nomine appellavit* οἶνον, *ab inventore* σταφυλήν. *sed Hercules cum propter uxorem Deianiram cum Acheloo contenderet, cornu eius unum fregit, quod graece* κέρας *dicitur, unde miscere poculum apud Graecos* κεράσαι *dicitur. sed hic Acheloum non praeter rationem dixit: nam, sicut Orpheus docet, et Aristophanes comicus et Ephorus historicus tradunt,* Ἀχελῷον *generaliter propter antiquitatem fluminis omnem aquam veteres vocabant. ergo quia specialiter Achelous Graeciae fluvius dicitur, aut species est pro genere, aut secundum antiquitatem est locutus.*

10. ET VOS AGRESTVM P. N. F. id est propitia, ut nec tam praesentes alibi cognoscere divos, quorum praesentia favor est. et bene de diversis rebus dicturus diversa invocat numina. *hoc enim et in sacris fieri solebat, ut post specialia ad eam rem, de qua agebatur, invocata numina omnes dii vel deae confuse invocarentur.* PRAESENTIA NVMINA FAVNI *'praesentia', quoniam dicuntur usque ad ea tempora, quibus fuit Faunus, qui dictus est a fando, visa esse numina. quidam faunos putant dictos ab eo, quod frugibus faveant. Cincius et Cassius aiunt ab Euandro Faunum deum appellatum ideoque aedes*

---

17 sed hic ... vocabant] cf. Macrob. Sat. V 18, 4 sqq. ‖ 23 nec tam] buc. I 41 ‖ 30 Cincius et Cassius] p. 41, 1 et 96, 1 Pet. ‖ 31 ideoque ... dicta] cf. Isid. or. XV 4, 8

---

1 togam *Salmasius Plin. exerc. p.* 137 *D*: coiam *L* ‖ 2 mutavit] ut. *add. Daniel* ‖ achelois *L, corr. Commelinus* ‖ 5 musa *om. Daniel* ‖ 6 orauis *L* ‖ 7 intra se obruit *Daniel*: intrases obruit *L* *an* intra se sorbuit? ‖ 10 animadverteret ex capris *Daniel* ‖ 11 ubertate *Masvicius*: libertate *L* ‖ 12 admiralus *L* ‖ 13 protulit *Daniel* ‖ 14 vocavit *Daniel* ‖ oenon ab inventor. ẽ. afylen *L* ‖ 15 deianeram *L* ‖ 16 ceras *L* ‖ unde ... dicitur *om. Daniel* ‖ 17 caerasae *L* ‖ 19 euphorus *L, corr. Commelinus* ‖ acheloon *L* Acheloum *Daniel* ‖ 24 praesens *P* ‖ favor] id est adiutorium *supr. vers. m*

sacras 'faunas' primo appellatas, postea fana dicta, et ex eo, qui futura praecinerent fanaticos dici.

11. FAVNIQVE PEDEM *cum unus Faunus sit, cur pluraliter posuit? sed Varro ad Ciceronem* ⟨VII 36⟩ *ita ait* (*Fauni*) *dii Latinorum, ita ut* (*et*) *Faunus et Fauna sit.* † *per ex versibus quos vocant Saturnios, in silvestribus locis solitos fari futura atque inde faunos dictos.* FERTE SIMVL FAVNIQVE P. 'pedem ferte' aut simul venite, aut date carmini meo facilitatem, quod utique pedibus continetur, ut sit 'ferte pedem' metricam praestate rationem. DRYADESQVE PVELLAE *dryades a quercubus, quod iam supra dictum est.*

12. CVI PRIMA F. F. E. M. T. P. T. *antiquissimi libri 'fudit aquam' plerique habuerunt, quoniam Neptunus fluminibus et fontibus et aquis omnibus praeest, ut ipse docet* ⟨IV 29⟩ *aut praeceps Neptuno inmerserit eurus; sed melius 'equum' propter armenta. in Corn. 'equm', in authentico 'aquam', ipsius manu 'equm'.* fabula talis est: cum Neptunus et Minerva de Athenarum nomine contenderent, placuit diis, ut eius nomine civitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtulisset. tunc Neptunus percusso litore equum, animal bellis aptum, produxit; Minerva iacta hasta olivam creavit, quae res est melior conprobata et pacis insigne. ut autem modo Neptunum invocet, causa eius muneris facit, quia de equis est dicturus in tertio: alioquin incongruum est, si de agricultura locuturus numen invocet maris. equum autem a Neptuno progenitum alii Scythium, alii Scyronem, alii Arionem dicunt fuisse nominatum. et ideo dicitur equum invenisse, quia velox est eius numen et mo-

---

10 supra] buc. X 62 ‖ 16 cum Neptunus ... pacis insigne] exscr. mythogr. I 2; II 119; III 5, 4 ‖ 23 equum ... habere dicunt] exscr. mythogr. II et III l. l.

---

3 sese, *quod Daniel post* posuit *edidit, non est in Lemovicensi* ‖ 4 Fauni *et* et *e Varronis libro addidi* ‖ 5 per ex *L. fortasse* fertur eos. *cf. Varr. l. l. 'hos versibus, quos vocant Saturnios, in silvestribus locis traditum est solitos fari, a quo fando Faunos dictos'* ‖ 7 PEDEM FERTE SIMVL *L* ‖ pedem *om. PV* ‖ 10 DESQVE *L* (DRIADESQVE *l*) ‖ quaercubus *L, sed* aer *in ras. l* ‖ 11 FVNDIT EQVM antiquissimi libri ... ut ipse docet aut (*'aut' in ras. l*) praeceps neptuno inmerserit eurus set melius (*'melius' in spatio XIV litterarum P. Daniel*) equm propter armenta *post* in Aegeo mari (*p.* 135 *l.* 2) *iterata et haec addita sunt* in corn. equm in euthentico aquam ipsius manu equm, *quae Daniel huc transposuit* ‖ 12 fluminibus] et fluminibus *Daniel* ‖ *inter* et *et* fontibus *tres litterae radendo deletae in L* ‖ 13 omnibus aquis *Daniel* ‖ inmerseri aurus *L* ‖ 15 est] eius *L* ‖ 18 optulisset *LVM* ‖ 19 iactata *m* ‖ 20 et pacis insigne] *om. L,* quia pacis insigne *Fabricius* ut pacis insigne *coni. Burmannus* ‖ 22 incongruum esset *Lion* ‖ 23 martis *M* ‖ 24 scythium *M*: scithium *APV* scynthium *H* scithium alii chitum *L.* Σκύφιος *equus a Neptuno creatus appellatur a schol. Pind. Pyth.* IV 246, *et a Tzetze ad Lycophr. v.* 767. *cf. Welcker Griech. Mythol.* II *p.* 672 *sq.* ‖ Scyronem *ego*: sironem *A* schironem *LV* cyronem *H* scironem *M.* alii Scyronem *om. P. cf. Tzetzes l. l.* Σκύφιος ... ὁ καὶ Σκυρωνίτης λεγόμενος ‖ nominatim *A*

bile, sicut mare: unde etiam Castor et Pollux, quia eorum velocissimae stellae sunt, equos in tutela habere dicuntur. *sane hunc equum cuiuscumque nominis alii apud Arcadiam, alii in Thessalia editum dicunt, in qua etiam montem altissimum ostendunt, ubi primum equus visus sit, in tantum, ut ob hanc causam a Thessalis Neptuno equestre certamen memorent institutum: unde apud Graecos ἵππιος Ποσειδῶν, a nobis equester Neptunus. alii hanc eandem de equo opinionem varie adserunt: nam primum equum et mox pullum equinum matre editum tradunt. quidam marem magis pullum initio editum volunt. nonnulli Saturno, cum suos filios devoraret, pro Neptuno equum oblatum devorandum tradunt: unde Illyricos quotannis ritu sacrorum equum solere aquis inmergere; hoc autem ideo, quod Saturnus umoris totius et frigoris deus sit. 'prima' autem multi pro 'olim' accipiunt, ut prima quod ad Troiam p. c. g. A. alii 'prima' ideo, quod post Scythium Arionem genuit. nonnulli vero ob hoc 'cui prima frementem fudit aquam' legunt, quod veteres murmura aquae fremitum dicebant: Ennius ager oppletus imbrium fremitu et denuo ratibusque fremebat imber Neptuni, Vergilius in XI.* ⟨299⟩ *vicinaeque fremunt ripae c. u. ergo 'prima' pro 'primum', quia et Pegaso fontem in Boeotia icta eius ungula fudit: aut 'prima tellus', id est litus, ut primaque vetant considere terra.*

14. ET CVLTOR NEMORVM CVI P. C. Aristaeum invocat, id est Apollinis et Cyrenes filium, quem Hesiodus dicit Apollinem pastoralem. hic, ut etiam Sallustius docet, post laniatum a canibus Actaeonem filium matris instinctu Thebas reliquit et Ceam insulam tenuit primo, adhuc hominibus vacuam: postea, ea relicta, cum Daedalo ad Sardiniam transitum fecit. *huic opinioni Pindarus refragatur, qui eum ait de Cea insula in Arcadiam migrasse ibique vitam coluisse: nam apud Arcadas pro Iove colitur, quod primus ostenderit, qualiter apes debeant reparari, ut ait poeta de hoc ipso Aristaeo*

---

2 sane hunc equum e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 42 ‖ 14 prima] A. I 24 ‖ 17 Ennius] inc. nom. rel. XV p. 66 Ribb. ‖ ratibusque] ann. v. 489 p. 73 Vahl. ‖ 21 primaque] A. I 541 ‖ 23 Hesiodus] cf. schol. Pind. Pyth. IX 5 sq. fragm. CXLIV p. 336 apud Markscheffelium ‖ 24 hic ... transitum fecit] exscr. mythogr. II 82 ‖ Sallustius] hist. II 5 Dietsch., 7 sq. Kritz. ‖ 27 Pindarus] cf. Bergk poet. lyr. gr. ed. IV I p. 461

---

3 equm *et hic et infra L* ‖ 4 qua *ego*: quo *L* ‖ 6 unde] unde ut *Daniel* ‖ ippios posidon *L* ‖ 10 filios *om. Daniel* ‖ 11 ritus agrorum *L, corr. Daniel* ‖ 12 humoris *L* ‖ 15 scytium *L* ‖ 16 quae *L*, aquae *P. Daniel* ‖ 18 uergilius *L* ‖ in nono *L* ‖ 19 pro 'primum' *scripsi*: aproprium *L* aut proprium *Daniel* ‖ 20 boetia *L* ‖ 21 consistere *Vergilius* ‖ 22 arisea *L* ‖ 23 cyraene *L* ‖ esiodus *APHM* isiodus *V* ‖ 25 afiteonem *A* ‖ matris instinctu *om. L* ‖ ceam *LV*: cheam *AHM* chean *P* Chion *mythogr.*

⟨IV 283⟩ *tempus et Arcadii memoranda inventa magistri pandere.* *'cultor' autem pro incola. Cea vero insula in Aegeo mari.*

15. *DVMETA frutices.*

16. *IPSE NEMVS LINQVENS PATRIVM PAN OVIVM CVSTOS Pindarus Pana (Mercurii) et Penelopae filium dicit: unde multi 'patrium' pro 'paternum' accipiunt eo, quod Pan non Arcas sit, sed Ithacesius, ut a patre, non a patria vox haec videatur detorta, quia (Mercurius) in Arcadia genitus.* LYCAEI montis Arcadiae.

17. *PAN OVIVM CVSTOS ideo Lyceus Pan ovium custos, quod lupos ab ovium gregibus depellat.* SI TIBI siquidem tibi. MAENALA mons Arcadiae, dictus ἀπὸ τῶν μήλων, id est ab ovibus, quibus plenus est.

18. TEGEAEE vocativus est a derivatione Tegei, oppidi Arcadiae. et Tegeum tribrachys est, 'Tegeaee' paeon tertius. *FAVENS pro 'volens' et per hoc propitius; 'favere' enim veteres etiam velle dixerunt: Ennius matronae moeros complent spectare faventes. nonnumquam favere et pro 'tacere' ponitur, ut idem Ennius ore faventes et Vergilius in quinto ⟨71⟩ ore favete omnes. OLEAEQVE MINERVA INVENTRIX eo tempore, quo adversum Neptunum de nomine civitatis contendit, quod iam supra dictum est. cui fabulae hoc additur, quod, postquam Minerva inventa olea Neptunum vicerit, indigne ferens Halirrhothius, Neptuni filius, oleas coepit excidere: cui, dum hoc facit, ferrum de manubrio decidit et ei caput amputavit. Neptunus vero, dolens filii sui obitum, Martem homicidii coepit arguere. inde effectum est, ut Mars et Neptunus de hac re iudicium apud Athenas*

---

4 Pindarus] cf. Bergk poet. lyr. gr. ed. IV I p. 406 ‖ 16 Ennius] ann. v. 376 p. 56 Vahl. ‖ 17 Ennius] ann. v. 415 p. 62 Vahl. ‖ 20 cui fabulae e. q. s.] cf. schol. vet. in Iuven. IX 101

---

5 Mercurii *inserui. cf. schol. Dan. ad Aen.* II 44. et penelope *L* ex Penelope *Daniel* ex Apolline et Penelopa *Bergkius coni. Leidensi commentario, qui haec habet 'Pana Pindarus ex Apolline et Penelopa in Lycaeo monte editum scribit'. cf. schol. Bern.* ‖ 7 Mercurius *inserui* ‖ iner cadia *L, ut inter* iner *et* cadia *octo fere litterarum spatium relictum sit* ‖ 8 Arcadiae] λύκος graece dicitur lupus unde in lyceo quibusdam sacris degustatis uertebantur in lupos: et post decem annos uertebantur in pristinum statum si hominum carnibus non uescebantur *add. Paris.* 7965. *ediderunt haec Masvicius et Burmannus* ‖ 9 Lyceus *Commelinus*: lycaeus *L* Lycus *Daniel* ‖ 10 SI TIBI MENALA si tibi si quidem tibi *L* ‖ tibi *om. APM* ‖ maenala autem *L* ‖ 11 απο τωΝ ΑΛΗΑωΝ *P* απω ΤΟΝ ΑΑΝωΝ *V* ΑΤ ΟΤωΝ ΜΗΑωΝ *L* απο τωΝ ΑΑΗΑωΝ *M* ‖ ab ovibus] a bubus *V* ‖ 13 TEGEAEE *VHM*: TEGEEE *A* TEGEAE *PL* ‖ uocatus *L* ‖ deriuationem *M* ‖ Tegei] tege *V* ‖ 14 Tegeus *L* ‖ tribrachus *AHM* tribracus *P* tribrachis *LV* ‖ tegeaee *AM*: tegeae *PV* tegeus *L* tegei *H* ‖ 17 tacere *Daniel*: tegere *L. cf. Serv. et schol. Dan. ad Aen.* V 71 ‖ Ennius *P. Daniel in marg.*: en inris *L* ‖ 18 uergilius *L* ‖ 22 alisotheus *L*, *corr. Masvicius* ‖ 23 de manu briio *L* ‖ 24 omicidii *L*

experirentur, unde locus, ubi iudices sederunt, Ἄρειος πάγος, iudices Atheniensium ἀρεοπαγῖται appellantur.

19. VNCIQVE PVER MONSTRATOR ARATRI alii Triptolemum, alii Osirim volunt: quod magis verum est, *ut dicit Propertius, vel Tibullus;* nam Triptolemus frumenta divisit. *quod munus ei Ceres dedit propter humanitatem patris Icari, qui eam, cum Proserpinam raptam in coniugium a Plutone quaereret, in Attica suscepit hospitio.* bene autem tacuit de nomine et generaliter ait 'puer'; nam non unus aratrum toto orbe monstravit, sed diversi in diversis locis. *alii talem de hoc Triptolemo fabulam tradunt. Ceres cum Proserpinam filiam quaereret, ad Eleusinum regem devenit, cuius uxor Cyntinia puerum Triptolemum pepererat, seque nutricem pueri amore ducta simulavit reginae. sed nutrix recepta cum vellet alumnum suum inmortalem reddere, interdiu eum lacte divino alebat, noctu in ignem clam obruebat; itaque praeterquam solent mortales crescebat. id sic fieri cum pater admiraretur, nocturno tempore observavit. cum Ceres vellet puerum in cinere et in igne abscondere, pater exclamavit. illa irata Eleusinum exanimavit, Triptolemo alumno suo aeternum beneficium dedit: nam ad fruges portandas currum draconibus iunxit deditque ei, quibus ille vectus orbem terrarum frugibus obseruit. quem, postquam domum rediit, cum Cephalus rex interficere voluisset, re cognita iussu Cereris Triptolemo regnum tradidit. qui accepto regno oppidum constituit et ex patris nomine Eleusinum nominavit Cererique sacra primus instituit, quae θεσμοφόρια graece dicuntur. Varro de scaenicis originibus vel in Scauro Triptolemum dicit, Nigidius sphaerae barbaricae sub virginis signo aratorem, quem Horon Aegyptii vocant, quod Horon Osiridis filium ab hoc educatum dicunt. ergo Osiris significatur, ut Philostephanus περὶ εὑρημάτων; vel Epimenides, qui postea Buzyges dictus est secundum Aristotelem.*

4 Tibullus] I 7, 29 sqq. | 9 alii talem e. q. s.] cf. Hyg. fab. 147 p. 21 Schm.; mythogr. II 96 et 97; Luct. Plac. ad Stat. Theb. II 382 | 24 Varro de scaen. or. vel in Scauro] fragm. I apud Riesium p. 256 | 29 secundum Aristotelem] fragm. 386 p. 263, 24 Rose

1 areos pagos *L* | 2 areopagithe *L* | 4 osirin *AL* | 6 captam *Daniel* | 7 in *supr. vers. l* | bene autem ... in diversis locis *om. L* | 11 aleusinum *L* | Cothonea *Hyginus* Cytinia *coni. Bursianus* | 12 peperat *L*, *corr. l* | 13 inmortale *L* | 14 eum] cum *Daniel* | 15 solebant *Daniel* | 17 exclamavit] expavit *Hyginus* | 20 obseruit] *cf. Neue Formenl.* II[3] *p.* 490 | 21 re cognita iussu *Hyginus*: per cognita iussu *L* per cognita iussa *Daniel* | 24 thesmoforia *L* | graece ... dicit] graece dicunt, ut ait Varro de scenicis originibus II et in Scauro. Triptolemum dicit *e. q. s. coni. Riese l. l. et prol. p* 37 *adnot.* 7. *cf. Ritschl de Varr. logist. gr. opusc. vol.* III p. 411 | 25 saferae *L* | 26 aratorq: morona egyptii *L* aratorem *Masvicius*, Horon *ego* | 27 filostephanus peri eurem aton *L* | 28 buziges *L* | 29 aristotelen *L*

20. ET TENERAM AB RADICE FERENS SILVANE C. Silvanus deus est silvarum. hic amavit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam cervam. hanc cum Silvanus nescius occidisset, puer est extinctus dolore: quem amator deus in cupressum arborem nominis eius vertit, quam pro solacio portare dicitur. *sane in bucolicis* ⟨X 24⟩ *alium illi habitum dedit venit et agresti capitis Silvanus honore. quidam Silvanum primum instituisse plantationes dicunt, ideo 'tenera ab radice' poetam dixisse. an 'ab radice tenera', quia caesa cupressus dicitur non renasci, id est invalida? an ab radice tenens?*

21. DIQVE DEAEQVE OMNES post specialem invocationem transit ad generalitatem, ne quod numen praetereat, *more pontificum,* (*per*) *quos ritu veteri in omnibus sacris post speciales deos, quos ad ipsum sacrum, quod fiebat, necesse erat invocari, generaliter omnia numina invocabantur.* quod autem dicit 'studium quibus arva tueri', nomina haec numinum in indigitamentis inveniuntur, id est in libris pontificalibus, qui et nomina deorum et rationes ipsorum nominum continent, quae etiam Varro dicit. nam, ut supra ⟨5⟩ diximus, nomina numinibus ex officiis constat inposita, verbi causa ut ab occatione deus Occator dicatur, a sarritione Sarritor, a stercoratione Sterculinius, a satione Sator. *Fabius Pictor hos deos enumerat, quos invocat flamen sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri: Vervactorem, Reparatorem, Inporcitorem, Insitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem, Messorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem.* TVERI *pro 'tuendi' aut 'tuendorum'.*

22. *QVIQVE NOVAS ALITIS id est omnes qui hoc potestis.* NON NVLLO SEMINE id est aliquo. et hoc dicit: qui a nobis iacta semina vestris seminibus alitis. semina autem dicit deorum caeli temperiem, pluvias, terrae rorem. *vel 'non ullo semine' ab hominibus scilicet iacto, ut* ⟨II 49⟩ *quippe solo natura subest.*

1 Silvanus ... portare dicitur] exscr. mythogr. I 6; II 178 ‖ 21 Fabius Pictor] in iuris pontificii libris. cf. Peter hist. Rom. rell. p. 112, 12. Huschke iurispr. anteiustin. ed. IV p. 4, 6

1 TENEREM *L* ‖ 5 eius] sui *V* ‖ euertit *A* conuertit *M* ‖ 9 cupressos *L* ‖ id est *ego*: .idē. *L* idem *Daniel* item *Masvicius* ‖ 11 transiit *P* ‖ 12 ne quot nomen *L* ‖ more *Daniel*: timore *L* ‖ per *add. P. Daniel in marg. possis et* quod *vel* quoniam *pro* quos *ponere* ‖ 15 quod autem dicit *om. L* ‖ 17 qui et] quae *P* ‖ n////na *L* ‖ rationem *L* ‖ ipsorum] eorum *V* ‖ numinum *LM* (nominum *m*) ‖ 18 conticent *L* ‖ 19 ab uocatione *P* a uocatione *H* ab occasione *L* ‖ 20 uocator *P* uocatur *H* ‖ dr̄ (*i. e. 'dicitur'*) *A* ‖ a *om. L* ‖ saritione *V* sarricione *L* sarratione *M* ‖ saritor *V* ‖ 21 sterculinius *A*: sterculinus *H* stercilinius *L* sterquilinius *PVM* ‖ satitione *V* sacione *L* ‖ 22 uéru actorem *L* ‖ 23 inporticitorem *L* ‖ hoccatorem *L* ‖ 26 NON VLLO SEMINE FRVGES *L* ‖ 29 pluuia *L* (*corr. l*) ‖ terrae rorem *PHMa*: terrorem *A* teporem *L* et teporem seu rorem *V* ‖ 30 seu rorem, *quod post* subest *edidit Daniel, non est in L*

23. SATIS segetibus, ut ⟨I 325⟩ sata laeta boumque labores. *'largo' autem 'caelo demittitis imbrem' per haec aquam aetheriam significari vult.*

24. TVQVE ADEO QVEM MOX QVAE SINT HABITVRA DEORVM CONCILIA INCERTVM EST *'adeo' hic praecipue. quidam 'adeo' abundare putant antiqua figura, ut* ⟨III 242⟩ *omne adeo genus in terris. et* iam adulatur Augustum, quem inter deos invocat. nec totum tamen dandum est adulationi, sed et veritati: nam cum omnes imperatores post mortem sint inter deos relati, Augustus vivus divinos honores emeruit, quod etiam Horatius testatur, dicens praesenti tibi maturos largimur honores iurandasque tuum per numen ponimus aras. unde male quidam culpant Vergilium, dicentes eum aviditate laudandi citum interitum Augusto optasse, cum eum constet ad rem, quae tunc fiebat, respexisse. possumus tamen 'mox' pro 'post' accipere, ut Horatius mox daturos progeniem vitiosiorem, id est postea. potest et 'mox' ad vitae humanae brevitatem referri: nam ipse ait in decimo ⟨861⟩ Rhaebe diu, res siqua diu mortalibus ulla est, viximus. sane sciendum mire eum laudasse, quod ait 'quem mox quae sint habitura deorum concilia, incertum est', id est nondum scimus, quis deus esse velis: nam deum fieri maximum est, in potestate habere, quis deus velis fieri, plus esse quam maximum constat.

25. VRBISNE INVISERE CAESAR utrum velis terrarum, an maris, an caeli imperium possidere.

26. *ET TE MAXIMVS ORBIS utrumne te pro Iove coli velis.*

27. *AVCTOREM FRVGVM qui frugibus et ceteris rebus originem praestes.* TEMPESTATVMQVE POTENTEM aut bonarum tempestatum, ut unde haec tam clara repente tempestas? aut 'tempestatum' ait temporum, sicut ubique Sallustius *ea tempestate. et 'potentem' modo nomen est.*

---

5 adeo ... terris] cf. Don. ad Ter. Eun. I 2, 124 ‖ 10 Horatius] epist. II 1, 15 ‖ 15 Horatius] carm. III 6, 47 ‖ 28 unde] A. IX 19 ‖ 29 Sallustius] veluti Cat. 7, 1

---

2 aetheriam *F. Schoell*: et terram *L* ‖ 5 habundare *L* ‖ 7 adulatur augustum *M*: adolatur augustum *V* adulat augustum *AH* adulatur augusto *P* adulatio ad augustum *L* ‖ invocat...dandum est *om. L* (*in marg. inf. add. l*) ‖ 8 et *om. H* ‖ 10 diuos *P* ‖ meruit *AH* ‖ 11 praesenti tibi] praesentibus *H* ‖ 12 numen *LH*: nomen *APVM* ‖ 13 uergilium *L* ‖ 14 optasse] cum dicit mox *add. R* ‖ cum...respexisse] cum ad rem quae tunc fiebat respexerit *L* ‖ ad *om. LVM* ‖ 15 datura *L* ‖ 16 mox] statim *add. L* ‖ 18 roebe *AP* rhoebe *H* rebe *LM* reue *V* ‖ 21 qui deus *L* ‖ in potestate autem habere *vulgo* ‖ 22 qui deus *PH* ‖ 23 VRBESNE *L* ‖ utrum] tradidit utrum *L* ‖ 24 possidere] AVCTOREM F. id est caelestem deum *add. R* ‖ 25 ORBES *L* ‖ 28 tempestatem *V* ‖ 29 ea ... est *om. Daniel*

28. MATERNA MYRTO quae in honore est Veneris, a qua Augustus originem ducit *per Gaium Caesarem.*

29. *AN DEVS INMENSI VENIAS MARIS id est an pro Neptuno coli te velis. et 'inmensi maris' cuius mensura non potest comprehendi. 'venias' autem aliquanti pro 'sis' accipiunt, ac si graece diceret* οὖσα *sive* ὑπάρχουσα. *'ire' veteres pro 'esse' dicebant.*

30. NVMINA SOLA COLANT *'sola'* magna, *praecipua, id est supra alios deos marinos,* quasi melior sit futurus et Neptuno et ceteris diis marinis. THYLE insula est Oceani inter septemtrionalem et occidentalem plagam, ultra Britanniam, Hiberniam, Orcadas. *in hac Thyle, cum sol in cancro est, dies continuus sine noctibus esse dicitur. multa praeterea miracula de hac insula feruntur, sicut apud Graecos Ctesias et Diogenes, apud Latinos Sammonicus dicit.*

31. TETHYS EMAT OMNIBVS VNDIS Tethys est uxor Oceani, nympharum mater. quod autem ait 'emat' ad antiquum pertinet ritum, quo se maritus et uxor invicem coemebant, sicut habemus in iure. *tribus enim modis apud veteres nuptiae fiebant: usu, si verbi gratia mulier anno uno cum viro, licet sine legibus, fuisset; farre, cum per pontificem maximum et Dialem flaminem per fruges et molam salsam coniungebantur — unde confarreatio appellabatur —, ex quibus nuptiis patrimi et matrimi nascebantur; coemptione vero atque in manum conventione, cum illa in filiae locum, maritus in patris veniebat, ut siquis prior fuisset defunctus, locum hereditatis iustum alteri faceret. et bene 'serviat', quia, quaecumque in manum convenerat, omnia protinus, quae doti dicebantur, marito serviebant. hanc Tethyn Cicero in Timaeo Salaciam dicit. generum vero pro marito positum multi accipiunt iuxta Sappho, quae in libro, qui inscribitur* ἐπιθαλάμια, *ait*

9 Thyle ... Britanniam] exscr. Isid. or. XIV 6, 4 ‖ 15 quod autem ait ... in iure] cf. Isid. or. V 24, 26 ‖ 25 Cicero in Timaeo] XI p. 1006, 25 Orell.[2] ‖ 27 Sappho] cf. Bergk poet. lyr. gr. ed. III p. 911

1 quae est in honore *P* ‖ honorem *A* onore *L* ‖ 2 accustus *L* ‖ 5 aliquanti] aliqui *Masvicius* ‖ grege *L* ‖ 6 YITAPXOYCA *L* ‖ ire *ex* irae *L* ‖ 7 COLVNT *L* ‖ 8 sis *VM* ‖ 9 THYLE *PLHM* THILE *AV* ‖ 10 iuberna morchadas *A* hibernam ^i^ orchadas *P* hiberniam orchadas *HR* et hiberniam orhcadasque *M* iuxta orchadas et iuuerniam *L* inter hiberniam et orcadas *V* ‖ Orcadas] et aliter: insula in oceano ultima (est autem insula in Oceano ultima *Steph.* quae insula in Oceano ultima est *Fabr.*), in qua cum sol in cancro est, perpetui dies sine noctibus esse dicuntur *add. V, ediderunt Stephanus et Fabricius* ‖ 11 tile *L* ‖ 13 etesias *L, corr. Daniel* ‖ 14 TETHIS *APHM* ‖ tethis *APHM* thetis *L* ‖ 16 coemebant *APH*: emebant *LVM* ‖ 17 in iure] OMNIBVS VNDIS omni mari ut uidelicet totius maris et omnium aquarum sis deus *add. R* ‖ 18 gratiā ///// licr *L* gratia mulier *in marg. P. Daniel* ‖ 21 atque] uel *gloss. Montecassinense. cf. Loewe mus. Rhen.* XXXIII *p.* 631 ‖ 24 quandocumque *Masvicius* ‖ 25 addicebantur *Heinsius* ‖ serviebant *Masvicius*: serviant *L* ‖ 27 saffo *L* ‖ inscribitur *Heinsius*: scribitur *L* ‖ epithalami *L* ‖ ait] ant *L*

'*χαῖρε νύμφα, χαῖρε τίμιε γαμβρὲ πολλά' ἀντὶ τοῦ 'νυμφίε'. sic et Pindarus ἐν τοῖς παιᾶσιν.*

32. TARDIS SIDVS TE MENSIBVS ADDAS id est aestivis: *vel quia optat, ut diu vivat: vel quia virgo et libra δυσανάφορα, id est tarde orientia dicuntur. et 'tardis' an quia aureo saeculo longiores dies dicuntur fuisse? an post multos tardosque menses ut deus fiat? an ita, ut* i n c i p i e n t m a g n i p r o c e d e r e m e n s e s, *per hunc 'magni'.*

33. QVA LOCVS ERIGONEN INTER CHELASQVE S. Aegyptii duodecim esse adserunt signa, Chaldaei vero undecim: nam scorpium et libram unum signum accipiunt, chelae enim scorpii libram faciunt. iidem Chaldaei nolunt aequales esse partes in omnibus signis, sed pro qualitate sui aliud signum XX, aliud XL habere, cum Aegyptii tricenas esse partes in omnibus velint. modo ergo secundum Chaldaeos locutus est, dicens posse eum habere locum inter scorpium et virginem; nam Erigone ipsa est virgo. sciendum deinde est voluisse maiores in his signis esse deorum domicilia. et Solis est leo, Lunae vero cancer, ceterorum vero quinque planetarum bina sunt signa, prout se ratio siderum sequitur. nam primus circulus a terra Lunae est, secundus Mercurii, tertius Veneris, quartus Solis, quintus Martis, sextus Iovis, Saturni ultimus. sed remotis Sole et Luna, quorum sunt domicilia leo et cancer, hi quinque ordine, quo eorum sunt circuli, bina possident signa, unum a sequentibus et unum a superioribus: ut Mercurii sint virgo et gemini, Veneris libra et taurus, Martis scorpius et aries, Iovis sagittarius et pisces, Saturni capricornus et aquarius. unde per haec loca siderum Augustum et fortem propter scorpium, id est Martis domicilium, et iustum propter libram et prudentem propter vicinam virginem, id est Mercurii domicilium, fore significat. *vel certe ideo*

---

2 Pindarus] cf. Bergk poet. lyr. gr. ed. IV. I p. 376 ‖ 7 incipient] buc. IV 12

---

1 ΧΑΙΡΕ ΝΥΜΦΑ ΧΑΙΡΕ ΙΜΙΕ ΓΑΜΒΡΕ ΠΟΜΑ *L* ‖ 2 ΕΝ ΤΟΙC ΠΑΙΑCΙΝ *L* *ἐν τοῖς ἰσθμίοις Daniel* ‖ 4 *δυσανάφορα Daniel*: dyas naphora *L* ‖ 6 an ita ut incipient *scripsi*: an it aut incipient *L* an id aut incipient *Daniel*. *cf. Leidens. commentar. p.* 97ª et eleganter 'tardis' ait, quasi futurum sit, ut, cum (cum *om. cod.*) Caesar abierit in caelum, hominis vita tendatur, ut in bucolicis 'et incipient magni procedere menses'. ‖ 8 ERIGONEM *AP* ‖ 10 scorpium *V* ‖ 11 idem *ALVH* item *PM* ‖ 12 xx] uiginti *AL* ‖ xl] quadraginta *L* ‖ 16 est] est x *P* est decem *R* x *H* ‖ signis] xii *add. V* ‖ et] ut *V* ‖ 19 merqurii *L* ‖ 22 ordines *V* ‖ 23 ut] cum *L* ‖ 25 piscis *V* ‖ 27 vicinam virginem id est *om. V* ‖ 28 fore significat] *om. A*, esse *V*. *in quo libro haec addita sunt* bene autem augusto inter uirginem et scorpium, id est inter iustitiam et uirtutem, locum tribuit. nam cheles scorpionis (chelae scorpii *vulgo*) brachia sunt, qui (quae *vulgo*) sexaginta partes in caelo habet (sunt *vulgo*) solum fore significat (*lege* solus, *dele* fore s., *ut perperam iterata*). *quae ediderunt Stephanus Fabricius Daniel*

inter scorpionis bracchia, quae sunt libra, et Erigonen, quae est virgo, quia libra aequitas, virgo iustitia. sane haec Erigone Icari filia fuit, tantae pietatis in patrem, ut cum eum vidisset mortuum, omni se luctu ac maerore conficeret, ob quam rem misericordia deorum inter signa locum virginis sub iustitiae vocabulo iussa est obtinere. 'chelas' autem sequentes ideo ait, quia, sicut dictum est, ipsae sunt libra.

34. PANDITVR IPSE TIBI ordo est 'qua locus ipse tibi panditur'. 'tibi' autem in tuum honorem et gratiam tuam. *'ipse' autem ultro, sua sponte.* *IPSE TIBI hic distinguitur, ne, si dixeris 'ipse tibi iam bracchia contrahit ardens scorpios', bene optantis verba maledictum comprehendisse videantur.* *IAM BRACCHIA CONTRAHIT ARDENS SCORPIOS ideo Augusto merito iuxta scorpium locum adsignat, quia sidus hoc supra Romam positum creditur. Varro tamen ait se legisse Empedotimo cuidam Syracusano a quadam potestate divina mortalem aspectum detersum, eumque inter cetera tres portas vidisse tresque vias: unam ad signum scorpionis, qua Hercules ad deos isse diceretur; alteram per limitem, qui est inter leonem et cancrum; tertiam esse inter aquarium et pisces. argute itaque eam viam et sedem tribuit Augusto, forti imperatori, quam habuit deus fortis.*

35. ARDENS SCORPIVS 'ardens' ad illud refertur, quia Martis est domicilium: nam scorpii tempus frigidum est, quippe cuius november est mensis. *vel 'ardens' ad virus eius vel ad cupiditatem Augusti recipiendi.* IVSTA PLVS PARTE secundum Chaldaeos, qui scorpium dicunt spatium duorum signorum tenere. *ergo et loci spatio te invitat.*

36. QVICQVID ERIS ordo est 'quicquid eris, da facilem cursum': cetera enim per parenthesin dicta sunt. *NEC SPERENT TARTARA REGEM 'nec sperent' dixit, quasi beneficium det quocumque venerit.* NEC SPERENT T. R. N. T. R. V. T. D. C. allegoricos dicit illum nec debere mori velle nec posse. *'dira' autem pro 'magna' vel 'vehemens'.*

---

23 secundum Chaldaeos ... tenere] cf. comm. Luc. VI 394

---

1 brachia *L* ‖ erigonem *L* ‖ 3 lectu *L, corr. P. Daniel* ‖ 5 chaeles *L* ‖ 8 tuam *om. L V* ‖ 9 ne si *scripsi*: nisi *L. sine causa veretur interpres, ne quis 'ipse tibi iam bracchia' e. q. s. verba ita intellegat, quasi poeta Caesarem a scorpio, in quo Martis sit domicilium, repudiari dixerit.* ‖ 10 tum brachia *L* ‖ malae dictum *L* ‖ 12 quia *Daniel*: qua *L* ‖ 13 Empedotimo *ego*: empedotim *L* Empedocli *Masvicius* ‖ 15 *fortasse* eumque in caelo inter cetera ‖ 20 SCORPIOS *L* ‖ 23 recipiendi] *fortasse addendum* refertur ‖ 26 QVIDQVID *et* quidquid *L* ‖ 27 dicta sunt] et hoc ideo dicit quia supra dixerat incertum esse quis deus vellet esse *add. R* ‖ 28 det *L*: de *Daniel* (det *Burmannus coniecit*) ‖ 29 NEC SPERENT T. R. *om. L* ‖ allegorice *V* ‖ 30 posse] 'tam dira cupido' scilicet ut uelis regnare apud inferos *add. R*

38. QVAMVIS ELYSIOS MIRETVR GRAECIA C. licet praeferantur inferi a Graecis poetis.

39. NEC REPETITA SEQVI CVRET PROSERPINA MATREM Ceres cum raptam a Plutone Proserpinam filiam diu quaesisset, tandem aliquando eam esse apud inferos comperit. pro qua re cum Iovis implorasset auxilium, ille respondit posse eam reverti, si nihil apud inferos gustavisset. illa autem iam Punici mali in Elysio grana gustaverat. quam rem Ascalaphus, Stygis filius, prodidit: unde Proserpina ad superos remeare non potuit. hinc ait Lucanus ⟨VI 739⟩ quae te detineant Hennaea dapes. quam necessitatem modo Vergilius Proserpinae tribuit voluntati. sane Ceres a Iove postea meruisse dicitur, ut Proserpina sex esset cum matre mensibus, sex cum marito: quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est, quae et Luna, quae toto anno sex mensibus crescit et sex deficit, scilicet per singulos menses quindenis diebus, ut crescens apud superos, deficiens apud inferos esse videatur. *et 'sequi curet Proserpina matrem' ad admirationem Elysiorum posuit, quod matri praelati sint.*

40. DA FACILEM CVRSVM meo scilicet poemati. ATQVE AVDACIBVS ADNVE COEPTIS verecunde suas vires extenuat. *et commendat operis difficultatem dicendo 'audacibus'.*

41. IGNAROSQVE VIAE MECVM M. A. I. aut mecum viae, id est rationis *aut artis*, ignaros miseratus rusticos iuva, ut 'mecum ignaros' intellegas: aut rusticis ignaris fave mecum, id est quibus etiam ego his scriptis plurimum conlaturus sum: aut mecum ignaros agricolas miserare, aut eis mecum fave.

42. IAM NVNC id est adhuc vivus: nam, ut diximus, Augustus vivus divinos honores emeruit.

43. VERE NOVO GELIDVS CANIS CVM M. V. LIQVITVR *novum multa significat: nam et recens aliquid novum dicitur, ut ipse ait lac mihi non aestate novum, id est recens: novum dicitur et magnum, ut Pollio et ipse facit nova carmina. modo autem* novum ver

---

11 Ceres ... videatur] exscr. mythogr. I 7, II 100. cf. comm. Luc. VI 740 | 30 lac] buc. II 22 | 32 Pollio] buc. III 86

---

2 poetis] 'elysios campos' ubi felices animae secundum poetas requiescunt *add. R* | 3 reperit *F* | 6 nil *L* | 7 in elysio om. *L* grana *L* | 10 detineat *F* detinet *M* detineant *m²* | hennea *L*: ennea *AR* ennae *P* enea *H* ethnea *F* etnaea *M* | 11 vergilius *L* | 14 et om. *AL* | 16 et sequitur et Proserpina *Daniel* | 18 sunt *Daniel* | 20 extenuat *L* | 23 ut *APH*: aut *FML* | 24 intellegamus *P* | fave] facite *F* | 25 haec scripta *M* | plurimum *L*: plurima *F* opem *P*. om. *AHM* | aut] id est aut *P*. om. *H*. aut ... fave *secludenda videntur* 26 fave] ingredere incipe et adsuesce *add. R* | 27 adsueme *L* | 28 meruit *L*

ideo ait, quia anni initium mensis est Martius. et sciendum est, decem tantum menses fuisse apud maiores. Martium autem anni principium habere voluerunt propter Martem suae gentis auctorem. *quod multis firmatur auctoribus: Nigidius in sphaera graecanica novum annum aequinoctium vernale memorat; Varro epistolicarum quaestionum inter mensem Februarium, qui tunc esset extremus, et inter calendas Martias, quae tunc erant primae; Atta annum novum voluerunt esse primum mensem Martium et alibi maiores Martium primum habuerunt.* Aprilis *vero* dictus est, quasi terras tepore aperiens; Maius a Maia; Iunius a Iunone, quamquam alii a maioribus et iunioribus hos duos menses velint esse nominatos: nam antea populus Romanus in centurias iuniorum et seniorum divisus fuerat. reliqui iam a numero nominabantur quintilis, sextilis, september, october, november, december. et hi erant tantum decem menses: duo vero propter rationem signorum anni intercalabantur, qui postea a Iano et a Februo nominati sunt. Februus autem est Ditis pater, cui eo mense sacrificabatur. quintilis et sextilis mutati sunt postea in honorem Iulii Caesaris et Augusti: unde sunt Iulius et Augustus. sic Ovidius in fastis. ergo 'vere novo' et anni initio accipimus et prima parte veris. nam anni quattuor sunt tempora divisa in ternos menses, qui ipsorum temporum talem faciunt discretionem, ut primo mense veris novum dicatur ver, secundo adultum, tertio praeceps, sicut etiam Sallustius dicit ubique. item nova aestas, adulta, praeceps; sic autumnus novus, adultus, praeceps; item hiems nova, adulta, praeceps vel extrema: unde est ⟨I 340⟩ extremae sub casum hiemis i. v. s. sane sciendum Xenophontem scripsisse unum librum oeconomicum, cuius pars ultima agriculturam continet: de qua parte multa ad

---

1 et sciendum est e. q. s.] cf. Isid. or. V 33, 4 sqq. ‖ 7 Atta] ex inc. fab. I et II ap. Ribbeckium p. 139 ‖ 20 nam anni quattuor sunt tempora...sub casum hiemis] exscr. Isid. or. V 35, 2 sq. ‖ 23 Sallustius] hist. inc. 112 Dietsch., 79 Kritz.

---

1 *alterum* est *om.* *LVHM* ‖ 4 in spera grecanica *L* ‖ 5 aequenoctium uernalem *L* ‖ 6 febroarium *L* ‖ esset] *expectatur* erat ‖ 8 primam *L* ‖ 9 dictus est] dicitur *V* ‖ 10 tepore *AM*: tempore *PHL* temperie *V* ‖ a Maia] matre mercurii. unde alibi maia genitum dicens uirgilius maiae filium mercurium significat. quia (*l.* qui) malitiae uotum uel opus peragit. qui etiam melus appellatur a nigro felle quod graeci melan dicunt. unde et melancolici appellantur homines qui et conuersationem humanam refugiunt et amicorum (*l.* amicis) suspecti sunt *add.* *R* ‖ 11 et a iunioribus *P* ‖ 12 ante *P* ‖ 13 iam *om.* *M* ‖ 15 signorum *om.* *L* ‖ anni *om.* *H* ‖ 16 febro *L* ‖ februs *LV* ‖ 17 ditis pater *libri* ‖ quintius *L* ‖ 19 unde ... Augustus *post* fastis *hab.* *L* ‖ sic ... fastis *om.* *A* ‖ sic] sicut *M* ‖ oboedius *L* ‖ fatis *H* ‖ 20 initium *M* ‖ accipiamus *L* ‖ primam partem *VM* ‖ 24 item *om.* *L* ‖ praeceps] uel extrema *add.* *M* ‖ sic autumnus ... praeceps *ante* vel extrema *om.* *V* ‖ 25 hiemps *LH* ‖ 26 casu *V* ‖ hiems *P* ‖ 28 multa]

suum hoc opus Vergilius transtulit, sicut etiam de georgicis Magonis Afri, Catonis, Varronis, Ciceronis quoque libro tertio oeconomicorum, qui agriculturam continet: nam primus praecepta habet, quemadmodum debeat mater familias domi agere, secundus, quemadmodum foris pater familias. illud quoque sciendum est, in his libris non esse obscuritatem in quaestionibus sicut in Aeneide, nisi in paucis admodum locis; sed in hoc tantum esse difficultatem, ut res positas intellegamus, id est τὸ κείμενον, sicut haec prima quoque eius praecepta significant. nam hoc dicit, agrum fertilem, id est pinguem et herbosum, bis debere arari: semel verno tempore, ut et herbae adhuc tenerae et sine semine avellantur, et aestatis calore vel superfluus umor siccetur vel glebarum putrefiat durities, et semel autumnali *arandum* cum seminibus: agrum vero tenuem et sterilem autumnali tantum tempore arandum, ne, si etiam verno araveris, exiguus eius umor siccetur aestate. CANIS MONTIBVS albis ex nive.

44. LIQVITVR 'liquor' cum nomen est, 'li' brevis est; cum ad verbum venerit, producitur, ut 'liquor' 'liqueris' 'liquitur'; nam mutavit naturam: sicut '*homo*' 'humus' 'u' brevis est, 'humanus' producitur, item 'itur' 'i' producitur, 'iturus' corripitur. 'liquitur' *autem* defluit, *resolvitur.* ET ZEPHYRO PVTRIS SE G. R. quo tempore favonii flatu arva laxantur, quae fuerant praeclusa frigoribus: ipse alibi ⟨II 317⟩ r u r a g e l u t u m c l a u d i t h i e m p s. 'putris' *autem* 'gleba' solubilis, *quam tepor efficit et aratrum.*

45. DEPRESSO INCIPIAT IAM TVM MIHI TAVRVS ARATRO INGEMERE aliud pendet ex alio; nam altius inpressum aratrum boves cogit in gemitum: quod genus arationis pingui convenit terrae; nam econtra paulo post de infecunda terra dicturus est ⟨68⟩ t e n u i s a t e r i t s u s p e n d e r e s u l c o. 'mihi' autem aut vacat, ut *Cicero* q u i m i h i a c c u b a n t e s i n c o n v i v i i s: aut 'mihi' hoc est rustico amanti terras. et taurum bovem fortissimum accipimus; nam tauri difficile ad aratra iunguntur.

---

29 Cicero] in Catil. II 5, 10

---

ultima *H* ‖ 1 uergilius *L* ‖ Magonis] mangonis *V* margonis *M* uel marci magonis *H* ‖ 2 Varronis Ciceronis *LVM*: ciceronis uarronis *APH* ‖ 4 mater familias] et pater familias *A* ‖ secundus] scilicet *M* ‖ 5 fors *L* ‖ 8 KIMENON *L* KIAAENON *V* KIAΛENON *M* ‖ 11 et ut aestatis *P* ‖ 12 uel (*prius*) *M*: ut *LVH*, *om.* *AP* ‖ putreficit *H* ‖ duritias *L* ‖ 14 uero *P* uere *p* ‖ 17 li *om.* *AH* ‖ a uerbo *PV* ‖ 18 liqueris] liquoris *H* linquens *L* ‖ 19 u] hu *LM* ‖ 20 producur *L* producit *V* ‖ corripit *PVML* ‖ 22 fauoni *A* faonii *V* flauonii *L* ‖ fuerunt *M* ‖ 23 tunc *AVL* cum *M* ‖ putres autem glebas solubiles quas tempor efficit et aratrum *L* ‖ 28 e contrario *L* ‖ 29 ut *om.* *L* ‖ quid *PH* ‖ 30 accumbentes *PH* ‖ conuiis *L* ‖ id est *L* ‖ 31 accipiamus *M*

46. ATTRITVS SPLENDESCERE VOMER Lucretius ⟨I 314⟩ occulto decrescit vomer in arvo: *quod evenire frequenti aratione novimus, ut et splendidior fiat et teratur: Cato in oratione ad filium vir bonus est, Marce fili, colendi peritus, cuius ferramenta splendent.* dicimus autem et 'hic vomer' et 'hic vomis', sed ab utroque 'huius vomeris' facit.

47. ILLA SEGES DEMVM 'seges' modo terra, *ut* ⟨IV 129⟩ *nec pecori opportuna seges.* 'demum' autem novissime, vere specialiter. VOTIS RESPONDET inmane est, quod ait 'votis': nam plerumque plus optamus, quam speramus posse contingere. 'respondet' autem *aut satis faciet, aut* consentiet, ut dictis respondent cetera matris. *AVARI id est quamvis avari. et plus est, quam si dixisset 'parci': Nigidius quia qui parcior est, suo contentus est, quod avarus non facit.*

48. BIS QVAE SOLEM BIS FRIGORA SENSIT quae bis et dierum calorem et noctium senserit frigora: per quod duplicem ostendit arationem, vernalem et autumnalem. nec enim ad tempora aestatis vel hiemis referre possumus, quod ait 'bis solem, bis frigora', quia non sunt in Italia in uno anno duae aestates et duae hiemes, sicut geometrae dicunt esse in quadam parte Indiae, in insula Taprobane. *aut sicut quidam dicunt ideo 'bis', ut semel cum fructibus, semel vacua solem et frigus perpessa accipiamus.*

49. *INMENSAE infinitae.* RVPERVNT HORREA plus est quam si diceret 'impleverunt': *hoc est ut non habeat ubi reponat.*

50. AC PRIVS IGNOTVM FERRO QVAM SCINDIMVS AEQVOR id est ante quam faciamus vervactum. *si autem non 'inmensum', sed 'ignotum' legeris, nobis ignotum significat.* aequor autem modo terram accipe, ab aequalitate dictam, *ut praecipitemque Daren ardens agit aequore toto:* unde et maria aequora dicuntur.

1 Lucretius e q. s.] cf. Isid. or. XX 14, 1 ‖ 3 Cato in oratione ad filium] p. 78, 13 Iord. ‖ 11 dictis] A. I 585 ‖ 18 quia non sunt . . . Taprobane] exscr. Isid. or. XIV 6, 12 ‖ 27 aequor autem e. q. s.] cf. Isid. or. XIII 12, 1; diff. verb. 66 ‖ 28 praecipitemque] A. V 456

1 VOMER] a frequenti aratione uomer atteritur et decrescit *add. R, ediderunt Stephanus et Fabricius.* quoniam a frequente aratione teritur et splendidior fit *add. Masvicius* ‖ 3 in oratione] de aratione *O. Iahn act. soc. Sax.* II *p.* 265 ‖ 4 Marce] .M̄. *L* ‖ 8 autem *om. L* ‖ ueres *L* ‖ 9 inmane] multum *R* ‖ 10 contingere] euenire *R* ‖ 11 autem *om. L* ‖ consentiet *LVM*: consentit *APH* ‖ respondit *AH* (respondent *a*) ‖ 12 matris] AVARI cupidi et laborantis *add. R* ‖ 17 arationem] sationem *R* ‖ 19 anno *om. H* ‖ 20 taprobanae *AM* (*corr. a.* at. tabrotanae *supr. vers. m*) tabrobane *L* tatbana *H* ‖ Taprobane] noctium autem frigora dicit quia nox naturaliter frigida est. ILLIVS id est agricolae. IMMENSAE fecundissimae *add. R* ‖ 22 *expectatur* vacuam *et* perpessam ‖ 25 INMENSVM *P* ‖ 26 ueruactum *L*: ueractum *APVHM* ueractum id est primam arationem *R* ‖ 28 dictum . . . tam ut *e. q. s. Daniel, sed* dictam ut praeci *L, in quo* cipitem . . .

51. VENTOS quia diversis locis diversi praevalent venti. et hoc dicit: debes scire, ager cui vento subiaceat. VARIVM CAELI PRAEDISCERE MOREM id est aeris: Lucretius ⟨IV 132⟩ in hoc caelo qui dicitur aer. et hoc dicit: debes etiam caeli qualitatem nosse, utrum pluviis gaudeat, an tepore vel frigore.

52. PATRIOS CVLTVSQVE HABITVSQVE LOCORVM duas res dicit: sciendum est, ager et quemadmodum a maioribus cultus sit et quid melius ferre consueverit: namque 'habitus locorum' possibilitates *vel naturas* accipimus, *quas Graeci τὰς ἕξεις dicunt. alii 'patrios' naturales exponunt.*

54. VENIVNT crescunt, ut et pulchro veniens in corpore virtus: *vel proveniunt.*

55. ARBOREI FETVS ALIBI id est poma. *et arboreum [cum] aliqui duobus modis .... accipiunt: aliter enim in Aeneide* ⟨XII 888⟩ *de telo ingens arboreum. Cornificius ut folia, quae frugibus arboreis tegmina gignuntur.* INIVSSA VIRESCVNT GRAMINA bene 'iniussa', *id est sua sponte:* nam frumenta iussa nascuntur: unde est ⟨I 99⟩ atque imperat arvis. *et nunc hic unum 'alibi' deest, ut fiat 'atque alibi iniussa virescunt gramina'.*

56. NONNE VIDES *aut Maecenati dicit aut rustico. et* argumentatur quasi hoc dicens: si una provincia ferre non potest omnia, quanto magis unus ager? TMOLVS mons Ciliciae, in quo nascitur crocum praecipue: nam loca commemorat, ubi plus provenit et melius aliquid. nam crocum et in Africa nascitur, sed non tale nec tantum, quantum vel quale in Cilicia. *sed Tmolus est mons etiam Lydiae* (*circa oppidum Sardis, qui div*)*ersis floribus adundat:* (*unde multi de Tmolo croce*)*os odores similes croco accipiunt. alii non dixisse eum crocum* (*apud Tmolum na*)*sci, sed vinum Tmoleticum cro-*

---

11 et pulchro] A. V 344 ‖ 22 mons est Ciliciae ... in Cilicia] exscr. Isid. or. XVII 9, 5. cf. comm. Luc. IX 809

---

agit *evanuerunt* ‖ 1 quia a diuersis *V* ‖ aduersi *PH* ‖ 2 debet *V* ‖ subiaceat] hoc est quis uentus ei sit noxius et quis aptus *add. R* ‖ 4 debemus *M* ‖ 9 accipiamus *L* ‖ quas Graeci τὰς ἕξεις *Daniel*: quas ..... TAC .. ZE.c *hodie L* ‖ 10 exponunt *Daniel*: ex..... *hodie L* ‖ 11 et *om. VM* ‖ 13 FAETVS *PM* ‖ arbor eum cū *L*: cum *seclusit Daniel* ‖ 14 *inter* modis *et* accipiunt *quattuor litterae evanuerunt in L, fortasse* dictū *fuit* ‖ 15 qu.e *L* ‖ 17 frumenta studio iussa *vulgo* ‖ 18 arvis] haec enim labore hominum et satione creantur, poma autem arbores sponte ferunt et ipsarum multae sponte nascuntur. gramina uel arborum uel herbarum quae per se maxime crescunt *add. R* ‖ et nunc *Daniel*: ..nu.c *hodie L.* nunc *secludendum videtur* ‖ 22 mons] est *add. VM* ‖ Ciliciae] siciliae *a* ‖ 23 praecipue ... nam crocum *om. L* ‖ 25 timolus *L* ‖ 26 circa ... qui div, unde ... croce, apud Tmolum na, nam ... Ci, meminit *hodie evanuerunt in L* ‖ Sardes *Heinsius* ‖ 28 moleticum *L* ‖ crocei] cr.&..*L*

cei odoris. (*nam et crocum in Ci*)*licia apud Corycum nasci Sallustius* (*meminit.*)

57. INDIA MITTIT EBVR et in Africa fuerunt elephanti, sed meliores in India. hinc est quod ait Terentius elephantis quem Indicis praefecerat, id est maximis. *et 'India mittit' quasi pendit.* MOLLES SVA TVRA SABAEI Sabaei populi sunt iuxta Syriam et Arabiam, dicti Sabaei *ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι*, quod apud eos tus nascitur, quo deos placamus. 'molles' autem ideo ait, vel quod sub aere clementiore sunt — nam ut ait Lucanus ⟨VIII 365⟩ quicquid ad eoos tractus mundique teporem ibitur, emollit gentes clementia caeli —: aut certe quia Alexander Macedo dicitur obscenos omnes de exercitu suo segregatos illic condidisse. sane 'tus' modo sine aspiratione dicimus; nam antiqui 'thus' dicebant *ἀπὸ τοῦ θείου*: quod displicuit; tura enim a tundendo dicta esse voluerunt, a glebis tunsis, cum quibus dicitur fluens de arboribus coalescere. *alii Sabaeos Arabas . . . . . . Aegyptiorum ex effeminatis collectos ab a . . . . de Arabia illuc deductos: vel ideo 'molles', quod fem*(*ineos*) *cultus vestesque gerunt.*

58. AT CHALYBES NVDI FERRVM *subauditur* (*ubique 'mittunt'*). *Chalybes* populi sunt, apud quos nascitur ferrum, unde abusive dicitur chalybs ipsa materies, ut vulnificusque chalybs. 'nudi' autem aut apud quos arbores non sunt: aut vere nudi propter ferri caedendi studium; nam legimus Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracmon. VIROSAQVE PONTVS CASTOREA fibri

---

1 Sallustius] cf. hist. I 80 Dietsch et Kritz. ‖ 4 Terentius] Eun. III 1, 23 ‖ 21 vulnificusque] A. VIII 446 ‖ 23 Brontesque] A. VIII 425 ‖ 24 fibri . . . dicti sunt] exscr. Isid. or. XII 2, 21

---

1 nam et *si modo fuit in codice, corruptum est* ‖ cilia *L*, *ut* sicilia *fuisse videatur* ‖ 3 GEORḠ. INDIA *L* ‖ 4 meliores] maiores *vulgo* ‖ hinc] hoc *V* ‖ 5 praefecerat *L*: praeferat *reliqui* ‖ 7 CEBECE *VM* (sebeste *v*) ‖ 9 quidquid *L* ‖ 10 eos *AV* ‖ tractu *V* ‖ tepore *M* ‖ ibitur *APLVRH*: labitur *Mv* ‖ 12 concludisse *H* ‖ 14 aπο TOY ΘΕΙΟΥ *AMR* aπο TOY ΘΙΟΥ *L* aπο TOY ΘΟSΥΟΥ *P* aπο TOY ΘΘSΥΟΥ *H* aπο TOY ΘΕΙΟΝ *V*, *sed* Θ *et* Ν *in ras. v.* *ἀπὸ τοῦ θύειν Stephanus et Daniel* *ἀπὸ τῶν θεῶν Fabricius* ‖ quod displicuit] quod diis placuit *L*, iunioribus *add. M* vel *ἀπὸ θύω*, quod est sacrifico *add. Fabricius* ‖ 16 calescere *H* coalescent *L* ‖ Arabas dicunt colonos Aegyptiorum *Daniel, sed sex fere litterae inter* arabas *et* aegyptiorum *evanuerunt in L* ‖ 17 ac de Arabia, *non indicata lacuna, Daniel.* a *post* ab *incertum. fort.* ab Alexandro ‖ 18 fem . . . . . *L* ‖ *post* gerunt *haec habet L, quae ad v.* 64 *sqq. pertinent* EXTEMPLO INDVXIT ET RE . . SVIT IPSIVS MANV ADIECTVM MATVRIS SOLIB. TENVI suspendere ꝑ tenui ter suspende . . . . *sequuntur* AT CHALYBES NVDI FERRV̄ subauditur . . . . chalybes populi *e. q. s.* ‖ 19 CHALIBES *PVHM* ‖ 21 calybs *bis A* calips *et* calibs *P* calips *et* calyps *M* calips *bis VH* ‖ 23 cudendi *coni. Lion* ‖ 24 pyragmon *APHM* piragmon *V*, *in quo haec sequuntur* et aliter: gens in ponto quae ferrum repperisse dicitur. et nudi necessitate operis ut nudus membra piragmon ‖ fibri] befri *V*

canes sunt Pontici, quorum testones apti sunt medicaminibus: propter quos ubi se senserint requiri, eos secant. de his Cicero redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur, Iuvenalis ⟨XII 34⟩ qui se eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno testiculi. castores autem a castrando dicti sunt. 'virosa' autem venenata: nam licet sint multis remedio, tamen praegnantes eorum odore abiciunt et egerunt partum. et 'virosa' dicta ab eo, quod est virus; alii fortia accipiunt a viribus.

59. ELIADVM PALMAS EPIROS EQVARVM hypallage est, nam hoc dicit: Epiros creat equas optimas, quae apud Elidem palmas merentur in Iovis Olympici curuli certamine. sane 'Epiros' graece profertur, unde etiam 'E' habet accentum: nam si latinum esset 'Epirus', 'pi' haberet, quia longa est. nec mireris equas currere: nam, ut dicit Plinius ⟨VIII 165⟩, velociores sunt ideo, quod in cursu urinam faciunt.

60. CONTINVO HAS LEGES iugiter, in aeternum, ad perpetuitatem, sicut sequentia indicant; nam dicturus est 'aeternaque foedera mundi'.

62. DEVCALION LAPIDES V. I. I. O. iam transit ad fabulam et poetice dicit, ista tum primum statuta, quae ab initio mundi constat fuisse.

63. VNDE HOMINES NATI DVRVM GENVS expressit τὸ αἴτιον, id est causativum; nam et graece populi λαοὶ dicuntur a lapidibus. ERGO AGE TERRAE PINGVE SOLVM iam redit ad causam.

64. PRIMIS A MENSIBVS ANNI hoc est quod dixit ⟨43⟩ vere novo. *EXTEMPLO induxit et rep⟨os⟩uit.*

66. PVLVERVLENTA C. M. S. A. quae glaebas solvit in pulverem. et reddit causam, cur hoc debeat fieri. 'maturis' autem 'solibus' est vehementibus, fervidis, magnis. *ipsius manu adiectum 'maturis solibus'.*

67. SVB IPSVM ARCTVRVM id est autumnali tempore, quo arcturus oritur. et sciendum quia 'sub' praepositio, quando tempus si-

---

2 Cicero] pro Scauro fragm. 7. IV p. 955sq. Or. ‖ 11 sane Epiros e. q. s.] cf. Schoell de acc. l. l. p. 209

---

1 testones *libri*: testes *vulgo* ‖ 2 senserunt *V* ‖ 6 uirosa autem aut fortia aut certe uenenata *V* ‖ 7 obiciunt *P* ‖ partum] partus suos *V* ‖ 9 ypallage *libri* ‖ 11 curruli *A* curili *V* ‖ 13 epiros *V* epicurus *H* ‖ 14 sunt masculis ideo *Masvicius* ‖ 16 iugiter] in continuum *add. V* ‖ ad perpetuum in aeternum *VM* ‖ 19 transiit *M* ‖ 20 ista tum *M*: statum *APVH* ‖ staturā *A* ‖ 22 ΤΟ ΛΙΤΙΟΝ *H* to aition *M* ‖ 23 ΑΛΟΙ *A* ΛΑΟ *V* ΑΛΟΙ *H* ‖ lapidibus] λαάι enim lapides dicuntur *add. Fabricius* ‖ 25 A *om. A* ‖ 29 vehementer feruidis *VM* ‖ magnis] diebus *add. R* ‖ 32 quia *APVM*: quod *H*

gnificat, accusativo gaudet, ut hoc loco 'sub arcturum', id est circa arcturum, item ⟨445⟩ aut ubi sub lucem densa inter nubila sese, et sub noctem cura recursat et item ⟨III 402⟩ sub lucem exportant calathis. *hoc autem est tum cum iam pluere ....: arcturus enim pluviarum et tempestatum (sidus est.) arcturus autem idem arctofylax, quia post u(rsae caudam) locatus sit; idem bootes, quod boves cum plau(stro agat.) alii Arcadem fuisse filium Callistus et Iovis (dicunt; qui) cum matrem in figuram ursae Iunonis (ira transfiguratam) vellet occidere, ambo in caelum (a Iove translati sunt, et) ille arcturus, illa Helice dicta. alii (hunc Icarium volunt) esse, qui a pastoribus, quod eos vino tunc (primum reperto) ebrios fecerat, veluti dato veneno occisus (est. ipsius) manu adiecti sunt deletis duobus, quorum (alter totus legi) potuit 'ipsis officiant segetes ne frugibus illic'; ex altero hoc tantum 'ne deserat umor harenam'.*

68. *TENVI SVSPENDERE pro 'tenuiter suspendere'.*

---

3 sub noctem] A. I 662

---

2 at ubi *PH* alibi *V* ‖ 3 sub noctem ... et item *om. PH* cura ... sub lucem *om. AVM* ‖ 4 calathis] et aliter: arcturus qui et arctophilax, id est bootes, post ursae caudam locatus, quem alii arcadem fuisse filium calistonis et iouis dicunt. qui cum matrem in figuram ursae ira iunonis transfiguratam uellet occidere, ambos a ioue in caelum esse translatos: ille arcturus, illa elice dicta. alii hunc icarum uolunt esse, qui a pastoribus, quos vino tunc primum reperto ebrios fecerat velut dato ueneno, fuerat occisus. arcturus autem quod post caudam urse locatus sit, bootes quod bobes cum plaustro agat dictus est. oritur autem idem arcturus ante xv kł. octubris atque exinde pluuie incipiunt: quod ipse aperuit dicendo 'hic sterilem exiguus ne deserat humor harenam'. arcturum autem pluuiarum et tempestatum esse auctorem etiam plautus ostendit in rudente cum eundem ipsum dicentem facit (*prol.* 69) increpuit hibernum et fluctus mouit marinos *add. V.* Sulco: aratione. Illic: in terra pingui. Officiant: noceant. idcirco est pinguis terra ueris tempore altius aranda ne propter terrae fecunditatem laetis et fructiferis frugibus herbae noceant simul crescentes, quae, si ad tempus fuerit terra arata, minores crescunt, adustae sole aestiuo. Hic: uidelicet in sterili terra et infecunda. et ut supra diximus omnia praecepta quae (qui *R*) hic ponit ad illud pertinent 'quid faciat laetas segetes'. Arenam: terram quae arida est, sicut harena. Alternis: alternatim. Idem: agricola *add. R. ex his* Sulco id est aratione; in sterili; Arenam...agricola *a Stephano edita sunt. idem Vaticani ad 'sub ipsum arcturum' scholium edidit. usus esse videtur Parisino 7965, cuius in margine haec scholia a docto homine scripta extant.* ‖ pluere com..... *Daniel* pluere compertum *Masvicius* pluere coepit *commemorat Burmannus. malim* pluviae incipiunt ‖ 7 archadem *L* ‖ 8 Callisthonis *Daniel* ‖ 9 ira Iunonis transfiguratam *Daniel* ‖ a Iove translati sunt et *ego; nam XXI fere litterae post* in caelum *evanuerunt in L*: ambo a Iove in caelum esse translatos *Daniel* ‖ 10 hunc Icarium volunt *ego (XVIII fere litterae post* alii *evanuerunt in L)*: Icarum hunc volunt *Daniel* ‖ 11 quod eos *L*: quos *Daniel* ‖ 12 est. ipsius *Masvicius: X fere litterae post* occisus *evanuerunt in L.* esse* *Daniel* ‖ MANV *L* ‖ 13 alter totus legi....potuit *Daniel; XII fere litterae evanuerunt in L* ‖ ipsis *L et Daniel*: illic *Commelinus* ‖ 14 illic *L, ut videtur, et Daniel*: illis *Masvicius.* illic ex altero hoc *verborum lectio non omnino certa est* ‖ deserat *edidit Daniel*: desperat *L, ut* rat *litterae a Daniele, ut videtur, renovatae sint* ‖ umo.harenam *L* ‖ 15 TENVI...suspendere] *cf. adnot. crit. ad p.* 147 *lin.* 18

69. ILLIC in terra pingui. *OFFICIANT noceant, obstent.* (*HERBAE quae*) *internatae segetem laedunt.* HIC STERILEM in tenui et infecunda: *quia si pressius* (*aratur terra ten*)*uior, umor ad inferiora* (*desidet et*) . . . *por* . . . . *bunt.* et ut supra diximus, omnia praecepta, quae commemorat, ad illud pertinent, quod ait ⟨1⟩ quid faciat laetas segetes.

72. (*SEGNEM*) *pro 'otiosum', ut interdum lentus* * (*ces*)*sans, ut segnisque secundo defluit amne.*

71. TONSAS NOVALES agros messos. dicimus autem et 'has novales' et 'haec novalia'. proprie novales sunt tunc primum arva proscissa.

72. SITV DVRESCERE CAMPVM ut redeat in vires priores. sane sciendum et Ciceronem in dialogis et ceteros philosophos tractare, non quid debeat fieri, sed quid potissimum fieri. quam rem Vergilius nunc sequitur; nam cum dicat multa remedia agrorum recreandorum, praeponit omnibus intermissionem: unde eam rem frequenter iterat.

73. AVT IBI FLAVA SERES M. S. F. si te terrarum cogit angustia, ibi frumenta sere, unde legumina sustulisti: aut si tibi opus est frumento, stercora, sparge cinerem vel incende stipulas. 'sidere' modo anno.

8 segnisque] A. VIII 549 ‖ 9 dicimus...novalia] cf. Non. p. 215, 22 ‖ 10 proprie... proscissa] cf. Isid. or. XV 13, 12

1 in terra scilicet pingui *V* ‖ HERBAE quae *Daniel* ‖ 3 pressius aratur terra tenuior *Daniel*: praessius ... uior *L*. *ut XX fere litterae inter* pressius *et* uior *evanuerint* ‖ ad inferiora desidet et sapor .... bunt *Daniel*: ad inferiora ... por ... bunt *L* (*inter* inferiora *et* por, *inter* por *et* bunt *XII fere litterae evanuerunt*). *fortasse* et superiora exsiccabuntur ‖ 4 et ut] et hoc est quod *L* ‖ 7 (SEGNEM) *ego; nam ad v.* 72 *pertinet scholium*: STERILEM EXIGVVS *Daniel* ‖ lentus .... cessaus *Daniel*. *inter* lentus *et* sans *XVI fere litterae evanuerunt. fortasse* ut interdum 'segnis' lentus, nihil administrans, cessans. *cf. schol. Dan. ad A.* VIII 549 ‖ 9 messes *P* ‖ 10 proprie] autem *add. V* ‖ sunt *om. P* ‖ 11 proscisa *H* ‖ *pro* agros messos ... ut redeat in vires priores *haec exhibet R*: messos agros et arua tunc primum proscissa et primam segetem ferentia, quod proprie significant nouales. nam et haec noualia dicimus et has nouales. Patiere: patieris. Situ: intermissione et relictione. Durescere: ut redeat ad priores uires. *ex his* et primum (*sic*) segetem ferentia *et* Patiere: patieris *a Stephano edita sunt.* ‖ 12 CAMPVM] 'segnem' cessantem. et 'situ' pro otio *addidit Daniel, quae non dubito quin e scholio ad 'segnem' adscripto petita sint: nam in fol.* 79[a] *Lemovicensis codicis, quod* TONSAS NOVALES ... legumen dicitur *habuit, ne ille quidem quidquam legisse videtur* ‖ priores] propriores *P* ‖ 13 ut ciceronem *A* ‖ 14 quam...sequitur] quod nunc exsequitur uirgilius *R* ‖ 15 nunc uirgilius *A* ‖ 16 praeponit omnibus] praefert tamen omnibus *R* ponit prae omnibus *Stephanus et Daniel* ‖ 18 M. S. F.] Flaua: matura. Farra: frumenta *add. R* ‖ angustia] et non habes, ubi intermisso agro rursus seras *add. R, edidit Stephanus* ‖ 19 seres *P* seras *vulgo* ‖ 20 frumentum *V* ‖ stercora] stercorare *V* stercora terram *Masvicius* ‖ sparge et cinerem *vulgo* ‖ 'sidere' modo anno] Mutato sidere: mutato anno *R*

74. LAETVM LEGVMEN fertile. et 'laetus' prout res fuerit accipe, ut 'laetus homo', id est hilaris; 'laetum pecus', id est pingue; 'laetum legumen', ut diximus, fertile. et legumen dicitur quod manu legatur nec sectionem requirat; frumenta vero sunt omnia quae ex se emittunt aristas. nam quod ait supra 'farra', frumenta accipimus; species est enim pro genere. *SILIQVA folliculo, intra quem l * nascuntur.* *QVASSANTE quae sonet, cum quass(atur): Caecilius si quassante capite tristes incedunt, (Plau)tus capitibus quassantibus.*

75. AVT TENVIS FETVS VICIAE mire ait 'tenuis'; nam vicia vix ad triplicem pervenit fructum, cum alia legumina proventum habeant felicissimum et fertilem. *'f(etus' vero grana) vel fructus, ut* ⟨II 69⟩ *inseritur vero et fetu (nucis arbutus horrida.)* TRISTISQVE LVPINI amari, *cum in gustu (amarum sit) triste;* nam incoctus amarus est: *Ennius neque ill(e tris)te quaeritat sinapi. nonnulli proprie calamos lupinorum alas dici putant, ut Aelius alae ex lupino s*liis, Cato in originibus alae ex lup* leg* de lingua latina alam culmum fabae dic**

77. VRIT ENIM LINI CAMPVM SEGES bene excerpsit *(haec) tria,*

---

3 et legumen...aristas] exscr. Isid. or. XVII 4, 1 et 3, 2 ‖ 7 Caecilius] v. 270 p. 67 Ribb. ‖ 8 Plautus] Bacch. II 3, 71 R. ‖ 10 nam vicia...fertilem] exscr. Isid. or. XVII 4, 9 ‖ 13 Tristis amari] cf. Non. p. 409, 22; Macrob. Sat. VI 5, 5 ‖ 15 Ennius] satur. v. 24 p. 158 Vahl. ‖ 17 Cato in originibus] p. 30, 7 Iord.

---

1 LAETVM LEGVMEN...pro genere] Laetum: abundans et fertile. nam letum prout res fuerit debes accipere, ut laetus ... laetum legumen id est fertile et sic in reliquis. Siliqua: tega (ch) leguminis. Quassante: quassa. legumen dictum quod manu legatur....pro genere. far enim proprie genus est frumenti optimi. dicitur autem frumentum a frumine id est gulae prominens pars *R. ex his* et sic in reliquis ... quassa *et* far enim ... pars *edidit Stephanus* ‖ fuerit] erit *A* ‖ accipimus *VM* ‖ 4 requirit *M* ‖ 6 enim est *V* ‖ 7 l*] legumina *Daniel. sed cum minimum XII litterae post* l *evanuerint, malim* leguminum grana. *cf. Plin. n. h.* XVIII § 125 ‖ Caecilius *Commelinus*: caelitius *L* ‖ 8 sic *Ribbeckius* ‖ 10 FAETVS *PH* ‖ VITIAE *PHM* ‖ 12 fertile *V* ‖ fetus vero grana *ego conl. schol. Dan. ad* I 195 (*XII—XV litterae post* f *evanuerunt*): foetus vero gi... *Daniel* foetus vero hic *Masvicius* ‖ 13 fetũ *L. cum decem fere litterae post eam vocem deletae sint, videtur scriptum fuisse* nucis arbuт h. ‖ 14 cum *Daniel,* quo *ego legi in codice* ‖ sit amarum *Daniel. octo fere litterae evanuerunt. ceterum is qui pleniorem commentarium composuit et Servianum scholium* cum ... triste *verbis insertis corrupit, neque Ennianum versum ad* cum ... triste *pertinere intellexit* ‖ 15 neque ill.... te quaeri. ad sinap. *L. cf. Macrob. Sat.* VI 5, 5 ‖ 16 propriae *L* ‖ lupinorum *vocis lectio admodum incerta in L* ‖ ut Aelius *Daniel, sed potest legi* .caelius ‖ 17 *post* s *XII fere litterae evanuerunt.* surculi sine foliis *Daniel* ‖ ex *Daniel, sed dubitari potest, utrum* ex *an* et *scriptum fuerit* ‖ *post* lup *quattuor, post* leg *decem litterae deletae sunt*: lupino lugium ... tamen Varro *Daniel. scribendum videtur* alae ex lupino legumine. Varro. (lupino legumine *C. L. Rothii est coniectura hist. vet. Rom. rel. p.* 286 ‖ 18 *post* dic *septem fere litterae interierunt*: dicere.... *Daniel* dicit.... *Masvicius. fortasse* dici docet

linum, avenas, papaver, et dicit post haec frumenta serenda non esse: nam licet manu legantur et sint inter legumina, viribus tamen frumentis exaequantur. *Coelius libro tertio* ***seri . aven . . . . endit.*** (*et vi*)*detur poeta velut interrogatus,* (*cur linum et quae*) *sequuntur non dicat seri debere, respondisse* ('*urit enim*',) *quia. 'enim' causalis coniunctio est.*

78. LETHAEO PERFVSA P. SOMNO plena oblivionis, *quod apud inferos per Lethaeum fluvium animabus praestetur oblivio:* nam Ceres, Iove admonente, dicitur cibo papaveris orbitatis oblita. et re vera papaver gignit soporem. *quidam de agresti papavere accipiunt magis, quia alibi* ⟨IV 131⟩ *ait* ***verbenasque premens vescumque papaver.***

79. ALTERNIS FACILIS LABOR redit rursus ad praeceptum, quod scit esse praecipuum, id est ad intermissionem. *ARIDA TANTVM quae sine inter*(*missione*) *fructum dare compulsa sunt et ideo *aruerunt et exinde siccata sunt.*

80. PINGVI FIMO vel umido vel fertili. *'saturare' autem 'pudeat sola' id est non erubescas sterilem agrum fimo pingui saturare.*

81. EFFETOS PER AGROS continua fertilitate lassatos, sicut etiam frequenti partu effeta dicitur mulier. CINEREM INMVNDVM ad discretionem illius, quo utuntur puellae. *IACTARE spargere, quia sic fit. et hoc est quod dicit 'saturare'.*

82. *SIC QVOQVE etiam per stercoris iactum.* REQVIESCVNT FE-

---

3 Coelius libro tertio] p. 156, 13 Pet. ‖ 7 plena oblivionis e. q. s.] cf. Isid. or. XVII 9, 31

---

3 frumenti exsequantur *V* ‖ seri avenam ostendit *Daniel* ‖ 4 et videtur *ego*, sed videtur *Daniel* ‖ secuntur *L* ‖ non dicat *ego*: non dicit *L* dicit non *Daniel*, dicat non *Masvicius* ‖ 5 respondisse *Daniel*: spondisse *L* ‖ 7 LETHAEO . . . soporem] Loeteo somno: tartareo infernali pleno obliuionis. nam re uera papauer soporem gignit in homine. nam ceres ioue admonente dicitur cibo papaueris orbitatis oblita, cum iam proserpinam raptam a plutone de inferno recipere non potuisset *R*. *ex his* cum . . . potuisset *edidit Stephanus* ‖ quod . . . oblivio *non edidit Daniel* ‖ apud inferos *scripsi*: .p. . . . f.ros *L* ‖ 8 letheum *L* ‖ animalibus *L*, *correxi* ‖ . . liuio *L* ‖ 10 quidam . . . papaver *om. Daniel* ‖ ac. . piunt *L* ‖ 11 u. . cumq: *L* ‖ 14 ad intermissionem] ALTERNIS intermissis: subaudi 'agris'. FACILIS utilis. NE pro 'non'. SATVRARE recreare et reparare *add. Stephanus*. ALTERNIS . . . utilis *e Reginensi, reliqua e Parisino 7965 petita sunt* ‖ ARIDA . . . siccata sunt *om. Daniel* ‖ 15 *inter* ideo *et* aruerunt *octo fere litterae evanuerunt. fortasse* et ideo quiete caruerunt ‖ 17 fertili] fertilis *L*. SOLA terras *e Parisino add. Stephanus* ‖ saturare autem . . . saturare *om. Daniel* ‖ 18 fumo *L*, *correxi* ‖ 21 ad] dicit ad *R* ‖ puellae] de quibus cineribus in bucolicis (VIII 101) 'fer cineres amarylli foras'. Mutatis foetibus: ut omni anno proferant, sed diuersa: nam eadem ferre semper non possunt, nisi intermittantur *add. R*, *edidit Stephanus* ‖ IACTARE . . . iactum *non edidit Daniel* ‖ 23 stercoris *ego*: .ter coris *L* ‖ REQVIESCVNT . . . sperno] et bene 'requiescunt' dixit. nam hoc modo et hac arte non roborantur, sicut intermissione. quam rem rursus repetit dicendo 'nec nulla gratia e. i. t. litotes figura quod dicit 'nec nulla' id est maxima et

TIBVS A. non etiam roborantur, quod intermissio efficit arationis. quam rem rursus repetit dicendo 'nec nulla interea est inaratae gratia terrae', id est maxima; nam litotes figura est, ut munera nec sperno. *INARATAE non satae, unde est illud ⟨71⟩ alternis idem tonsas cessare novales. alii 'inaratae' accipiunt quae est pabulo pecoribus.*

84. INCENDERE PROFVIT A. non agros, sed ea quae in agris sunt, id est stipulas vel quisquilias, id est purgamenta terrarum: nam, ut videmus, si in agris, qui incendendi sunt, desint stipulae, aliunde illuc nutrimenta portantur incendii. *alii non 'saepe profuit', sed 'saepe incendere' accipiunt.*

85. ATQVE LEVEM STIPVLAM C. V. F. ecbasis poetica. *'crepitantibus' vero, sonantibus.*

86. SIVE INDE OCCVLTAS VIRES 'inde' id est ex igni; 'occultas' autem arcana quadam ratione celatas. in hoc autem sensu sequitur Heracliti opinionem, qui dicit omnia ex igni procreari, quem nunc terris alimenta praebere commemorat.

88. EXVDAT INVTILIS VMOR nove locutus est; nam non ipse umor, sed terra desudat: unde 'exudat' pro 'desudatur' accipimus. *potest ergo exudare et quod emittitur et quod emittit accipi.*

89. CAECA RELAXAT SPIRAMENTA breves cavernas, per quas sudor emanat, quae tenuitate sui non possunt videri: *ergo occulta et latentia.*

90. *NOVAS quae ante non fuerant.*

92. NE TENVES PLVVIAE aut lentae et penetrabiles: aut epitheton est aquarum: sic alibi ⟨IV 410⟩ aut in aquas tenues di-

---

3 munera] A. VII 261 ‖ 12 crepitantibus sonantibus] cf. Non. p. 255, 5 et Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 62 ‖ 25 aut...aquarum] cf. Non. p. 411, 25

---

praecipua. Interea: inter alia quae posuit. Inaratae: intermissae. *R. ex his* et praecipua *et* Inaratae: intermissae *edidit Stephanus* ‖ REQVIESCENT *VM* ‖ 1 etiam *ALV*: enim *PHM* ‖ quod] nisi quod *V* ‖ 3 maxima] quia est pabulum pecoribus *add. V* ‖ 8 terrarum] et alia inutilia concremare *add. R, edidit Stephanus* ‖ 12 haecbasis *P* embasis *V* ‖ poetica] uel superflua uerbi repetitio: nam stipulam (*l.* stipula) per se leuitatem significat, unde leuem stipulam uocamus *add. R, edidit Stephanus. in Hamburgensi ad* ATQVE LEVEM STIPVLAM C. V. F. *haec adscripta sunt* superflua uerbi repetitio est. stipula per se leuitatem significat unde leues stipulas uocamus. haecbasis poetica. ‖ 14 inde *om. VM* ‖ 16 eracliti *PVHM* ‖ igni *PH*: igne *ALVM* ‖ 17 commemorat] VITIVM quod fecunditatem impedit *add. R, ed. Stephanus* ‖ 18 EXSVDAT *ALV* ‖ 19 accipimus] et tot intali uuisa medardi *add. H* ‖ 22 quae prae sui tenuitate *R* ‖ videri] Relaxat: aperit. Qua: pro 'per quae'. Durat: actiuum est hic; dicimus enim et 'duro' et 'duror'. Hiantes: apertas et patentes *add. R, edidit Stephanus, e Parisino 7965* duro neutraliter et dureo *post* duror *addens.* ‖ 25 et] siue *V* ‖ 26 aquarum] aquae enim naturaliter tenues sunt *add. R, edidit Stephanus* ‖ dilapsus *AM*: delapsus *PLVH*

lapsus abibit. *alii 'tenues' inutiles, ieiunae, macrae, quibus contrarium pingues, ut est* ⟨II 180⟩ *tenuis ubi argilla.*

93. *ACRIOR pro 'acris', ut iam senior.* AVT BOREAE PENETRABILE FRIGVS ADVRAT 'adurat' et ad solem et ad frigus pertinet: nam uno sermone duo diversa conclusit, quae tamen unum effectum habent. nam et frigoris finis est caloris initium, et summus calor frigoris est principium: unde quasi unus effectus est et frigoris et caloris. *hoc est quod Graeci dicunt ἀκρότητες ἰσότητες.*

94. *MVLTVM ADEO ordo 'multum adeo iuvat arva'.* RASTRIS et 'hos rastros' dicimus et 'haec rastra'; legimus enim at istos rastros interea depone in Terentio, item rastraque et incurvi saevum rubuere ligones. et rastra dicta, quia terram radunt. GLEBAS INERTES pigras, nihil creantes. et transit ad aliud praeceptum.

95. VIMINEASQVE TRAHIT CRATES ad agrorum scilicet exaequationem. *CRATES quam rustici irpicem vocant. IVVAT vel adiuvat, vel quasi delectat.*

96. FLAVA CERES *ALTO NEQVIQVAM S. O.* 'flava' dicitur propter aristarum colorem in maturitate. et 'Ceres' nomen est, quod in polysyllabis in nominativo singulari producit ultimam, cum in obliquis corripiat. *'alto' autem 'Olympo' aut poetice dictum, de caelo illi favere Cererem: aut vere altam segetem esse, non paleis tantum inanem, sed gravem frumento: nam ideo 'flava Ceres'.* NEQVE NEQVIQVAM id est non sine causa: nam semper duae negativae unam confirmativam faciunt: unde male quidam locum illum legunt in Terentio pater adest, cave ne te tristem sentiat — si enim hoc est,

3 iam senior] A. VI 304 ‖ 4 Adurat...et caloris] cf. Don. ad Ter. Eun. I 2, 4 et Isid. or. XIII 10, 8 ‖ 10 et hos rastros...ligones] cf. Non. p. 222, 5 ‖ 11 in Terentio] Heautontim. I 1, 36 ‖ rastraque] Stat. Theb. III 589 ‖ 12 et rastra ...radunt] cf. Isid. or. XX 14, 6 ‖ 25 in Terentio] Andr. II 3, 28

1 abibit] Rapidi: feruidi et ardentis. Acrior: ualidior. Boreae: uenti aquilonis. Penetrabile frigus: quod omnia penetrat *add. R, ed. Stephanus* ‖ 6 frigoris finis] frigus *M* ‖ summus] i. e. ultimus *supr. vers. m.* ‖ 8 caloris] Adeo: ualde *add. R, edidit Stephanus* ‖ ἀκρότητος *Daniel* ‖ 9 *quae ad* RASTRIS *adscripta sunt post scholium ad* VIMINEASQVE T. C. *collocata exhibent APL* ‖ 10 dicimus GEORGICON et haec *L* ‖ ad istos *APL* ‖ 11 et *om. L* ‖ incuruus aeuum *A* incuruis aequum *H* ‖ 12 rubere *PH* ‖ legiones *AH* ligiones *L* ‖ 13 *scholium ad* GLEBAS INERTES *post ea quae ad* VIMINEASQVE T. C. *pertinent habet H* ‖ et...praeceptum *om. R* ‖ 15 CRATES] instrumenta rustica *add. R, edidit Fabricius* ‖ exaequationem] et hic transit ad aliud praeceptum *add. R, edidit Stephanus* ‖ 16 irpicem *ego*: ispicem *L* Lypicem *Daniel* Hyrpicem *Commelinus* ‖ 18 propter aristarum colorem in maturitate *LV*: propter aristarum maturitatem *APH MR* ‖ 21 corripiat] ALTO de alto *e Parisino 7965 add. Stephanus* ‖ 'alto' autem 'Olympo'...'flaua Ceres' *post* maturitate *hab. L* ‖ 23 NEQVE *om. AV* ‖ 24 id est] non est *H* ‖ unum confirmatiuum *P* ‖ 25 locum illum *om. A* ‖ 26 neteristem *A* ‖ est *om. V*

dicit, vide ut te tristem esse sentiat: quod procedere minime potest — sed ita legendum est cave te tristem esse sentiat. nam et 'ne' et 'cave' prohibentis est.

97. *ET QVI PROSCISSO QVAE S. A. T. propria voce usus est: cum enim primo agri arantur, quando duri sunt, proscindi dicuntur; cum iterantur, obfringi; cum tertiantur, lirari.* *QVAE SVSCITAT AEQVORE TERGA id est vertit. et proprie 'suscitat', quia iacent inexerciti. 'terga' autem superficiem, ut Homerus νῶτα θαλάσσης.* QVAE SVSCITAT AEQVORE TERGA id est terram, quam araverit.

98. RVRSVS IN OBLIQVVM VERSO P. A. scilicet autumnali tempore, quo iam cum seminibus aratur. nam hoc praecipit, ut cum denuo aramus, tunc per obliquum aratra ducamus; nemo enim uno tempore bis arat.

99. *EXERCETQVE FREQVENS quidam 'exercet' pro 'tractat' accipiunt, ut ferrum exercebant vasto c. i. a. 'frequens' autem pro 'frequenter'.* ATQVE IMPERAT ARVIS id est ut tantum ferant, quantum ipse desiderat. et hoc est, quod ait supra ⟨47⟩ votis respondet avari agricolae. *alii ('atque imperat arvis') ne liberius ferant quae volunt, sed quod fuerit satum, tradunt.*

100. VMIDA SOLSTITIA ATQVE HIEMES ORATE SERENAS A. *bene ad votum se transtulit: neque enim rusticus aliud potest hic facere nisi optare. nam* duo sunt solstitia: unum aestivum VIII. Kł. Iuliarum die, quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos, et aliud hiemale VIII. Kł. Ianuariarum die, quo tempore sol altiores incipit circulos petere: unde hiemalis solstitii dies minimus, sicut aestivi maximus invenitur. videtur ergo contrarium esse quod dicit, optate

4 cum enim...dicuntur] cf. Isid. or. XVII 2, 5 ‖ 8 Homerus] Il. II 159 ‖ 15 ferrum] A. VIII 424 ‖ 22 duo sunt solstitia... invenitur] exscr. Isid. or. V 34, 2

1 ut teristem *A* ut te non tristem *V* ‖ 2 caue te tristem esse sentiat *L*: caue teristem (te tristem *M*) sentiat *AM* caue tristem sentiat *P* caue ut te tristem sentiat *V* caue ne te tristem sentiat *H* ‖ sentiat] si enim hoc est dicit uide ne tristem sentiat *add. PH* sic enim hoc est dictum *add. V* si enim hoc est, dicit uide *add. R* ‖ 3 prohibentis est] Spectat: respicit. Proscisso: arato. Suscitat: facit tunc quando arat. Aequore: campo. Terga: terram quam arauerit et sulcos ipsius arationis *add. R. ex his* Spectat: respicit *edidit Stephanus* ‖ 8 θcaaccнc (with Λ written above) *L* (Λ *supr. vers. P. Daniel*) ‖ QVAE... araverit *om. L* ‖ 9 araueris *V* ‖ 10 scilicet...aratur] hoc fit auctumnali tempore quando campus qui seminandus est rursus aratur *R* ‖ 11 quo] cum *M* ‖ praecepit *H* ‖ cum *om. V* ‖ 18 alii...tradunt] *sententia scholii haec est: alii 'atque imperat arvis' verba sic volunt intellegi, ut agricola arva iubere dicatur, non id ferre quod ipsa velint, sed id quod satum fuerit.* ‖ 19 tradant *Masvicius* ‖ 20 Humida solsticia: aestatem pluuiis temperatam. Orate: optate ut sint *R* ‖ 21 aliut *L* ‖ 22 duo] quia duo *PH* ‖ unum] est *add. V* ‖ VIII.] XII^mo *V* (mo *add. v*) ‖ 24 hiemnale *P* ‖ VIII.] XII^mo *V* (mo *v*) ‖ 25 hiemnalis *P* ‖ minimus] est *add. H* ‖ 26 ergo] uero *H*

pluvias per solstitia et per hiemem serenitatem, cum, ut diximus, unum aestivum sit et aliud hiemale solstitium. sed sciendum, modo annum in quattuor partes esse divisum: in duo solstitia et duo aequinoctia, unum vernale et aliud autumnale, quae Graeci ἰσημερίας vocant — sunt autem haec VIII. Kl. aprilium et VIII. Kl. octobrium die —: qui annus olim in duas tantum partes dividebatur, hoc est in aestivum et hiemale solstitium, in duo hemisphaeria: ut intellegamus omnia eum tempora voluisse complecti. nam hoc dicit: optandum rusticis, ut autumnali et hiemali tempore sit serenitas — quae duo tempora pro uno habebantur secundum hemicyclii rationem, ut diximus, — vernali vero et aestivo tempore ut sint pluviae, quae et ipsa duo tempora pro uno erant. tamen si diligenter attendamus, poetica licentia est usus, ut pluralem numerum pro singulari poneret: nam 'solstitia' pro solstitio et 'hiemes' pro hieme posuit. dicit autem, optanda haec quae per naturam non sunt, quo possit utriusque temporis asperitas mitigari, et aestatis calor pluviis, et frigus hiemis serenitatis tepore. *sane quidam 'umida solstitia atque hiemes orate serenas' pro hiemali tantum solstitio accipiunt, hoc est ea solstitia, quae umida hiberni temporis ratione esse necesse est — nam aestatis solstitia umida esse non possunt —, ut sub una significatione dictum sit 'umida solstitia atque hiemes': quod ostendunt subsequentia 'hiberno laetissima pulvere farra'; neque enim aliquid de aestatis solstitio vel tempore memoravit. sed verior expositio hoc habet: 'umida solstitia atque hiemes orate serenas agricolae' non quod umida esse debeant, sed 'umida solstitia' epitheton hiemis est, et modo hoc dicit: solstitia illa, quae umida sunt naturaliter, id est hiberna, o agricolae, et hiemes serenas orate: nisi enim serenum caelum fuerit, nec seri poterit nec arari, ut ipse dixit in sequenti 'hiberno laetissima pulvere farra'; nisi enim serenum fuerit, pulvis e terra levari non poterit. ergo hoc dicit: solstitia hiberna et non solum solstitia, id est solstitiorum sola tempora, sed omnes hiemes serenas optandas.*

101. HIBERNO PVLVERE hiberna serenitate, eo quod nimia se-

---

3 et duo aequinoctia...in duo hemisphaeria] exscr. Isid. or. V 34, 3

---

2 hiemnale *P* ‖ 3 in *ante* duo *om.* *V* ‖ 4 graecia *A* ‖ ICHMEPIAC *L*: EIC... PIAC *A* EICNAΛEPIAC *P* EICHMEPIAC *VH* EIHMEFAC *M* ‖ 5 *bis* VIII.] XII. *V* ‖ octubris *V* ‖ 6 qui] quia *V et Isidorus* ‖ 7 et in hiemale *VM* et hiemnale *P* ‖ in duo] et in duo *LV* id est in duo *a* ‖ emis fieria *A* emisferia *PLH* emisperia *VM* ‖ 9 hiemmali *P* ‖ 10 duo *om.* *L* ‖ alebantur *V* ‖ emicydii *A* hemiclyci *P* emicicli *V* emyclii *H* emyciclii *M* ‖ 11 et] pro *L* ‖ 17 tepore *Va*: tempore *reliqui* ‖ 25 epithethon *L*

renitas pulverem creat. *et est carmen rusticorum antiquum* *hiberno pulvere verno luto grandia farra, camille, metes. camillus adulescens est.*

102. LAETVS AGER hiberno scilicet sereno: *quia ubi hoc contigerit, ne haec quidem loca, quae fertilia sunt, ut est Moesia et Gargara, quae dicturus est in sequentibus, certent cum illo proventu.* NVLLO TANTVM SE MOESIA CVLTV IACTAT constat quidem Moesiam circa culturam esse diligentem; sed non ei cultus suus tantum prodest, quantum hiberna serenitas *et umidum solstitium.* Mysia autem provincia est *Thraciarum, vicina Scythiae*, Moesia vero civitas Phrygiae, haud longe a Troia, quam magis debemus accipere propter Gargara, montes Phrygios. *unde apparet et in Asia esse regionem, quae Moesia dicatur. sane Gargara multi auctores Graeci, sicut Serenus Sammonicus tradit, altitudinem Idae montis et per hoc abusive omnes summitates montium Gargara appellant: esse etiam Gargara civitatem in radicibus Idae montis in provincia Moesia Asiae, quam constat naturaliter uliginosam et ob hoc frugum feracem in tantum, ut multi poetae Graeci Gargara abusive pro cuiusvis rei multitudine vel copia posuerint. ergo potest et hic sensus esse, ut sit: cum ea sit anni temperies, ut hiemps serena sit et solstitium umidum, fructus optime provenire; haec autem adeo esse agris necessaria, ut sine his ne illi quidem fecundissimi Moesiae agri responsuri sint opinioni fertilitatis, quae de his habetur. 'Moesia cultu' autem ideo addidit, tamquam diceret: omnis seges, quae tempestivos umores habuerit, aequabit fecunditati arvorum Moesiorum, quae propterea, quod non quaerant solstitiales imbres, sed naturali et proprio umore laetentur, maximum et praecipuum cultum habeant, unde ita uberes ibi fructus proveniant, ut fecunditatem agrorum suorum etiam Gargara ipsa mirentur.*

---

1 et est...metes] cf. Macrob. Sat. V 20, 18 ‖ 12 unde apparet... Gargara ipsa mirentur] cf. Macrob. Sat. V 20, 1—17

---

1 et aeste armen *L, corr. Daniel* ‖ 4 sereno] et sereno *A.* Moesia: ciuitas phrigiae *add. R* ‖ 7 SE TANTVM *AVM* ‖ MOESIA *PL*: MESIA *A* MOSIA *H* MYSIA *VM* ‖ moesiam *L*: masiam *A* (maesiam *a*) mysiam *PM* mesiam *V* mosiam *H* ‖ 9 Mysia *PHM*: misia *V* mesia *A* moesia *L* ‖ 10 Moesia *PHML*: mesia *AV* ‖ Phrygiae] mesia *V* ‖ 15 appellantes se etiam *L, corr. Masvicius* ‖ 17 ferarem *L* ‖ 19 ergo potest et hic sensus esse *e. q. s.*] *cum his consentiunt quae Vaticanus post* et non sua poma (*p.* 158, 3) *habet* est et alter sensus: cum ea sit anni temperies, ut hiemps serena sit et solstitium humidum, fructus optime prouenire et adeo haec esse agris necessaria, ut sine his nec misiae quidem nec gargarorum agri, culturae [sint] feracitate laudabiles, responsuri sint opinioni, quae de eis habetur. est autem misia regio asiae circa ciliciam, frugum ferax, quae nullo cultu tantum se iactat, id est gloriatur, quantum si ueniat serena hiemps et solstitium humidum ‖ 20 ut *Masvicius*: et *L* ‖ 21 adeo *Daniel*: ideo *L* ‖ 23 MOESIA CVLTV cultu *Daniel* ‖ 27 habeant unde *scripsi*: habeant̄ (*i. e.* habeantur) et *L* habeant et *Daniel*

103. MIRANTVR GARGARA phantasia est poetica rei inanimali sensum dare: sic alibi ⟨II 82⟩ mirataque novas frondes et non sua poma. *sane Rubellius Blandus et Quadrigarius historici dicunt Gargarum flumen vocari in finibus Thurinis; fuisse et oppidum mediocre, quod Garga nunc vicus est, quem Troes obscuri centum quinquaginta ignoto et incerto duce insederunt, scilicet nomine a vertice Idaeo translato, a quo civitas etiam in finibus Troicis Gargara appellatur.*

104. QVID DICAM *oratorium schema quaedam recusare, quasi non sufficiant materiae, deinde referre. et quid dicam, quemadmodum iuvat arva qui insequitur.* COMMINVS A. I. statim, sine intermissione. *non est ergo 'ex propinquo'. qui significatus frequentissimus est in cisalpina Gallia; vulgo enim dicunt 'vado ad eum, sed comminus': unde Vergilius magis patriam consuetudinem videtur secutus. veteres enim non in tempore, sed in loco 'comminus' ponebant, id est iuxta, ut est ⟨III 374⟩ comminus obtruncant ferro: cui contrarium est 'eminus', id est longe.*

105. MALE PINGVIS non pinguis, id est sterilis: *nam 'male' apud Vergilium saepe pro 'non' significat, ut male sana sororem.* RVIT autem evertit, dissipat: nam modo agentis est, ut una eurusque notusque ruunt: nam aliter dictum est ruit alto a culmine Troia.

106. DEINDE SATIS FLVVIVM INDVCIT post commemoratam generalem agriculturam transit ad species et culturas venientes ex tempore: nam arare, cinerem iacere, incendere aeternum est; inrigare autem nonnisi nimiae siccitatis est, sicut siccare etiam aut ex magnis pluviis aut ex fluminis eruptione compellimur. SATIS segetibus, agris satis, *id est seminatis*: nam participium est. RIVOSQVE SEQVENTES iuges, *aut secuturos*: aut certe rivorum est epitheton, *quia qua duxeris sequuntur.*

3 Rubellius Blandus et Quadrigarius] p. 236. 4 Pet. | 19 male sana] A. IV 8 | 20 Ruit ... dissipat] cf. Non. p. 380, 10 | una] A. I 85 | 21 ruit] A. II 290

1 GARGARA] et moesia et gargara ad unam prouintiam pertinent *add.* *R* inanimatae *vulgo* | 2 dare] ut montes dicant mirari *add.* *R* | mirataque *PHVML*: miratasque *A* | 4 fuisse et *scripsi*: fuisset *L* ad illud fuisse *Masvicius* | 5 quem] *expectatur* quod | 7 ideo *L* | 10 sufficiant *scripsi*: sufficiat *L* | 11 intermissione] insequitur: prosequitur et non sinit quiescere *add.* *R*, *edidit Stephanus* | 12 qui significatus] *i. e.* 'statim, sine intermissione' | 13 vade *Masvicius*, *fortasse recte: nisi potius sed secludendum* | 18 non pinguis *om.* *L* | sterilis] male pro non et ita saepe fecit *add.* *V* | 19 pro *del.* *Masvicius* | 20 autem *om.* *LV* | euertere *H* | 21 a *om.* *V* | 27 fluminum *ex* fluminious *A* | compellitur *L* | 28 principium *H* | 30 duxerit *L*, *corr.* *Masvicius*

107. EXVSTVS AGER scilicet aestatis calore. MORIENTIBVS HERBIS secundum Pythagoricos, qui dicunt omne quod crescit animam habere: unde est ⟨IV 330⟩ atque interfice messes.

108. ECCE SVPERCILIO id est ex inproviso. 'supercilio' autem altitudine, summitate terrarum. *alii 'supercilia' loca in obliquum delimata, quae superne habeant alia fastigia, ex accidenti dicunt. tramites autem sunt convalles, quae de lateribus utrimque perviae limitant montes, quae solent etiam saltus nuncupari. sed hic tramitem nunc pro valle ac saltu accipere debemus et pro supercilio simpliciter edito loco, ut Ἴλιος ὀφρυόεσσα; nam ideo ait 'clivosi'.*

109. *ELICIT ab eliciendo. et apud antiquos et hodieque in aliquibus provinciis elices appellantur sulci ampliores ad siccandos agros ducti, unde poeta ipso verbo uti voluit: nam et scrutatores vel receptores aquarum aquilices dicuntur. † barinulas dixerunt.* RAVCVM PER LEVIA MVRMVR S. C. non solum utilitati hanc rem dicit fore, sed etiam voluptati. '*murmur' autem sonum aquae.* 'levia' *vero* lubrica, nitida, detrita.

110. SCATEBRIS bullitionibus, quae fiunt cum aqua in aliquas rimas defluxerit: unde etiam vasa aestuantia calore scaturrire dicuntur. *unde vulgo vasa, ubi calida solet fieri, scutrae appellantur. TEMPERAT rusticus scilicet.*

111. QVID QVI NE GRAVIDIS P. C. ARISTIS gravidas aristas periphrasticos pro spicis posuit. dicimus autem et 'hic spicus' et 'hoc spicum': Cicero in Arato spicum inlustre ferens insigni corpore Virgo. sed scire debemus in usu esse a masculino

---

10 *Ἴλιος ὀφρυόεσσα*] Hom. Il. XXII 411 ‖ 24 Cicero in Arato] IV p. 1015, 29 Orell.

---

1 aestatis] ex aestatis *V* ‖ 5 terrarum] Cliuosi tramitis: cliuus dicitur reflexio montis. Tramitis: uiae. Elicit: exprimit educit. Illa: unda. Cadens: defluens *add. R* ‖ obliqum *L* ‖ 6 delimata *L* delineata *Commelinus* ‖ quae superne habeant alia fastigia. ex accidenti dicit 'tramitis': 'tramites' autem sunt *e. q. s. Masvicius* ‖ 8 sed hic] *expectatur* itaque *vel* ergo ‖ 10 et... clivosi] et ꝑ (*sed* ꝑ *a manu recentiore ex* p *videtur factum*) supercilio simplici te redito loco ut ΙΛΙΟϹ ΟΦΡΥΟ.ΕϹ////ca (φ *in rasura*) nam ideo ait eliuoui (cliuosi *supr. vers. P. Daniel*) *L. expectatur* et 'supercilium' simpliciter pro edito loco *e. q. s.* ‖ 11 et *ante* hodieque *om. Daniel* ‖ 14 barinulas *L, quamquam et* barinulcis *legere possis* ‖ RAVCVM... detrita] Raucum: sonorum hic. Leuia: lubrica detrita nitida. Murmur: sonitum. non solum utilitati hanc rem dicit esse sed etiam uoluptati. Ciet: efficiet *R* ‖ 16 vero *supr. vers. add. l* ‖ limpida *post* lubrica *supr. vers. add. v* ‖ nitida detrita *om. A* ‖ 18 bullitionibus] qbs bullitionibus *A* qbsdam ebullitionibus *a* ebullitionibus *vulgo* ‖ aquae *A M* ‖ 19 defluxerint *M* ‖ calore *om. L.* a calore *Lion e Guelferbytano I, ut videtur* ‖ scaturire *PH* scatere *R* ‖ dicuntur] et scatebra femininum *add. R* ‖ 21 rusticus scilicet] *haec verba in Lemovicensi scholium ad v.* 118 *adscriptum sequitur* ‖ 22 QVID] subaudi 'de illo dicendum est' aut 'quantum illi prodest' *add. R, edidit Stephanus* ‖ 23 autem] enim *V* ‖ 25 Virgo] tenens *add. HM. cf. Cic. de nat.*

utrumque numerum, a neutro vero raro, et tantum singularem inveniri: nam pluralis nusquam lectus est. *et 'quid' id est 'quid dicam quantum iuvet arva'.*

112. LVXVRIEM SEGETVM bene 'luxuriem', ut ostendat rem superfluam et nocituram, nisi amputetur. [*officere*] *et 'bene luxuriem pascit, non segetem. sane 'luxuriem' iuxta antiquos multi dictum putant, cum 'luxuria' dicatur.*

113. CVM PRIMVM SVLCOS AEQVANT SATA *seminata, hoc est* cum adhuc herbae sunt tenerae, id est *cum operiunt sulcos herbae, hoc est* antequam cogantur in culmos. *et per ista tempus ostendit.* et est Vergilii hoc hemistichion unum de invictis. *QVIQVE PALVDIS et hic 'iuvat arva' subaudiendum.*

114. DEDVCIT siccat, detrahit: sic paulo post ⟨269⟩ rivos deducere nulla religio vetuit, id est siccare. *BIBVLA HARENA quia omnis harena bibula est.*

115. INCERTIS SI MENSIBVS inoportunis. incerti autem menses sunt veris vel autumni: nam et hiemis certum est frigus, et aestatis certus est calor. *quidam incertos menses pro quibuscumque, qui adferant variam tempestatem, accipiunt.*

116. *EXIT exire proprie dicuntur flumina, cum abundant extra ripas, ut cum spumeus amnis exit.* OBDVCTO LIMO superlito, superfuso. *LATE valde ac multum, id est per plurimum spatium.*

117. *VNDE ex quo vel ob quam rem.* TEPIDO VMORE stanti, noxio, inutili. *vel hoc est 'incertis mensibus'; videtur enim de aestate dicere 'tepido umore'.* LACVNAE autem sunt fossae, in quibus aqua stare consuevit, *id est quasi lacus minores.*

118. NEC TAMEN HAEC CVM SINT H. B. L. ordo est 'nec tamen nihil *inprobus anser Strymoniaeque grues et amaris intiba fibris* offi-

4 bene...amputetur] cf. Non. p. 339, 32 ‖ 21 cum spumeus] A. II 496

deor. II 42, 110 '*spicum inlustre tenens splendenti corpore Virgo*' ‖ 1 raro et *om. L*, et *om. M* ‖ 2 nam plurali numquam lectum est *L* ‖ lectus est] Culmus: coniunctio spicorum *add. R.* CVLMVS iunctio spicarum *edidit Stephanus* ‖ 5 officere *seclusi* ‖ 11 sane hoc emistychium uergilii unum dein uictis est *L* ‖ emisticon *A* emistichion *PHM* emisthicion *V* ‖ inuictis] inductis *coni. Peerlkamp Mnemos.* X *p.* 121 *sq. sed cf. Burmanni adnotatio.* Depascit: detruncat et depasci facit. Cum primum s. e. s.: sui aequalitate operiunt sulcos *add. R* ‖ et...subaudiendum *maiusculis litteris scripta in Lemovicensi* ‖ 13 siccat] dimouet siccat *R* ‖ triuos *L* Quos *Daniel* ‖ 14 siccare] Praesertim: maxime praecipue *add. R, edidit Stephanus* ‖ 17 vel] *om. H*, et *exemplaria impressa pleraque* ‖ aestus *P* ‖ 18 calor] ueris uero et auctumni nunc frigus nunc calor est *add. R, edidit Stephanus* ‖ 21 exiit *L* ‖ super litus *L* (super lito *P. Daniel*) ‖ 22 superfuso] Tenet: occupat et operit. Vnde: de huiuscemodi inundatione amnis *add. R* ‖ 23 stante *M* ‖ 24 inutili] TINCE defluenti *add. R. fort.* nec defluenti ‖ 25 autem sunt *om. L* ‖ in quibus collecta aqua *R et Stephanus* ‖ 28 strymoniaequae *L* ‖ officiunt *om. AH*

ciunt *aut umbra nocet.* et hoc dicit: licet haec omnia, quae dixi, arando sint experti et hominum et boum labores, tamen sunt adhuc aliqua quae obsunt, nisi provideris, ut aves absint et umbra arborum.

119. INPROBVS ANSER insatiabilis, nulli probandus. et dicit anseres agrestes.

120. STRYMONIAEQVE GRVES Thraciae, a fluvio *vel lacu* Strymone, *qui fuit circa Amphipolim civitatem.* ET AMARIS INTIBA FIBRIS ut etiam Donatus dicit, male quidam intibam avem quandam amari iecoris accipiunt: nam intiba dicit cichorea, quorum radices multae et tenues ambiunt segetes et necant. 'fibris' autem abusive ait, quod radices intiborum hac atque illac decurrant, ut fibrae per iecur, id est venae quaedam et nervi. *alii fibras proprie dicunt rei cuiusque extremitates, sicut Cicero in Gabinium fibrae cincinnorum madentes et in Tusculanis* ⟨III 6, 13⟩ *non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras evellere. unde et iocineris extremae partes fibrae a nonnullis appellantur. bene ergo Vergilius intiborum vel radicum vel foliorum extremitates fibras dixit. alii fibras herbas adserunt, ut Nigidius commentario grammaticali* φορβή ⟨*herba*⟩. *sed antea fibra dicta est, ut nunc etiam rustici dicunt. potest ergo hic 'fibris' pro herbis accipi, quando ipsa intibus herbae species est.* AMARIS nocentibus, ut hostis amare.

121. AVT VMBRA NOCET ut nocent et frugibus umbrae.

122. *HAVT FACILEM ESSE VIAM rationem* μέθοδον.

123. MOVIT AGROS CVRIS ACVENS M. C. dicturus est Iovem fecisse multa, quae possunt in vituperationem venire: et ea hoc colore defendit, quo dicat voluisse eum ingenium mortalibus ex ne-

---

13 alii...fibras dixit] cf. Isid. or. XI 1, 126 ‖ 14 Cicero in Gabinium] in Pisonem XI 25 ‖ 22 hostis] A. X 900 ‖ 24 nocent] buc. X 76

---

3 ut...arborum] scilicet ne aves obsint aut umbrae arborum *Fabricius* ‖ et *M*: ut *ALV* aut *PH* ‖ umbrae *V* ‖ 5 et] aut *M* ‖ 7 GRAVES *L* ‖ 8 fuit *Masvicius*: sunt *L* ‖ anfipolim *L* ‖ 9 ut etiam *om. L* ‖ intiba *V* intybiam *M* ‖ avem] partem *V* ‖ 10 intibia *M* ‖ dicitur *AP* ‖ cichorea] cicorea *ALM* chicore//// *P* (chicerea *in marg. p*) cicoreas *V* hiecorea *H*. herbas quasdam nexas *R*, *inde* cicorea, herbas quasdam noxias *Stephanus* ‖ quarum *libri*, *correxi* ‖ 11 ambiunt] et quia ambiunt *V* ‖ 12 decurrant] decurrunt *AM* ducant uel decurrant *R* ‖ 13 et] ac *L* ‖ propriae *L* ‖ 14 madentes cincinnorum fimbriae *Ciceronis libri* ‖ 16 miseriarū *L*, *sed* ū *in ras. l* ‖ 17 iocineris *L*. *cf. Neue Formenl.* I² *p.* 560 *sq.* ‖ extreme *L* ‖ 19 fibras *om. Daniel* ‖ 20 ΦΟΡΒΗ *L* ‖ herba *inseruit Commelinus*. *cf. Salmasius exercit. Plin. p.* 280 *D.* ‖ 23 amare] Officiunt: obsunt inpediunt *add. R* ‖ 24 umbrae] Pater ipse: iuppiter. Haud facilem: non facilem. Viam: rationem et artem colendi *add. R* (Viam...colendi *edidit Stephanus* ‖ 25 AVT *L* ‖ ΜΕΘΔΟΝ *L* ‖ 27 multa] tam multa *VM* iam multa *H* ‖ 28 quo] quod *vulgo*

cessitate praestare, ne torperent otio, quod ex rerum abundantia procreatur. *et 'movit agros' tamquam ipse colat agros, ut ille colit terras: vel 'movit' id est iussit coli, ut est* ⟨I 1⟩ *terram vertere. 'curis' vero sollicitudinibus.*

124. VETERNO pigritia: nam veternum dicitur morbus intercus, id est ὕδρωψ, qui homines efficit pigros. 'intercus intercutis'. (*VETERNO*) **otio, quia plerumque otiosos solet hic morbus incessere: Plautus in Addicto opus facere nimio quam dormire mavolo, veternum metuo.**

125. *ANTE IOVEM ante regnum Iovis. NVLLI vetuste pro 'non' significat: Terentius in Hecyra* ⟨I 2, 4⟩ *si non quaerit, nullus dixeris, ut ipse alibi* ⟨IV 515⟩ *nulla Venus, non ulli animum flexere h.; tale est et nihil mea carmina curas pro 'non curas'. SVBIGEBANT conficiebant, domabant, mollibant ac per hoc colebant.*

126. *LIMITE termino, ut limes agro positus. NE SIGNARE QVIDEM 'signare' notare, propterea quod, cum agri colonis dividerentur, fossa ducebatur ab oriente ad occidentem, quae cardo nuncupabatur, et alia de septentrione ad meridiem, qui decimanus limes vocabatur, et alii minores erant in obliquum discreti, qui lineares appellabantur et agros per centurias sive per iugera divisos coercebant.*

127. IN MEDIVM QVAEREBANT in commune, *id est in publicum, ut ipse alibi consulite in medium. IPSA TELLVS 'ipsa' ultro, sponte sua, ut ipsae lacte domum.*

128. OMNIA LIBERIVS quia supra ait ⟨99⟩ atque imperat arvis. *alii 'liberius' pro 'liberalius' accipiunt.*

---

2 ille] buc. III 61 ‖ 5 nam veternum...ὕδρωψ] cf. Don. ad Ter. Eun. IV 4, 21 ‖ 10 vetuste...significat] cf. Don. ad Ter. Eun. II 1, 10 ‖ 13 nihil] buc. II 6 ‖ 15 limes] A. XII 898 ‖ 16 propterea quod e. q. s.] cf. Isid. or. XV 14,4 ‖ 22 consulite] A. XI 335 ‖ 23 ipsae] buc. IV 21

---

2 procreatur] Acuens: exercens *add. R, edidit Stephanus* ‖ 5 VETERNO pigritia otio...metuo. veternus autem dicitur *e. q. s. L* ‖ ueternum *libri*: ueternus *vulgo* ‖ dicitur] est *R* ‖ intercutis *VML* ‖ 6 id est *om. H* ‖ ΥΔΡΩΨ *A P* ΥΔΡΩC *V* ΥΝΡΟΠΟΙΑ *H* ΥΔΡΩ *M* ydrops *R* ydrobs *L* ‖ intercus intercutis *A PH*: *om. V,* intercus intercutis declinatur *M* et dicimus intercus intercutis *R* et dicimus hic intercus huius intercutis *L* ‖ 7 necessere *L, corr. P. Daniel* ‖ 9 *ad v.* 125 *sqq. haec scholia unus R habet, edidit Stephanus* Subigebant: subigebant suo labore id est colebant arua. Partiri limite campum: diuidere possessiones et designare. Fas: lex ‖ 10 uetustae *L* ‖ 11 becyra *L* ‖ quaeret *Terentiani libri* ‖ 12 non ulli] nenulli *L* ‖ 13 nil *L* ‖ 14 SVICIEBANT *L* ‖ conficiebant *om. Daniel* ‖ colebant] EXCVDERET eliceret hoc est usus ipse *add. L. cf. ad v.* 135 ‖ 15 terminum *L* ‖ limis *L* ‖ positos *L.* SENSERE CAVATAS hoc est quod ait paulatim. IN MEDIVM QVAEREBANT in commune...in medium. ALNOS arboris species...in fluuiis nauigant (*cf. ad v.* 136) *in eodem sequuntur* ‖ 16 deuiderentur *L* ‖ 19 obliquam *L* ‖ liniares *L* ‖ 20 centuras *L* (*corr. P. Daniel*) ‖ cohercebant *L* ‖ 21 in publico *L, corr. Masvicius* ‖ 25 arvis] tunc enim tam libere cuncta sponte proferebant nunc autem imperante alio per laborem et culturam

129. *ILLE Iuppiter scilicet adeptus imperium.* MALVM VIRVS bene ad discretionem epitheton addidit: nam virus et bonum et malum est, sicut venenum: nam idem est. venit autem a graeco: nam et illi φάρμακον medium habent, id est bonum et malum. sane 'virus' hodie tres tantum habet casus: 'hoc virus, hoc virus, o virus'. antiqui 'huius viri' dicebant: Lucretius ⟨II 476⟩ taetri primordia viri. *nonnumquam pro foetore ponitur 'virus', ut apud Lucilium anseris herbilis virus. ADDIDIT aut 'ad' abundat, aut 'addidit', quia habebant ante nonnihil veneni. ATRIS modo noxiis, id est ad tenebras et mortem mittentibus.*

130. *PRAEDARIQVE LVPOS IVSSIT utrum ut ipsi praedas faciant, an ut ipsi capiantur? PONTVMQVE MOVERI ventis scilicet: Cicero mare movetur ventis, ne putescat.*

131. *MELLAQVE DECVSSIT F. quia est opinio, fluxisse arboribus mella.* IGNEMQVE REMOVIT non sustulit, *non extinxit,* sed occuluit: unde est quaerit pars semina flammae abstrusa in venis silicis.

133. *VT VARIAS VSVS 'usus' ἡ πεῖρα: ut cum opus rebus esset, excogitarentur artes, per quas invenirentur. MEDITANDO ab agente est, id est dum meditatur.* EXTVNDERET studiose reperiret et coleret.

134. *PAVLATIM epitheton artium est.* FRVMENTI HERBAM periphrasis segetis, *ut nec graminis attigit herbam. QVAERERET id est ipse usus. et 'quaereret', quasi adhuc quod non esset, id est quasi intus in sulcis quaereret.*

135. *VT SILICIS VENIS proprie dictum: Quadrigarius quarto inter venas saxi. ABSTRVSVM latentem et quasi divinitus absconditum. et hoc est quod dixit 'ignemque removit'. sane 'absconditum' dicitur,*

---

5 sane virus ... primordia viri] cf. Servii [Sergii] comm. in Don. p. 432, 26 K. ‖ 7 apud Lucilium] V v. 19 p. 27 Muell. ‖ 12 Cicero] vol. IV p. 1059, 31 Orell. ‖ 16 quaerit] A. VI 6 ‖ 19 Extunderet ... coleret] cf. Non. p. 102, 14 ‖ 22 nec graminis] buc. V 26 ‖ 25 Quadrigarius quarto] p. 223, 6 Pet. ‖ 27 sane ... consum] cf. Isid. diff. verb. 9

---

seruiunt *add. R, edidit Stephanus sic:* bene. tunc enim libere c. s. ferebant: nunc autem i. a. p. l. culturae seruiunt ‖ 2 bene *om. A* ‖ 3 idem est] Serpentibus addidit atris: tamquam innoxii ante fuerint serpentes. atris autem nigris; nam uenenum nigrum est *add. R* ‖ 5 hoc uirus et hoc uirus o uirus *PH* hoc uirus o uiros hoc uirus *V* hoc uirus o uirus *M* ‖ 6 huius] hocuius *H, om. V.* hoc uirus huius uiri *Stephanus* ‖ 7 faetere *L* (faetore *P. Daniel*) ‖ 8 herbili' *Muellerus* ‖ 'ad' *om. Daniel* ‖ 11 *ad v.* 130 Pontumque moueri: mare exundare et pericula nauigantibus facere *R* ‖ 12 uenti *L* (uentis *P. Daniel*) ‖ 14 fluxisse se arboribus *L* ‖ 15 non penitus sustulit *vulgo* ‖ occulit *APL* ‖ 16 silicis] Passim: abundanter ubique. Riuis: fluminibus *add. R, edidit Stephanus* ‖ 17 Η ΙΤΕΙΡΑ *L* ‖ 19 repperiret *LM* ‖ 20 coleret] sulcis autem arationibus *add. R* ‖ 23 essed *L* ‖ 25 propriae *L* ‖ 26 *scholium ad* ABSTRVSVM *adscriptum haud scio an Servii sit*

non 'absconsum', quia 'conditum' facit, non 'consum'. EXCVDERET *eliceret, hoc est usus ipse.*

136. *ALNOS arboris species. et per hoc lintres fluviales ostendit.* FLVVII *id est qui in fluviis navigant.* SENSERE CAVATAS *hoc est quod ait 'paulatim'.*

137. NAVITA pro 'nauta', sicut 'Mavors' pro 'Mars'. *STELLIS hic pro sideribus, quae plures in se stellas habent.* NVMEROS ET NOMINA FECIT 'numeros' aut currendi modos, id est ortus et occasus — quod si est, quasi rem philosophorum praetermisit; nam tantum de nominibus dicit, ut 'Pliadas, Hyadas': aut certe re vera ait 'numeros'. nam Hipparchus scripsit de signis et commemoravit etiam, unumquodque signum quot claras, quot secundae lucis, quot obscuras stellas habeat: secundum quod bene memoratis signis, quasi notum, stellarum numerum praetermisit. *aut 'numeros', quia septentrionem dicimus. 'nomina fecit' vero notamina: Plautus in Menaechmis* ⟨I 1, 1⟩ *iuventus fecit nomen peniculo mihi.*

138. PLEIADAS signum est ante genu tauri, quod *Graeci ὕβον dicunt, id est petimen. Quidam autem non omnium boum ὕβον, sed eorum tantum, qui sunt, ita ut Cyprii, gibberi, sicut Aristoteles quoque refert, sed et gibber ipsum ὕβον nominat. sed pleiades* ortu suo primae navigationis tempus ostendunt: unde graece pleiades dicuntur ἀπὸ τοῦ πλέειν, latine vergiliae a verni temporis significatione, quo oriuntur: *vel quod Pliones et Atlantis filiae sint. sunt autem septem: Taygete, Alcyone, Celaeno, Sterope, Merope,* ⟨*Maia,*⟩ *Electra, quae excisum Ilium dolens, lucere desiit. quidam Meropen volunt non apparere, velut erubescentem, quod sola e sororibus cum Sisypho mor-*

---

17 signum est e. q. s.] cum Servianis cf. Isid. or. III 70, 12 sq. ‖ 19 Aristoteles] cf. hist. anim. p. 499, 13 B.

---

3 lyntres *L* ‖ 6 mabors *V* ‖ *scholium ad* STELLIS *adscriptum om. Daniel* ‖ 9 quasi philosophorum praetermisit sectam *V* ‖ 10 yadas *VM* ‖ 11 ipparthus *A* ipparcus *P* ippharcus *H* ipparchus *M* ‖ 12 quod claras *PHL* ‖ quod secundae *PL* ‖ quod obscuras *L* ‖ 13 commemoratis *VM* ‖ 14 praetermisit] et in eo quod dicit, nautam stellis numeros et nomina fecisse, significat, necessitate quaerendarum rerum (necessariū *R*), quae ante sponte sua cunctis prouenie-bant, homines nauigandi peritiam et studium repperisse. et ex eo quod sequitur id quod praecedit ostendit: nauigandi quippe peritiam sequitur studium motus et rationes siderum cognoscendi propter casus (tempestatem *Stephanus*) maris et uentorum motus *add. R, edidit Stephanus* ‖ 15 numina *L* ‖ menechmis *L* ‖ 16 paeniculo *L* ‖ 17 PLEIADAS *L* ΓLIADAS *APHM* PHIADAS *V* ‖ genu *APH*: genua *VML* ‖ ybon *L* ‖ 17 ybon *L* ‖ 19 gibberi *scripsi*: gibberes *L* ‖ 20 ybon *L* ‖ epliades *L* ‖ 21 ostendit *Serviani libri* ‖ greci *V* ‖ pleiades *AM*: pliadas *PH* plelades *V* pliades *L* ‖ dicuntur] *om. V*, dicunt *H* ‖ 22 ΠΛΕΕΙΝ *P*: ΠΛΕΕΙΝ *A* ΛΑΕΕΙΝ *V* ΝΕΙΝ *H* ΠΑΕΕΙΝ *M* ΠΑΕΕin *L* ‖ latino *a* ‖ uirgiliae *AVHM* (uergiliae *am*) ‖ 23 atlantes *L* ‖ 24 trygete *L* ‖ arcyone *L* ‖ celaenis *L* ‖ Maia *om. L, add. Masvicius* ‖ 25 Ilium *Masvicius*: tilium *L* ‖ Meropen *Masvicius*: steropen *L* ‖ 26 apparare *L* (apparire *P. Daniel*)

tali concubuerit. *HYADAS* hyades signum est *et* in fronte tauri, quod ortu suo efficit pluvias, unde stellae ipsae hyades vocantur ἀπὸ τοῦ ὑετοῦ, quas Latini *exinde* suculas appellaverunt. *alii hyadas a porcis, quas Graeci ὗας dicunt, a nobis sues appellantur, non a pluviis, quas ὑετοὺς vocant, dictas accipiunt: nam ideo et suculas dici a suibus. hae sunt in fronte tauri, in formam Υ litterae, unde etiam hyadas dici volunt. has alii septem, alii quinque dicunt his nominibus: Pytho, Synecho, Baccho, Cardie, Niseis.* CLARAMQVE LYCAONIS ARCTON Helicen dicit, id est maiorem septentrionem: nam minor cynosura dicitur. 'Lycaonis' autem subaudis 'filiam', ut Deiphobe Glauci. Lycaon enim, rex Arcadiae, habuit filiam Callisto: quam cum vitiasset Iuppiter, Iuno in ursam convertit et postea Iuppiter miseratus in signum *septentrionis. 'claram' ergo notam, ut tuus o clarissime frater Pandare: vel quia non occidit, ideo 'claram': vel quia illa alia obscurior est.*

139. TVM LAQVEIS CAPTARE FERAS ET FALLERE VISCO INVENTVM *E. M. Ç. C. S. 'captare' occupare velle. et* unus sensus est divisus interpositione alterius: nam 'laqueis feras captare' ad venationem pertinet, id est inlaqueare feras incurvatis arboribus; 'fallere visco' ad aucupium; item ad venationem 'et magnos canibus circumdare saltus'. male autem de aucupio quidam *hoc* respuunt, totum referentes ad venationem, et dicunt, 'fallere visco' pro visceratione positum; constat enim luparios carnibus tinctis veneno lupos necare. quod ideo non procedit, quia 'hoc viscum huius visci' facit, sicut 'templum templi', unde est et 'fallere visco'; 'viscus' vero, id est caro, 'visceris' facit, ut 'pecus pecoris', et si de carne loquebatur, 'viscere' debuit dicere: Lucretius permixtus viscere sanguis, item ipse viscus gigni sanguenque creari.

1 Hyades e. q. s.] cf. Gell. XIII 9 ‖ 10 Deiphobe] A. VI 36 ‖ 11 Lycaon ... in signum transtulit caeleste] exscr. mythogr. I 17 ‖ 13 tuus] A. V 495 ‖ 24 quia hoc viscum e. q. s.] cf. Non. p. 184, 12 sqq. ‖ 27 Lucretius] immo Lucanus III 658 ‖ item ipse] Lucretius I 837

1 HIADAS LIB. 1 hyades *L* ‖ yades *et hic et infra Serviani libri* ‖ 3 ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΕΤΟΥ *A* ΑΠΟ ΤΟΥ ΥΤΟΥ *VM, nisi quod* ΑΤΙΟ *M* ‖ 4 ὗας *ego*: hyadas *L* ὗς *Commelinus* ‖ 5 hyetus *L* ‖ 7 hydas *L* (hyadas *P. Daniel*) Yadas *Danielis exemplar* ‖ 8 pythofy nec ho baccho cardie niseis *L* ‖ 9 ARCTON] Arctos proprie bootes intelligitur: nam arctos graece bos dicitur. sed quia bootes ad ipsum septentrionem pertinet, ideo, ut fertur, ipse septentrio hoc nomen sortitur *add. R* ‖ elicen *libri, nisi quod* elicon *H* ‖ 11 Callisto *L*: calisto *Serviani libri, nisi quod* caliste *H* ‖ 12 iuno eam in ursam *V* ‖ 13 in signum] eam posuit *add. V* transtulit *add. M.* in signum caeleste transtulit *Stephanus* in signum Septentrionis caeleste transtulit *Daniel* ‖ 14 non] num *L* non vel numquam *Daniel* ‖ 15 illa *L*: illic *Daniel. 'illā', i. e. Helice, 'aliă', id est Cynosura, 'obscurior est'.* ‖ 17 unus] usque huc unus *A* hucusque *M* ‖ sensus *om. L* (*supr. vers. add. P. Daniel*) ‖ 26 loquᵉretur *Ma* ‖ 28 gignit *V* ‖ sanguenque *AV*: sanguemque *PHML*

141. *ATQVE ALIVS LATVM* FVNDA IAM VERBERAT A. *ordo est 'iam alius et funda'.* genus retis, dictum a fundendo, id est retiaculum, qui dicitur βόλος.

142. *ALTA PETENS* ***nonnulli 'alta petens' ad maris piscationem adplicant, ut prima pars 'funda iam verberat amnem' fluminis piscatio videatur, 'alta petens pelagoque alius trahit umida lina' de mari dixerit.*** *TRAHIT* VMIDA LINA everriculum significat. ***et 'trahit' recte, quia hoc genus retis tragum vocatur.***

143. *FERRI* RIGOR durities *ferri,* ***unde enses rigidi fierent:*** unde et rigidus homo dicitur. ARGVTAE SERRAE stridulae, sonorae, ***ut*** ⟨294⟩ *arguto pectine.* et dicitur Perdix, sororis Daedali filius, invenisse circinum et serram. ***'lammina' autem 'serrae' definitio est serrae.***

144. *SCINDEBANT FISSILE LIGNVM* ***aut scindendo fissile faciebant, aut ibi scindebant, ubi fissile erat.***

145. LABOR INPROBVS vel magnus, vel nulli probabilis; nullus enim est amator laboris: ***vel indefessus, adsiduus, sine moderatione.***

146. DVRIS VRGENS IN REBVS EGESTAS ***peior est egestas, quam paupertas: paupertas enim honesta esse potest, egestas etiam turpis est.*** Persius magister artis ingeniique largitor venter, negatas artifex sequi voces. ***et bene expresse dixit, ideoque singula pronuntiatione adiuvanda sunt.***

2 genus ... βόλος] cf. Isid. or. XIX 5, 2 ‖ 7 everriculum ... vocatur] cf. Isid. or. XIX 5, 3 ‖ 11 et dicitur ... serram] cf. Isid or. XIX 19, 9 ‖ 18 peior est ... turpis est] exscr. Isid. diff. verb. 185 ‖ 20 Persius] prol. 10

1 *ad v.* 141 Atque alius latum funda iam uerberat a.: primo de nautis et nauigio inuento, postea de uenatione dixit, nunc de piscatoribus loquitur: cuncta enim haec necessitas inuenit. funda genus est retis dictum a fundendo, eo quod in modum fundentis aliquid iaciatur in aquam et quicquid inuenit comprehendat. est enim retiaculum quod dicitur bolos. Alta: profunda ***hab. R.*** primo ... invenit ***edidit Stephanus ita ut scholio ad v.*** 139 ***adiungeret*** ‖ 2 genus est retis *vulgo* ‖ dictum *om. L* ‖ a fundendo] effundendo *L* (n ***add. P. Daniel***) ‖ retiaculum *AHRM*: reciculum *P* laculum *V* iaculum *L. cf. W. Schmitz Rhein. Mus.* XXV *p.* 626 ‖ 3 qui] quod *Ma* ‖ dicit *V* ‖ bolos *V* boaoc *H. scholium ad v.* 141 *adscriptum in Lemovicensi sequuntur scholia ad v.* 150—154 (LABOR ADDITVS ... nitere debeant) ‖ 7 uerriculum *R* euerriculum (at. uerriculum) *M* ‖ trahic *L* ‖ 9 inde et *L.* unde et ... dicitur *om. V* ‖ 12 serram] cui magister inuidens, quod melior in hoc fuisset inventus, ne plura inveniendo laudem ei infringeret, apud Athenas ex arce Minervae eum praecipitavit *ex comment. Leid. addidit Masvicius.* Fissile: quod (qui *R*) findi potest. Tum uariae uenere artes: ex necessitate scilicet diuersarum rerum, quibus homines repressa spontanea cunctarum rerum origine et terrarum fructificatione coeperunt egere *add. R, edidit Stephanus* ‖ 16 probabilis] et placitus uel perseuerabilis et durus *add. R* ‖ 17 moderamine *Daniel* ‖ 18 EGESTAS] Vrgens: cogens et quasi importune insistens. Egestas: indigentia rerum *add. R, edidit Stephanus* ‖ peior *L*: prior *Daniel* ‖ 19 etiam *L*: autem *Daniel* ‖ 20 negates *H* ‖ 21 et bene ... adiuvanda sunt *om. Daniel*

147. PRIMA CERES F. M. V. T. INSTITVIT prima Ceres omne agriculturae genus hominibus indicavit: superfluo enim quaestionem movent commentarii, dicentes Osirin vel Triptolemum aratrum invenisse: nam aliud est unam rem invenire, et aliud omnem agriculturam docere, quod fecit Ceres. nam ferrum dicendo cuncta generaliter rusticorum arma complectitur. *sane solum hoc nomen est in polysyllabis, quod ultimam producat in nominativo et eam in obliquis corripiat, ut 'Ceres Cereris'.*

148. SACRAE DEFICERENT SILVAE emphasis est, id est 'etiam sacrae', quarum sterilitas ceterarum quoque significat infecunditatem. ARBVTA autem sunt rubra poma silvarum, quae Plinius unedones vocat, quod asperitate sui plura edi non possunt. *'silvae' autem si nominativus pluralis est, figurata declinatio est; si singularis genetivus est, possessiva.*

149. VICTVM DODONA NEGARET Dodona civitas Epiri est, iuxta quam nemus est Iovi sacratum et abundans glandibus semper: *de cuius nemoris arboribus columbae oracula petentibus dare consueverant:* unde et κατ' ἐξοχὴν Dodonae efficit mentionem, *quia dixit* ⟨8⟩ *Chaoniam pingui glandem mutavit arista: sunt enim Chaones in Epiro, perinde ut Dodona.*

150. LABOR ADDITVS aut 'datus', ut nihil mali ante habuerint: aut re vera 'additus', quia ante erat quidem labor, sed tantum herbarum, intiborum, postea accessit robiginis, carduorum. *'labor' autem, quam Graeci κοπίαν dicunt.*

151. ESSET *comesset*, consumeret, ut est mollis flamma me-

2 superfluo enim e. q. s.] cf. Isid. or. XVII 1, 2 ‖ 11 Plinius] cf. n. h. XV § 99 ‖ 25 est] A. IV 66

1 prima *om.* *VM* ‖ 2 superfluam *L* ‖ 3 quidam commentarii *vulgo* ‖ 6 complectitur] Vertere: arare *add.* *R* ‖ 8 ceres ceris *L* ‖ 9 enfasis *libri* ‖ 10 infecunditatem] nam si poma sacrae siluae deficiebant, multo magis aliarum siluarum *add.* *R* ‖ 11 rubicunda *R* ‖ 12 horedones *V* oredones *M* (a†. unedones *supr. vers. m*) undedones *L* ‖ sua *AR* ‖ plura *VLRa*: plora *A* plera *M* plures *P* plure *H, ut videtur* ‖ edi *VLR*: uti *APHM*. †. plures eis uti non possunt *supr. vers.* *R* ‖ possint *L* ‖ 18 unde et] unde *VM* et ideo *L* ‖ catexochen *AHM* catexochem per figuram *P* cathesochen *V* catexocen *L* ‖ effecit *M* fecit *R* ‖ mentionem] totum quod dicit hoc est (et totum q. d. hic, hoc est *Stephanus*): prius homines, ut legimus, glandibus pasti sunt, nec aliud ad uictum quaerebant. cum igitur iam deficerent glandes et non solum quaelibet siluae, sed etiam sacrae eas (victum *Stephanus*) hominibus negarent, et cum aliis siluis ipsa quoque Dodona ciuitas, quae iuxta se nemus Ioui consecratum habebat, glandes usibus humanis subtraheret, Ceres prima omne genus agriculturae mortalibus tradidit (hominibus indicavit *Stephanus*) *add. R, edidit Stephanus* ‖ 19 pinguis landem *L* ‖ 21 aut datus...carduorum] aut 'datus', quia antea nec fuerit, aut 'additus', quia ante minor fuit. nam ante erat quidam labor in eradicandis seminibus intiborum, postea accessit rubiginis carduorum *R* ‖ antea habuerint *V* ‖ 22 quidam *PH* ‖ 23 intibarum *Ma* inciborum *H* intihorum *L* ‖ robiginis *AL*: rubiginis *PHVMa* ‖ 24 quam *L*: quem *Daniel* ‖ 25 consum-

dullas. ROBIGO autem genus est vitii, quo culmi pereunt, *quod a rusticanis calamitas dicitur. hoc autem genus vitii ex nebula nasci solet, cum nigrescunt et consumuntur frumenta. inde et Robigus deus et sacra eius decimo Kt. Maias Robiginalia appellantur.* sed *haec res* abusive robigo dicitur: nam proprie robigo est, ut Varro dicit, vitium obscenae libidinis, quod ulcus vocatur. SEGNIS CARDVVS inutilis, infecundus. *HORRERET abundaret, ut totum agrum impleret.*

152. *SVBIT succedit loco intereuntium.* ASPERA SILVA notandum, etiam de herbis silvam dictam.

153. *LAPPAEQVE species herbae hirsutae. TRIBVLIQVE genus spinae, quod donec viret mollia folia habet, ubi inaruerit asperantur in spinas. hos tribulos sparsisse pugnaturus cum Romanis Hannibal dicitur fugamque simulasse: quem cum Romani insequerentur, ignorantes et fugere credentes, in hoc genus fraudis incurrerunt et ab hostibus in proelium recurrentibus caesi sunt. INTERQVE NITENTIA CVLTA quae ideo coluntur, ut niteant; aut quae per cultum nitere debeant.*

154. INFELIX LOLIVM infecundum; contra ⟨II 188⟩ felicemque trahit limum. STERILES AVENAE ad discretionem earum, quae seruntur: *nam in multis provinciis etiam inter fructuum genera numerantur. DOMINANTVR vero eminent, quia et validiores et altiores sunt.*

155. QVOD NISI ET ADSIDVIS H. I. R. iam concludit et hoc dicit: nisi saepe sarrieris, propter illud 'et amaris intiba fibris officiunt'; nisi aves fugaveris, propter 'nihil inprobus anser Strymoniaeque grues'; nisi falce amputaveris ramos, propter 'aut umbra nocet'; nisi votis invocaveris pluvias, propter 'umida solstitia atque hiemes orate

1 quod ... dicitur] cf. Don. ad Ter. Eun. I 1, 34 et Hec. prol. I 2

maret *P* consumeret comederet *R* ‖ 1 ROBIGO ... quod ulcus vocatur] Rubiginem hic abusiue dixit nam proprie...quod ulcus uocatur, quae ex abundantia et superfluitate humoris solet nasci. hic autem uitium dicit quo culmi pereunt *R* ‖ ROBIGO *LM*: RVBIGO *APVH* ‖ autem *om. L* ‖ vitii] umi *L* uini *H* ‖ 3 consumunt *L*, *correxit Ott in Fleckeiseni ann.* 113 (1876) *p.* 538 ‖ rubigus *L* ‖ 4 decimo *L*: septimo *Masvicius, recte* ‖ robiginalia *L*: Robigalia *Masvicius* ‖ 5 robigo *LVM*: rubigo *APHm* ‖ nam *om. L* ‖ rubigo *PH* ‖ 6 vocatur] id autem abundantia et superfluitate humoris solet nasci, quae Graece σατυρίασις dicitur *add. Stephanus. cf. ad lin.* 1 ‖ 7 infecundus] infructuosus. Horreret: densaretur. et hoc est quod dixit 'labor additus', quia primo, ut antea diximus, in eradicandis intiborum radicibus labor erat, postea est additus, quia accidit labor rubiginis carduorum ceterorumque similium, quae ab agris pellenda essent. Intereunt: pereunt. Subit: succedit, ascendit. *add. R* ‖ HORRET *L* ‖ 8 notandum etiam] propter densitatem. et nota *R* ‖ 11 spinae *Commelinus*: speciae *L* ‖ 17 *scholium ad* INFELIX LOLIVM *adscriptum om. L* ‖ contra] et contrarium *V* ‖ felicem quod *V* ‖ 19 prouintiis *L* ‖ 22 concludit] non claudit *L* ‖ 25 aut umbra nocet] et aliter: quia et arbusta seri solent. et 'premes' (premens *V*) pro 'compesces' (compescens *V*) *add. V, quae ad v.* 156 *pertinent*

serenas': sine causa ingentes frumenti alieni acervos aspicies. per quod ostendit rusticum sua inertia famem, non anni vitio sustinere. *sane ad illud rettulit, quod supra ait* ⟨127⟩ *in medium quaerebant; at nunc sibi quisque, nec ad nos pertinet acervus alienus.*

157. PREMES VMBRAM coartabis, inminues, *compesces.* *VOTIS sacrificiis, precibus.*

159. FAMEM SOLABERE ac si diceret: ne glandibus quidem satiaberis; *sed tantum famem produces,* quia dixerat ⟨149⟩ et victum Dodona negaret.

160. *DICENDVM ET QVAE SINT DVRIS A. A. quasi magnum opus adgredior, ut* ⟨III 294⟩ *nunc veneranda Pales.* DVRIS AGRESTIBVS ARMA id est instrumenta, ut Cerealiaque arma.

162. VOMIS et ab eo quod est 'vomer', et ab eo quod est 'vomis', 'vomeris' facit. sed rationis est 'vomer'; nam 'vomis' usurpatum est: rarum enim est, ut in 'is' exeuntia 'r' in obliquis recipiant, ut 'cinis, pulvis'. talis est et in graecis ratio; nam 'actin' et 'actis' dicunt, 'delphin' et 'delphis', 'Eleusin' et 'Eleusis': sed verius in 'n' desinunt, quod in obliquis habent, ut 'actinos, Eleusinos, delphinos'. GRAVE ROBVR A. propter sulcos altius inprimendos. 'inflexi' autem pro 'flexi' posuit; nam 'in' abundat. **INFLEXI PRIMVM GRAVE ROBVR A. perifrasticos aratrum. et 'grave robur' est, cui vomer accommodatur.**

163. TARDAQVE ELEVSINAE M. V. P. Eleusin civitas est Atticae provinciae, haud longe ab Athenis. in qua cum regnaret Celeus et Cererem, quaerentem filiam, liberalissime suscepisset hospitio, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturae, filium

---

5 Premes...compesces] cf. Non. p. 365, 16 ‖ 12 Cerealiaque] A. I 177 ‖ 23 Eleusin...indicandum] exscr. mythogr. I 8

---

2 famen *L* ‖ vitio] ultio *L* ‖ sustinere] Insectabere: pro insectatus fueris: futurum indicatiui pro futuro subiunctiui. Rastris: sarculis. Terrebis: pro terrueris *add. R, edidit Stephanus* ‖ 4 at *Daniel*: ad *L* ‖ 5 inminues] Vmbras: scilicet ramos arborum incumbentes segetibus amputans (amputatis *R*). Votisque uocaueris imbrem: ut inuoces fere (fore *Stephanus*) tibi pluuiam. Alterius aceruum: qui haec accurate egerit. Frustra spectabis: in alio cernens quod ipse non habeas *add. R, edidit Stephanus* ‖ 7 ne] et ne *V* nec *M* ‖ 11 AGRESTIBVS] quia in laboie durant *add. R, ed. Stephanus* ‖ 12 ut alibi *R* ‖ arma] Agrestibus: rusticis. Queis sine: sine quibus. Seri: seminari. Surgere: crescere *add. R.* Queis...crescere *edidit Stephanus* ‖ 13 et ab eo...pulvis] et 'uomis' et 'uomer' dicitur, sed rationabilius 'uomer', quia in 'is' desinentia non facile 'r' habent in obliquis, ut 'cinis puluis' *R* ‖ 15 is] his *VHL* ‖ 18 ut] et *L* ‖ 19 delphinos] nam et 'uomis uomeris' et 'uomer uomeris' facit *add. R* ‖ INFLEXI PRIMVM GRAVE ROBVR A. perifrasticos aratrum. nam inflexi prolixi (pro flexi *P. Daniel*) posuit quia in abundat. graue autem robur propter...inprimendos. et graue...accommodatur *L* Inflexi: pro 'flexi'...abundat. Graue robur: propter...inprimendos *R* ‖ 24 haud] non *R* ‖ 25 quaerentem filiam *om. L* ‖ largissime *M* (liberalissime *m*) ‖ 26 p̄ (*i. e.* prae) muneratione *P* pro muneratione *H*

etiam eius Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit, et eum alatis serpentibus superpositum per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. ergo hoc dicit: plaustra volubilia matris Eleusinae, id est qualia ostendit Ceres apud Eleusin: aut certe qualibus mater deum colitur; nam ipsa est etiam Ceres. *Romae quoque sacra huius deae plaustris vehi consueverant. 'volventia' autem quae volvuntur, quod venit a 'volvo', non 'volvor'.*

164. TRIBVLAQVE genus vehiculi *omni parte dentatum,* unde teruntur frumenta, *quo maxime in Africa utebantur.* TRAHEAEQVE epenthesin fecit causa metri, ut 'navita'. traha autem vehiculum est a trahendo dictum; nam non habet rotas. *TRAHEAEQVE vel tabula est, ut quidam dicunt, quae trahentibus bubus solet areae induci ad pabulum colligendum: vel vehicula sine rotis, quas vulgo tragas dicunt. et causa metri in hoc nomine epenthesin fecit, ut 'navita' et 'Mavors' pro 'nauta' et 'Mars'.* INIQVO PONDERE RASTRI iniqui ponderis, id est magni: scilicet ut sine labore rustici possint glaebas infringere.

165. VIRGEA PRAETEREA CELEI VILISQVE SVPELLEX id est vasa de vimine, qualia Ceres Celeo aliquando monstravit, ut qualos, corbes et cetera. *'vilis' autem 'supellex' quia * nam de genistis vel iunco vel alba vite solent fieri.* sane 'haec corbis' dicendum est secundum Tullium, qui ait *in Sestiana* ⟨38, 82⟩ messoria se corbe contexit. sane 'supellex' usurpativum est, nam artis est 'haec supel-

9 genus vehiculi ... frumenta] exscr. Isid. or. XX 14, 10

pro munere *R* ‖ filium etiam eius ... colitur] quae fabula plenius in initio libri huius dicta est. uoluentia autem plaustra id est uolubia (*sic*) aut quaerendum est quid sit uoluentia plaustra leusinae matris aut certe qualibus mater deum colitur *L* ‖ 1 fodit *V* ‖ 5 apud Eleusin *APHM*: eleusini *V* apud eleusinum *R* ‖ 6 ipsa] opis *add. M* ‖ deae *Dorvillius*: de *L* ‖ 7 uolentia *L* ‖ 9 unde teruntur frumenta] quo teruntur in area fruges maturae *R* ‖ 10 TRAHEAEQVE ... nam non habet rotas] *om. L,* Traheaeque: epenthesis est trahahae pro trahae sicut nauita pro nauta. et est trahaahe nominatiuus pluralis. est uero traha genus uehiculi dictum a trahendo, nam non habet rotas *R* ‖ 12 non] dicion *A* ‖ TRAEQVE *L* ‖ 13 tabula *Daniel*: trabula *L* ‖ 14 tragas] *an* tragulas? *cf. Varro de l. l.* V 139 *et Loewe Prodrom. p.* 418 ‖ 16 RASTRI] i. e. cratis *et* egitta *supr. vers. m* ‖ iniqui ponderis id est *om. V* ‖ 17 possit *APHM* ‖ 18 glaebas *L*: glebas *reliqui* ‖ 20 de vimine] facta *add. R, rec. Stephanus* ‖ ut ... cetera] ut sunt corbes qualia similia *R* ‖ 21 ꝗ (*i. e. 'quia'*) nam, *inter* quia *et* nam *octo fere litterarum spatio relicto L*: supellexque ... nam *Daniel* supellex quae ... nam *Commelinus* supellex quoniam *Piccartus peric. crit. c.* 27. *fortasse* 'vilis' autem 'supellex', quia 'virgea': nam *e. q. s.* quia viminea *F. Schoell* ‖ 22 haec et corbis *L* ‖ coruis *PHV* ‖ dicendum est] dicimus feminino genere *R* dicendum est feminino genere *Stephanus* ‖ 23 corue *PHV* ‖ contexit] et aliter: celeus rex eleusinorum, apud quem ceres ospitata dicitur filiam quaerens. hic primus propter usum serendi, quem a cerere triptolemus filius acceperat, excogitauit canistra cistas et his similia *add. V* ‖ 24 supellex autem *L*

lectilis': genetivus enim aut par debet esse nominativo aut una syllaba maior, ut 'musa musae', 'doctor doctoris'; si duabus maiorem invenerimus, contra artem id esse manifestum est, ut 'anceps' 'praeceps' et pauca alia.

166. ET MYSTICA VANNVS IACCHI id est cribrum areale. legimus tamen et 'vallus' secundum Varronem † *hanc fisticula pollio mysta vallus*, quod idem nihilominus significat. 'mystica' autem 'Iacchi' ideo ait, quod Liberi patris sacra ad purgationem animae pertinebant, et sic homines eius mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. hinc est quod dicitur Osiridis membra a Typhone dilaniati Isis cribro superposuisse: nam idem est Liber pater — in cuius mysteriis vannus est, quia, ut diximus, animas purgat, unde et Liber ab eo, quod liberet, dictus est —, quem Orpheus a gigantibus dicit esse discerptum. *nonnulli Liberum patrem apud Graecos λικμητὴν dici adserunt; vallus autem apud eos λικμὸς nuncupatur, ubi de more positus esse dicitur, postquam est utero matris editus. alii 'mysticam' sic accipiunt, ut vannum vas vimineum latum dicant, in quod ipsam propter capacitatem congerere rustici primitias frugum soleant et Libero et Liberae sacrum facere: inde 'mystica'.*

167. *OMNIA QVAE MVLTO ANTE M. P. R. bene non vult rusticum tunc quaerere quae dixit dicturusve est, cum iam opus sint.*

---

7 mystica autem Iacchi ... discerptum] exscr. mythogr. II 92; III 12, 1

---

2 doctor doctorisui duobus matrem inuene rimus *L* ‖ 3 id *om. L* ‖ 4 praeceps *om. L* ‖ alia] Arbuteae crates: ex arbuto factae *add. R, edidit Stephanus* ‖ 5 IACHI *A V H* IACHII *L* (IACCI *l*) ‖ cribrum] cyblum *L* ‖ 6 tamen] autem *R* ‖ uallum *V* uarus *L* ‖ hanc ... vallus] *cf. Varro rer. rust.* I 22 '*quae nasci in fundo ac fieri a domesticis poterunt, eorum nequid ematur, ut fere sunt quae ex viminibus et materia rustica fiunt, ut corbes, fiscinae, tribula, valli, rastelli.*' *fortasse ad 'mystica vannus' haec adscripta fuerunt* hanc alii vallum dicunt: Varro fiscinae tribula valli, Pollio mystica vallus: *ex his in eo libro, unde Servianus commentarius suppletus est, non nulla evanuerant, descripta sunt quae legi poterant* ‖ 7 autem *om. R* ‖ 8 quod ... pertinebant] quod apud antiquos sacra liberi patris, quem nunc iacchum uocat, ad purgationem animae pertinebant *R*. apud antiquos *et* quem ... vocat *rec. Stephanus* ‖ ad] uia *L* ‖ 9 ministeriis *P* ‖ 10 dicturus iridis *L* ‖ 11 tysiphone *R* ‖ dilaniati *PHLR*: dilanti *A* dilaniata *VM* ‖ nam ... pater] nam hiacus idem est liber pater *P* nam iacchus et liber pater idem est *R* ‖ 12 ministeriis *P* ‖ 13 et *om. L* ‖ dictus est *VH*: dictus et *A* dictus *PL* dictus est et *M* ‖ 14 agitantibus *ML* ‖ discertum *P* disceptum *L* ‖ 15 λικμητὴν *Daniel*: AIKMETNN *L* λικνίτην *Masvicius. cf. Lobeck Aglaoph. p.* 583 *sq.* ‖ uallui *L* vallus *Daniel* vannus *Masvicius* ‖ 16 λικνὸν *Masvicius* ‖ 17 alii ... mystica] *cum his consentiunt quae post* discerptum *habet Vaticanus* et aliter: uannus est uas uimineum latum, in quod propter capacitatem rustici congerere frugum primitias solent et libero sacrum facere. unde misticam dixit. est autem usus eius ut fauam uandat siue uannat ‖ uar *L* ‖ 18 ipsam propter capacitatem *ego*: ipsi optiticipacitatem *L* ipsi optiti capacitatem *Daniel* ipsi operati capacitatem *Heinsius* ipsi propter capacitatem *Masvicius* ‖ 19 Liberae] liberarae *L* ‖ 21 dicturusua *L, corr. P. Daniel* ‖ *an* opus sit? ‖ *ad v.* 167 Ante memor prouisa repones: ante-

168. *SI TE DIGNA MANET D. G. R. id est si te capit dignitas ruris vel agri colendi gloria.*

170. IN BVRIM in curvaturam: nam buris est curvamentum aratri, dictum quasi βοὸς οὐρὰ, quod sit in similitudinem caudae bovis. *alii burim curvaturam temonis, quae supra est, et quod est infra, urvum dicunt: buris enim ut curvetur, ante igni domatur, id est amburitur; unde et quae naturaliter inveniuntur curvae, ita dicuntur. Varro ait † totum burim indici ab urbe.*

171. *HVIC aratro scilicet.* *A STIRPE id est arboris, hoc est a radice: ⟨II 53⟩ nec non et sterilis quae stirpibus exit ab imis. alibi pro ipsa arbore: sed stirpem Teucri n. d. s. s. alibi dicitur 'ab initio'.*

172. BINAE AVRES duae, quibus latior sulcus efficitur. DVPLICI APTANTVR DENTALIA D. dentale est lignum, in quo vomer inducitur. 'duplici' autem 'dorso' aut lato, ut ⟨III 87⟩ at duplex agitur per lumbos spina: aut re vera duplici, cuius utrumque eminet latus: nam fere huius modi sunt vomeres in Italia.

173. CAEDITVR *ET TILIA ANTE* IVGO *LEVIS* id est ad iugum. et ideo 'levis', ne boves laborent. *'ante' autem antequam usus exigat.*

174. STIVAQVE manica aratri, qua regitur, *id est gubernaculum.* Cicero in Scauriana a stiva ipsa mecum homines loqueban-

3 in curvaturam ... aratri] cf. Non. p. 80, 19 sqq. ‖ nam buris ... caudae bovis] exscr. Isid. or. XX 14, 2 ‖ 11 sed stirpem] A. XII 770 ‖ 14 dentale ... inducitur] exscr. Isid. or. XX 14, 2 ‖ 21 Cicero in Scauriana] 25. IV p. 960, 5 Orell.

quam agriculturam exerceas, ante praeparabis haec omnia, quae in illius rei sunt usus (usum *Stephanus*) necessaria. Prouisa: id est praeparata. Repones: recondes et salua custodies *hab. R, edidit Stephanus* ‖ 2 *ad v.* 168 *sq.* Manet: expectat. Diuini gloria ruris: id est si tu gloriam diuini ruris uis adipisci, ad (aut *Stephanus*) si id tibi concessum est caelitus, ut gloriam ruris habes (habeas *Stephanus*). 'diuini' autem a diis conditi, uel quia terra dea dicitur. Continuo: principio, statim, aut priusquam agriculturam coeperis. Vi: uirtute. Domatur: usui seruire cogitur *hab. R, edidit Stephanus* ‖ 5 bovis] Formam: modum *add. R, edidit Stephanus.* et aliter: buris pars aratri curua, quae ut curuari possit, ante praeuritur *add. V* ‖ curuataram *L* ‖ tenonis *L, corr. P. Daniel* ‖ 6 infrauruum *L* ‖ id est] *om. Daniel,* et *Masvicius* ‖ 8 totum ... ab urbe] *fortasse* temonem burim dici a bubus. *cf. Varro de l. l.* V 19 *'qui quasi temo est inter boves, bura a bubus'* ‖ 9 *ad v.* 171 Huic: id est aratro. A stirpe: a radice uel ima summitate. Temo: ad quem ligantur uel iunguntur boues. Pedes protentus in octo: subaudi aptatur *hab. R, edidit Stephanus* ‖ a radice *om. Daniel* ‖ 11 uel alibi *L*, uel *delevi* ‖ 12 ab initio *Masvicius*: abitio *L* ‖ 14 dentale ... inducitur *om. L* ‖ in quod *H* ad quor *R* ‖ 15 autem dorso] *om. L,* dicit *add. R* ‖ at *om. PVL* ‖ 16 per *om. L* ‖ spina] i. e. lata *add. R* ‖ 17 nam] et *R* ‖ sunt omnes uomeres *R* ‖ in Italia] italiae *V.* dentale uero est lignum in quo uomer inducitur *add. L* ‖ 18 et ideo *om. H* ‖ 19 leues *APH* (leuis *a*) bouis *V* ‖ ante ... exigat *om. Daniel* ‖ 20 STIVAQVE QVAE CVRRVS A. T. I. stiua manica *L* ‖ manica] et gubernaculum *add. V* ‖ 21 a] *om. APHM*, ab *V* ad *L* (ab *P. Daniel*) ‖ conloquebantur *L*

tur. 'currus' autem dixit propter morem provinciae suae, in qua aratra habent rotas, quibus iuvantur.

175. EXPLORAT ROBORA FVMVS probatae enim soliditatis sunt, si in fumo minime rimas effecerint. totus autem hic locus de aratro Hesiodi est.

176. *POSSVM MVLTA TIBI VETERVM P. R. doctrinam suam commendat. 'veterum' autem aut Hesiodi, qui primus de agricultura scripsit, aut aliorum antiquorum. 'tibi' autem, id est o Maecenas, inquit, vel o agricola: hoc est enim 'tibi'.*

177. *NI REFVGIS quia alibi ait* s o r d i d a r u r a: *vel quia post dicturus est de minoribus animalibus.* *TENVESQVE PIGET c. c. 'tenues' modicas. et potest hoc ex affectu alterius dictum accipi.*

178. AREA CVM PRIMIS INGENTI AEQVANDA CYLINDRO ET V. M. hysteroproteron posuit: prius enim est, ut manu terra vertatur, deinde solidetur glarea, postremo aequetur cylindro, id est lapide tereti in modum columnae, qui a volubilitate nomen accepit. *sane area est locus vacuus, aut natura aut studio factus, ne quid inde edi nascive possit: quasi qui exaruerit. 'cum primis' autem, id est interea, quod maxime necessarium est, vel inter prima opera et officia.*

180. *SVBEANT succedant, enascantur.* NEV PVLVERE VICTA F. hypallage est pro 'ne victa fatiscat in pulverem', *id est dissolvatur. 'fatiscat' autem significat 'adfatim hiscat'.*

181. TVM VARIAE INLVDVNT PESTES per ludum nocent, *quasi*

---

10 sordida] buc. II 28 ‖ 11 tenues modicas] cf. Non. p. 411, 26 ‖ 15 cylindro ... accepit] exscr. Isid. or. XX 14, 9 ‖ 20 Subeant ... enascantur] cf. Non. p. 403, 30

---

1 Currus imos: currus dixit *R* ‖ propter proprium morem *A* ‖ 2 iuuantur] A tergo: post tergum. Torqueat: uertat *add. R, edidit Stephanus* ‖ 3 sunt] ligna et haec instrumenta lignea *add. R,* ligna *rec. Stephanus* ‖ 4 effecerint] effecerunt *L.* namque ad esiccandum fumo (ad exudandum fumum *Stephanus*) adhibita si (si *om. R*) rimas faciunt et scissuras, mala sunt et infirma *add. R, edidit Stephanus* ‖ autem *om. PHR* ‖ 5 Hesiodi est] *τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον. ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν, ἄξονά θ' ἑπταπόδην* (ΕΡΓΑ v. 422 sqq.) *additur vulgo* ‖ 7 scribsit *L* ‖ 8 inquid *L* ‖ 10 vel quia *Daniel*: uel que *L* ‖ 12 *ad v.* 177 Ni refugis: nisi graue tibi sit. Tenues: leues. Piget: pigrum est *hab. R, edidit Stephanus* ‖ 13 Area cum primis: in primis. Ingenti aequanda cylindro et v. m.: haec per hysteron proteron posuit (dicuntur *Stephanus*): nam primo (primum *Stephanus*) est ut *e. q. s. R et Stephanus* ‖ 14 primum *M* ‖ manu *om. R* ‖ 15 dein *AVM* ‖ clarea *L* gaceta *vel* gareta *M* (glarea *m*) ‖ extremo *V* postmodum *R* ‖ 16 accepit] et aliter: ante uertenda manu et sic equanda. 'cum primis' autem pro 'inter prima' *add. V, κυλινδεῖν* enim est verti *add. Stephanus et Fabricius* ‖ 18 cum primum autem *L, corr. Masvicius* ‖ interea] *malim* ante cetera ‖ 21 in pulverem] et aliter: 'fatiscat' soluatur. et 'puluere' pro 'siccitate' *add. V* ‖ 23 TVM ... nocent] Tum: id est etiam. Variae inludunt pestes: non solum haec sunt procuranda quae praemisi, sed etiam attendendum et cauendum, quia uariae pestes sunt et labori agricolarum nocent *R* (Tum: id est etiam *edidit Stephanus*) ‖ TVNC *A*

ludendo et sine labore saeviant. SAEPE EXIGVVS MVS nitela, *mus agrestis robeus,* cuius Cicero meminit in Sestiana ⟨33, 72⟩. et quia vilium animalium facit mentionem, ideo praemisit 'ni refugis tenuesque piget cognoscere curas'. *dicendo autem 'exiguus mus' multum ex ipsa deminutione nominis et numeri singularis enuntiatione addidit dignitatis: risus enim est quidam poeta, qui ait praetextam in cista mures rosere camilli.*

182. *POSVITQVE DOMOS ATQVE HORREA FECIT ultra meritum rei locutus est.*

183. AVT OCVLIS CAPTI F. C. TALPAE hoc est debiles oculis *et mutae.* et mutavit genus: nam 'haec talpa' dicitur: sicut et de dammis fecit, ut cum canibus timidi venient ad pocula dammae.

184. *INVENTVSQVE CAVIS BVFO 'inventus' pro 'qui invenitur'. et 'cavis' hic pro principali positum: aliter enim insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.* BVFO rana terrestris, nimiae magnitudinis.

185. MONSTRA FERVNT id est et alia purgamenta terrarum. *POPVLATQVE veteres 'populo' 'munero' 'aucupo' 'lucto' dicebant, nos addita 'r' littera pronuntiamus.*

186. CVRCVLIO Varro ait hoc nomen per antistoechon dictum, quasi gurgulio, quoniam paene nihil est nisi guttur. INOPI METVENS FORMICA SENECTAE quae semper alienum requirit auxilium: nam 'inopi' non tantum ad formicam pertinet, sed generale est epitheton senectutis. *vel ne inops in senectute sit. et hoc iuxta opinionem poeticam dixit.*

---

4 dicendo ... camilli] cf. Quintil. VIII 3, 19 sq. ‖ 10 debiles oculis] cf. Non. p. 249, 24 ‖ 12 cum canibus] buc. VIII 28 ‖ 15 insonuere] A. II 53 ‖ 21 Varro] cf. Wilmanns de M. Ter. Varronis libr. gramm. p. 223 ‖ 23 quae ... auxilium] cf. Non. p. 30, 33

---

1 mus] musa *L* ‖ 2 in scauriana *V* ‖ et quia] hic Virgilius *add. R et Stephanus* ‖ 3 ideo] inde *L* ‖ 4 curas] causas *VM* (at. curas *supr. vers. m*) ‖ 10 hoc est oculis debiles, sunt enim sine eis *R* ‖ 11 mutae *Daniel*: muta *L* ‖ et mutavit ... dammae *om. L, septem linearum spatio relicto* ‖ 12 ueniant *A* ‖ 13 dammae] et aliter: cum talpae caeci nascantur, quomodo 'capti oculis': illi enim uere capti dicuntur, qui aliquando uiderunt *add. V,* Cauis: cauernis et locis cauatis *add. R, edidit Stephanus* ‖ 16 BVFO] bufo autem *L* ‖ Bufo: fructicus. et est rana terrestris *e. q. s. R* ‖ nimiae magnitudinis] *om. L.* Terrae: nominatiuus pluralis *add. R* ‖ 18 et *om. VM* ‖ terrarum] Ferunt: gignunt. Farris: frumenti. et hic speciale posuit pro generali: nam non solum far, sed etiam alias fruges et segetes haec monstra uel uermes populantur *add. R, edidit Stephanus* ‖ 21 GVRGVLIO at. curculio *A* ‖ 22 quoniam ... guttur] eo quod nihil in eo pene aliud quam guttur uidetur *R* ‖ est *LM*: sunt *APVH* ‖ INOPI ... SENECTAE *om. L* ‖ 23 quae *PVM*: *om. AH,* qui *L* senectus *R* ‖ quaerit *R* ‖ 24 nam inopi] inānes *L* ‖ 25 inobs *L* ‖ 26 poeticam *Daniel*: oeticam *L*

187. CONTEMPLATOR ITEM prognosticon est anni futuri fertilis vel infecundi. 'contemplator' autem imperativi modi tempus futurum pro praesenti 'contemplare': alibi ⟨IV 61⟩ *contemplator aquas dulces*, Terentius *loquitor paucula* pro 'loquere' 'contemplare'. NVX PLVRIMA id est longa. significat autem amygdalum; sed hoc graecum est τὸ ἀμύγδαλον καὶ τὰ ἀμύγδαλα. *et 'plurima', sicut* ⟨III 52⟩ *plurima cervix et qui plurimus urbi imminet. SILVIS quidam pro arboribus accipiunt, ut* ⟨II 87⟩ *pomaque et Alcinoi silvae et alibi* ⟨II 26⟩ *silvarumque aliae pressos propaginis arcus.*

188. INDVET IN FLOREM se effundet in florem. et bene elegit arborem, quae prima foliis vestitur.

189. SVPERANT abundant. (*'si' hoc loco pro dubitativa*) *posita est, ut est infesto fulmine Morti, si mereor, demitte, quia alibi confirmativam posuit,* (*ut* ⟨I 7⟩ *vestro*) *si munere tellus et si nona diem mortalibus almum. PARITER similiter. antique dixit, ut Plautus in Aulularia pariter moratus, ut pater avusque eius fuit, hoc est* ὁμοίως.

190. CVM MAGNO VENIET TRITVRA CALORE aut aestus nimios

---

4 Terentius] Heautontim. IV 6, 24 ‖ 5 id est longa ... amygdalum] cf. Isid. or. XVII 7, 23 ‖ 7 qui plurimus] A. I 419 ‖ 13 superant abundant] cf. Non. p. 388, 28 ‖ 14 infesto] A. V 691 ‖ 15 si nona] A. V 64 ‖ 16 Pariter similiter] cf. Don. in Ter. Eun. I 2, 12 ‖ 17 Plautus in Aulularia] prol. 22

---

1 CONTEMPLATOR ... infecundi *om. P* ‖ prognosticon ... infecundi] hic prognosticon facit anni fertilis uel infecundi, id est in quo uterque possit prius agnosci *R* ‖ futuri *LV, om. AMH* ‖ 2 autem ... contemplator *om. H* ‖ modi tempus est *L* est modi tempus *M* ‖ 3 pro praesenti contemplare *M, om. reliqui* ‖ alibi *LV*: *om. APM*, ut *R* ut alibi *vulgo* ‖ 4 loquitor *PR*: loquitur *reliqui* ‖ pro loquere et contemplare *V* pro loquere ita contemplare *L* ‖ 6 ἀμύγδαλα] Siluis: in siluis *add. R, edidit Stephanus* ‖ 11 eligit *PVM* ‖ 12 vestitur] et aliter: cum flos inducat nucem, id est uestiat, figurate hoc dicit *add. V, post* in florem *edidit Fabricius.* Ramos curuabit: multitudine et densitate florum (foliorum *vulgo*). Olentes autem odoriferos. Si superant fetus: id est si flores in fructus uertuntur et si ipsi restant et abundant (crescant et abundent *Stephanus*): nam proprie 'superant' hic 'abundant' est. Pariter frumenta sequentur: etiam frumenta copiosa prouenient *add. R, edidit Stephanus* ‖ quae ... abundant *om. L* ‖ 13 'si' ... dubitativa *supplevi. cf. schol. Dan. ad Aen.* V 64 ‖ posita est ... almum *non edidit Daniel* ‖ 14 in festo flumine mortissime reor demitte *L* ‖ 15 et *ego*: est *L* ‖ 16 almem *L* ‖ PARITER hic pro 'similiter', ut Plautus 'pariter moratus ut pater auusque eius fuit' *hab. V, ediderunt Stephanus et Fabricius* ‖ 17 moratatus *L* ‖ 19 Cum magno ueniet tritura calore: aut aestus nimios tunc etiam futuros significat cum abundantia frugum: aut certe per calorem significationem (t. festinationem *supr. vers.*) operis significat, ut alibi 'feruet opus', ut ostendat eo anno pro copia frugum festinatam et studiosam trituram futuram. Luxoria (*sic*) foliorum: nimia multitudo foliorum. Exuberat: superabundat et amplior est. Vmbra: ablatiuus est, quasi dicat 'per umbram' uel 'cum umbra' *R. edidit haec Stephanus exceptis eis, quae ad 'Luxuria foliorum' et ad 'Vmbra' adscripta sunt.*

fore significat: aut calorem dixit festinationem, ut alibi ⟨IV 169⟩ fervet opus.

191. *VMBRA pro fronde, ut alibi* ⟨II 297⟩ ***ingentem sustinet umbram.***

192. NEQVIQVAM PINGVES non pingues, id est sine frugibus: alibi ⟨I 403⟩ nequiquam seros exercet noctua cantus, id est 'non'. et notandum, paleam dictam numero singulari contra artem: nam ea, quae ex pluribus constant, numeri sunt tantum pluralis, ut 'cancelli, scopae, bigae', licet abutantur poetae. *'pinguis' sane et 'quamvis pinguis' potest accipi. 'area' vero pro 'in area'.*

193. SEMINA VIDI EQVIDEM MVLTOS MEDICARE S. incipit dicere de medicandis leguminibus, quemadmodum et maiora fiant et modico igne solvantur. bene autem ait 'equidem', *quod multi pro 'ego' accipiunt, id est 'ego quidem'*, ut a praeiudicio inchoaret. nam hoc dicit: equidem haec vidi fieri, sed sic quoque legumina degenerant, nisi singulis quibusque annis hoc fiat; inde enim est 'sic omnia fatis in peius ruere ac retro sublapsa referri'. 'medicare' antique: nam maiores 'medico' et 'medicor' dicebant, ut 'populo' et 'populor', quae verba modo ab utraque significatione *tantum* passivae sunt declinationis. sed ut 'medicare' diceret pro 'medicari', metri necessitas fecit. sane 'medicor' accusativum regit, ut 'medicor illam rem', 'medeor' vero 'illi rei' dicimus: nam 'medeor illam rem' figuratum est. *'serentes' aut saturos, aut serere volentes, ut et* ***terruit auster euntes:*** *vel 'serentes' serere incipientes.*

194. NIGRA PERFVNDERE AMVRCA olei sordibus, sed his, quae praecedunt; nam sordes, quae sequuntur oleum, faeces vocantur. et

---

23 et terruit] A. II 111 ‖ 25 olei sordibus ... vocantur] cf. Isid. or. XVII 7, 69

---

5 PINGVIS *et* pingnis *L* ‖ id est sine frugibus *om. R* ‖ sine] in *L* ‖ 6 id est 'non'] Palea: ablatiuus est quasi 'ex palea'. hoc (et hoc *Fabricius*) dicit: si in amigdali floribus folia semper abundauerint, etiam in frugibus paleae granis copiosae erunt (erunt copiosiores *Fabricius*) et in area amplius paleae (quam grana teruntur *add. Fabricius*) *add. R, edidit Fabricius, om. Stephanus* ‖ 7 et notandum ... sunt tantum *om. R* ‖ 8 numero s. t. plurali *V* ‖ pluralis] secundum artem *add. R, rec. Stephanus* ‖ 9 poetae] et aliter: quidam legunt 'pingues paleae'. sed uerior lectio 'pingues palea', id est pingues culmos palea, non frumento *add. V* ‖ 13 equidem] quidem *L* ‖ 14 nam hoc dicit ... hoc fiat] ac si diceret: equidem uidi multos legumina medicare, sed sic quoque ea degenerant: nisi enim haec omnibus annis fiant, degenerant saepe legumina ab eis, de quibus sata fuerant *R* ‖ 15 sed ... degenerant] sed quotiens seruntur totiens legumina degenerant *V* ‖ 16 nisi in singulis *APH* ‖ 17 medicare antique dixit, nam antiqui *R* ‖ 20 sed] et insuper *R* ‖ 21 regit] gerit *V* ‖ 22 figuratum est] figurate ait *V* significatum est *H*. Nitro: nitrum ex aqua in modum salis coalescit et ad salem (solem *Stephanus*) liquescit. quod aptum est ad lauandum *add. R, edidit Stephanus* ‖ 26 secuntur *A* sequntur *L*

'amurca' per 'c' scribitur et per 'g' pronuntiatur, ut 'C.' Gaius, 'Cn.' Gnaeus. *et 'perfundere' pro 'vidi perfundentes'.*

195. *GRANDIOR VT FETVS id est maiora grana.* SILIQVIS FALLACIBVS quae fallere plerumque consuerunt: interdum enim folliculi, cum inanes sint, maiores videntur.

196. PROPERATA MADERENT festinata coquerentur. *'maderent' vero antique pro 'cocta essent'.*

197. *LECTA id est cum labore electa.* SPECTATA probata, ut et rebus spectata iuventus. *VIDI LECTA DIV ET MVLTO SPECTATA LABORE DEGENERARE TAMEN tamen in nascendo degenerare, ut sequatur: si lecta et probata degenerant, quid, si non legas? 'degenerare tamen'* ἀνακόλουθον: *nam cum non praeposuerit [quam lecta et spectata] vel 'quamquam' vel 'licet', intulit 'tamen'.*

198. NI VIS HVMANA possibilitas: Sallustius sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est: aut certe multitudo. tamen verius est, ut 'vis' quasi violentia sit in rebus, quae contra naturam vertuntur in melius: sic enim Donatus sensit, dicens: nisi violentia fiat naturae, omnia in deterius cadunt. *et hoc est, quod ait* ⟨I 145⟩ *labor omnia vicit inprobus.*

199. MANV LEGERET hinc quidam volunt dictum legumen.

200. *SIC OMNIA FATIS IN PEIVS RVERE ab argumento: adeo omnia in peius cotidie recidunt. 'ruere' autem figurate pro 'ruunt'.* IN PEIVS RVERE AC RETRO SVBLAPSA REFERRI τὸ αὐτὸ; bis idem dixit. *AC RETRO SVBLAPSA REFERRI pro 'sublabi et referri'. et videtur bis idem dixisse.*

201. *NON ALITER QVAM QVI ADVERSO VIX FLVMINE LEMBVM osten-*

---

9 et rebus] A. VIII 151 ‖ 14 Sallustius] Cat. 1, 2

---

2 Cn.] g. n. *P* c̄n. *L* ‖ gneus *libri.* Grandior fetus: abundantior et maior fructus *add. R, edidit Stephanus* ‖ 4 enim] leguminum *add. R* ‖ 5 videntur] Exiguo: modico *add. R, edidit Stephanus* ‖ 6 festinate (festinanter *Stephanus*) coquerentur et cito *R* ‖ quoquerentur *PML* ‖ 8 VIDI LECTA DIV ET MVLTO SPECTATA LABORE lecta id est cum labore electa et probata ut rebus spectata iuuentus tamen in nascendo degenerare *e. q. s. L* ‖ 9 iuventus] Degenerare tamen: cum ex bonis fuerint seminata (seminibus *Stephanus*) mala effici et praua *add. R, edidit Stephanus* ‖ 12 anacoluthon *L* ‖ proposuerit *Daniel* ‖ quam lecta et spectata *seclusi* ‖ 14 Vis: aut possibilitas ut sallustius *R* ‖ sed] si *H* ‖ 15 tamen ... cadunt] tamen uerius est et melius quod ait 'uis', quasi uiolentia sit in rebus, quae contra naturam uertuntur in melius: sic enim in omnibus commentatoribus legitur, uiolentiam fieri naturae, omnia in deterius commutantis (*an* commutanti?) *L* ‖ 16 violentia sit] uiolentiā *A* ‖ 17 sic enim] sic quippe et *R* ‖ 18 in deterius cadunt] uertuntur in peius *R* ‖ 20 LEGERET *V*: LEGERE *reliqui* ‖ hic *V* ‖ legumen] Fatis: euentibus *add. R* ‖ 22 IN PEIVS ... dixit *om. L* ‖ 23 τὸ αὐτὸ ... dixit] unus sensus est in utroque τὸ αὐτό: nam bis idem dixit *R* ‖ TO AITO *A* TO AYTON *M* ‖ BIC *V* BIS *M* ‖ 24 sublaui *L* ‖ 26 FLAMINE *ex* FLVMINE *L*

dere vult usque ad perfectionem laborari debere, nec tantum longam intentionem procedere, quantum brevem remissionem in deterius cuncta deducere. LEMBVM naviculam admodum brevem.

202. SVBIGIT sursum agit, ut et corpora saltu subiciunt in equos: aut certe 'subigit' est urget, impellit.

203. *ATQVE ILLVM IN PRAECEPS 'atque' quidam superfluam coniunctionem volunt. PRAECEPS PRONO RAPIT ALVEVS AMNI sensus comparatione finitus.*

204. PRAETEREA TAM SVNT ARCTVRI SIDERA NOBIS iam dicit, astrologiam rusticum ita, ut navigantem, nosse debere. arcturus autem stella est in signo bootae post septentrionem, cuius ortus et occasus tempestates gravissimas facit: unde ait 'sidera', id est tempestates, ut scit triste Minervae sidus. *bene autem haedos arcturo iunxit, qui ipsi pluvias faciunt: et alibi pluvialibus haedis.*

205. HAEDORVMQVE DIES SERVANDI aurigae signum est haud longe a septentrione, cuius pedem cum cornu tauri una stella coniungit: *quem aurigam pater Mercurius inter sidera locavit.* hic in manu sinistra fert haedos, in umeris capram *Amaltheam*, quae aluisse dicitur Iovem, *haedorum matrem, quos quidam Iovis conlactaneos dicunt. sane nonnulli hunc aurigam Myrtilum, quem Pelops occidit, accipiunt; vel certe Erichthonium, qui natus est ex semine Vul-*

---

3 Lembum...brevem] cf. Non. p. 534, 1 et Isid. or. XIX 1, 25 ‖ 4 et corpora] A. XII 287 ‖ 13 scit] A. XI 259 ‖ 14 alibi] A. IX 665

---

1 longam intentionem *scripsi*: longiamintionem *L, om. Daniel, lacuna indicata,* laborem *Commelinus* ‖ 2 brevem *scripsi*: leuem *L* ‖ Aduerso flumine: contra uim et cursum fluminis *R, edidit Stephanus* ‖ 3 lembum autem genus nauiculae admodum breue *L* ‖ 4 sursum] rursum *L* aut cursum *R* ‖ agitat *R* ‖ subigunt *V* ‖ 6 *ad v.* 203 Atque illum: 'atque' statim (i. e. statim *Stephanus. cf. Gell.* X 29, 4 *et Non. p.* 530,5). et hoc dicit: ita omnia, quae terra profert, nisi continuum in eis studium agricola exerceat, licet medicentur et grandia plerumque nascantur, in peius ruunt et sic feruntur, sicut qui contra cursum fluminis et uim nauem agere uult, si aliquantulum manus et brachia remiserit et fessus uel modice ab opere cessauerit, statim agente ui fluminis et naturali cursu relabitur nec potest sursum ire, sed in praeceps uadit. nam 'prono' praecipiti significat (nam proprie 'praeceps' id significat *Stephanus*) *R, edidit Stephanus* ‖ 9 *a v.* 204 *usque ad* II 17 *Monacensis vices suscipiet Bernensis 363 (B) ab Hermanno Hagen collatus* ‖ 10 astrologiam] de astrologia *V* ‖ nosse] scire *R* ‖ debere] ut sicut nauigandi tempus et uentorum atque tempestatum motus ille ex siderum compositione cognoscit, ita et iste terram colendi congrua tempora et casus diuersos, uel caloris scilicet uel frigoris aut pluuiarum, ex stellis agnoscat *add. R, edidit Stephanus* ‖ 11 bootae *AL*: boetae *B* boete *PV* boote *H* ‖ 12 faciunt *L* ‖ 13 sit *BVH* ‖ hedos *L* ‖ 14 et] ut *Masvicius* ‖ 15 aedis *L* ‖ 16 Haedorumque dies: quibus oriuntur. Seruandi: obseruandi. aurigae *e. q. s. R et Stephanus* ‖ auriga *A* ‖ signum est] siue agitatoris *add. R* ‖ 18 locavit *Daniel*: loca *octo fere litterarum spatio relicto L* ‖ 19 capream quae *AH* capreaq: *P* capaeam quae *B* ‖ 21 Myrtilum *Daniel:* lum *duodecim fere litterarum spatio ante relicto L* ‖ 22 erechthonium *L*

cani, quod, dum stuprum Minervae inferre conatur, fudit in terram. hoc quoque signum tam ortu, quam occasu suo efficit tempestates. bene autem ait 'dies', quia et magnitudine sui multis diebus oritur, et tempestas aut praecedit signum aut sequitur aut cum eo est. sane sciendum omnes astrologos pro ratione climatum dissentire in ortu siderum: sed ipsa dissensio ultra septem dies non procedit; septem enim etiam ipsa sunt climata. hinc est quod solem ad unumquodque signum alii XV. Kt. die dicunt venire, alii XIV., alii infra usque ad VIII.: nec quisquam procedit ulterius. LVCIDVS ANGVIS tres sunt angues in caelo: unus qui in septentrione est, alter ophiuchi, tertius australis, in quo sunt crater et corvus, de quo nunc proprie ait 'anguis': nam ὕδρα dicitur graece. et scimus angues esse aquarum, terrarum serpentes. haec autem signa generaliter posuit: non enim haec tria tantum, sed omnia praecipit observanda.

206. VECTIS his, qui vehuntur: cuius significationis participium latinitas non habet.

207. PONTVS ET OSTRIFERI F. T. A. Sestos et Abydos civitates sunt Hellesponti, quae angusto et periculoso mari segregantur. *in his angustiis Leander ad Hero natare consueverat: nam illa Sestias, hic de Abydo fuit. qui cum frequenter ad amatricem amator nataret, tempestate obrutus interiit: cuius cum cadaver exanime ad litus, in quo Hero de turre expectare solebat, esset adpulsum, puella se praecipitavit in mare et ita vitam finivit.* unde elegit locum periculosiorem, quem pro omni poneret pelago. sane secundum artem 'haec ostrea' et 'hae ostreae' dicimus: nullum enim habet latinitas nomen animalis, quod neutri sit generis, sicut graece τὸ κῆτος καὶ τὰ κήτη, licet et Horatius dixerit ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini et

18 Sestos...segregantur] cf. Isid. or. XIV 6,17 ‖ 25 sane secundum artem ...τὰ ὄστρεα] cf. [Sergii] explan. in Don. p. 493, 20 K. et Isid. or. XII 6, 52 ‖ 28 Horatius] sat. II 4, 33

7 septem enim sunt sicut ipsa quoque climata *R* ‖ 8 XV.] XII. *A* ‖ alii infra] et infra *P* ‖ 9 VIII.] septem *P* octabo *V* ‖ ne *AV* ‖ 10 in septemtriones *A* inter septentriones *La* ‖ 11 fiduchi *A* ofiuci *BL* fiuchi *V* id est serpentarii fiuchi *R* ‖ corulis *L* ‖ 12 phidra *A* idra *PL* ydra *VB* hydra *H* ‖ 13 esse *om. L* ‖ terrarum *om. APBH* ‖ 14 obseruare *V* ‖ 16 *ad v.* 206 Quam: subaudi 'sunt observanda ab illis'. Quibus in patriam v. p. a. vectis: sic ab agricolis obseruanda signa esse dicit, sicut ab his qui in periculosissimis maris locis nauigant. Ventosa aequora: quibus (in quibus *Stephanus*) uenti dominantur *R* (Quibus... dominantur *edidit Stephanus*) ‖ 18 Pontus: mare. Ostriferi: ostreas ferentis. Temptantur: nauigio expetuntur. Abydi: Sestos *e. q. s. R* ‖ 20 ero *L* ‖ hestias *L* ‖ 22 obrutos *L* ‖ 25 haec ostrea et hae ostreae *BLR*: haec ostra et hae ostrae *A* haec ostrea *P* haec ostrea non ostreum *V* haec ostra uel ostrea et ostree et hae ostre *H* ‖ 26 nomen] proprium nomen *BV* ‖ 27 et *om. APBH* ‖ 28 ostrae *A* ‖ circei *V* circens *L* ‖ misero *A*

Iuvenalis ⟨VI 302⟩ grandia quae mediis iam noctibus ostrea mordet: quos tamen possumus graece locutos accipere; ita enim dicunt *τὸ ὄστρεον καὶ τὰ ὄστρεα. 'ostriferi' autem, quod ibi plurimum ostreorum sit. 'fauces' vero angustiae.*

208. LIBRA DIE non est apocope pro 'diei', sed regularis genetivus est. nam, ut saepe diximus, obliqui casus numeri singularis a nominativo plurali maiores esse non debent: quod verum esse Sallustius probat, qui in prosa ait dubitavit acie pars; hinc est et illud curruque abscisa duorum suspendit capita. *Plautus in Amphitruone* ⟨I 1, 120⟩ *neque nox quoquam concedit die pro 'diei'.* SOMNIQVE id est noctis; nam ab officio tempus ostendit. dicit autem aequinoctium autumnale, quod fit sole in libra posito: vernale enim aequinoctium sol in ariete *positus* efficit. hoc autem dicit: frumenta serenda esse autumnali tempore, legumina vero usque ad veris initium.

209. *ET MEDIVM LVCI ATQVE VMBRIS I. D. O. quoniam zodiacus circulus, qui aequinoctia duo facit, orbem dividit. et 'luci' dixit partem caeli septentrionalis, de quo ait* ⟨242⟩ *hic vertex nobis caeli sublimis; 'umbris' vero australem circulum, qui dicitur esse infimus et demersus, de quo ait* ⟨242⟩ *at illum sub pedibus Styx atra videt manesque profundi.*

210. *EXERCETE VIRI TAVROS id est cogite laborare.* *SERITE HORDEA CAMPIS hordeum ostendit in campestribus locis serendum. et* 'hordea' usurpative *ait.* et sciendum in his tres tantum casus usurpari, 'haec hordea, haec hordea, o hordea', sicut 'vina, vina, vina', 'mella, mella, mella'. *sane reprehensus Vergilius dicitur a Bavio et Maevio hoc versu hordea qui dixit superest ut tritica dicat.*

---

8 Sallustius] hist. I 103 Dietsch., 107 Kritz. ‖ 9 curruque] A. XII 511 ‖ 26 sane reprehensus e. q. s.] cf. Cledon. p. 43, 1 sq. K.

---

3 OCTPHON *et* OCTPHA *PH* ‖ 5 Libra die somnique pares u. f. h.: hic iam incipit disputare de cognitione temporum ex sideribus. Die: non est *e. q. s. R et Stephanus* ‖ sed] secundum antiquos *add. R et Stephanus* ‖ 6 ut saepe diximus] secundum illos *R et Stephanus* ‖ 7 a nominatiuo *AH*, nominatiuo *reliqui* ‖ plurali *om. R* ‖ 9 abscissa *PVR* ‖ capita] sed modo 'dies diei' dicimus: unde iuxta praesentem usum 'die' posuit pro 'diei' *add. R et Stephanus* ‖ 10 anfitrione *L* ‖ 11 id est noctis] autem noctis significat *R* ‖ nam ab officio temporis ipsum tempus monstrat *R et Stephanus* ‖ 13 in ariete efficit sol positus *L* ‖ 16 *ad v.* 209 Luci: diei. Vmbris: nocti. Diuidet (*sic*) orbem: ut orbem uidelicet caeli medium teneat sol, medium luna *R et Stephanus* ‖ quoniam *ego*: quō *L* quomodo *Daniel* ‖ zodiacis *L* ‖ 17 aequenoctia *L* ‖ 20 ad *L* ‖ 22 Exercete uiri tauros: ad aratra iungite. 'tauros' autem boues fortes accipe *R et Stephanus* ‖ 24 HORDEA *Serviani libri* ‖ usurpatiue] pro singulari pluralem *add. R et Stephanus* ‖ sciendum tamen *L* ‖ 25 *alterum* haec hordea *om. PHL* ‖ sicut uina mella *L* ‖ 26 mella] Campis: in campis *add. R et Stephanus* ‖ repraehensus *L* ‖ uergilius *L* ‖ uauio *L* ‖ 27 critica *L*

211. VSQVE SVB EXTREMVM B. I. I. id est non usque ad brumae finem, sed circa: nam bruma finitur VIII. Kl. Ianuariarum die; et iste non usque ad ipsum diem dicit serendum. *intractabilis autem bruma dicta a brevioribus diebus.*

212. *NEC NON ET LINI SEGETEM atqui supra ait* ⟨77⟩ *urit enim lini campum seges. quid igitur? suo tempore, non eo anno, quo cessare debet.* CEREALE PAPAVER vel quod est esui, sicut frumentum; vel quod Ceres eo usa est ad oblivionem doloris: *nam ob raptum Proserpinae vigiliis* (*agitata*) *gustato eo acta est in soporem: vel quia Meconem Atheniensem dilexerit Ceres et transfiguratum in papaverem tutelae suae iusserit reservari; vel quia pani aspergatur.*

213. IAMDVDVM quam primum. et hoc dicit: serendum esse eo tempore, non quo iam pluit, sed quo imminent pluviae.

215. *FABIS contra rationem dictum, quia fruges omnes numeri singularis sunt.* SATIO sementis. et declinatur sicut 'navis'. MEDICA PVTRES ACCIPIVNT SVLCI ad ipsam herbam apostropham facit. haec autem herba a Medis translata est in Graeciam, quo tempore eam invaserunt. huius plena Venetia est. et, ut dicit Dionysius, trium foliorum est, semper virens. quod autem ait 'putres sulci', naturam ipsius herbae respicit: nam uno anno frequenter seritur, *et sexies aut amplius secatur* et postea aliquot annis sponte procreatur. quod etiam sequens indicat versus: nam dicendo 'milio venit annua cura' ostendit, Medicae curam non esse annuam. haec autem herba vulgo dicitur scylla. *PVTRES subacti, vel initio anni, id est vere, vel post annum: quidam enim Medicam post decennium seri dicunt.*

---

17 haec autem herba e. q. s.] cf. Isid. or. XVII 4, 8

---

3 ipsum] istum *V* ‖ diem *om. P* ‖ serendum] 'intractabilis' autem propter frigus durae et asperae *add. R et Steph.* ‖ 5 hurit *L* ‖ 6 sua *L* ‖ 7 caesare *L. an* quo ager cessare debet? ‖ est esui] editur *V* ‖ 8 quod C. eo u. e. *PV*: quod C. u. e. *AH* quo C. u. e. *BLR* ‖ 9 proserpina *L* ‖ agitata *addidi* ‖ suporem *L* ‖ 10 Meconem *scripsi*: miconem *L* Myconem *Commelinus* ‖ 11 tutulae *L* ‖ 12 *ad v.* 213 Tempus: tunc scilicet est. Iam dudum *e. q. s. R et Steph.* ‖ IAMDVDVM...dicit] DVM SICCA TELLVRE LICET DVM N. P. hoc dicit *L* ‖ serendum esse *R*: serendum *reliqui* ‖ 13 quo iam] quando *B* ‖ pluit] pluuiae sunt *R* ‖ quo] quando *B* ‖ pluviae] Incumbere aratris: insistere arationi. Dum sicca tellure licet: cum adhuc necdum (dum adhuc nondum *Stephanus*) pluit, sed iam est uicinum. Dum nubila pendent: dum paene iam uidentur nubila pendere et expectare ut effundant pluuias. Vere fabis satio: tempore ueris *add. R et Stephanus* ‖ 14 frugis *L* ‖ 15 et satio est sementis *R* ‖ 17 herba *om. L* ‖ a medicis *L* ‖ quo tempore eam xerses inuaserat *L* ‖ 19 dyonisius *AP* dionisius *BVH* ‖ virens] putrens *B* ‖ 21 ut postea *L* ‖ 22 versus] sensus *L* ‖ 23 et milio *L* ‖ 24 scylla *AP* scilla *R* sylla *BL* silla *VH* silicla *dubitanter Salmasius exercit. Plin. p.* 173. *fortasse* siliçia. *cf. Plin. n. h.* XVIII § 140 *et* XXIV § 184 ‖ 25 vel post annum] *fortasse* vel potius autumno. *cf. Plin. n. h.* XVIII § 146 *et Pallad.* III 6 ‖ enim] *malim* autem. *cf. Pallad.* V 1

217. CANDIDVS AVRATIS APERIT CVM CORNIBVS ANNVM T. quo tempore annum aperit taurus, qui est auratis cornibus. nam 'aperit cornibus' non procedit: non enim a capite, sed a dorso oritur, id est a medio sui, unde incipit apparere; nam ea parte, qua mutilatus est, oritur, non a fronte. 'aperit' autem ideo ait, aut quia aprili mense sol in tauro est, quo cuncta aperiuntur, — et aliud est 'aperire annum', aliud 'inchoare', nam nullus dubitat, Martio mense, ut supra diximus, annum inchoare — et hoc melius: aut certe quia potest unumquodque signum et inchoare annum et finire, ut 'aperit annum' dixerit, scilicet suum: nam et a tauro usque ad taurum, et a geminis usque ad geminos annus est.

218. AVERSO autem ASTRO duplex lectio est, nam alii 'adverso' legunt: cum cane enim nascitur Sirius, qui est terris adversus, de quo legimus ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris nascitur, ut 'adverso' sit pestifero et contrario mortalibus. si autem 'averso' legerimus, 'cum' subaudiamus necesse est, ut ⟨IV 484⟩ atque Ixionii vento rota constitit orbis, id est cum vento: ut sit sensus, quo tempore etiam canis cedens occidit cum averso astro, id est cum Argo, quae et ipsa media est, sicut taurus, et a puppi oritur: cui canem constat esse coniunctum. et *'cedens' aut locum dans, ut et Argo occidat; nam canis occasum et navis occasus sequitur: aut certe* 'cedens canis' non recedens, sed incedens accipimus et se movens: tempore enim, quo taurus cum sole est, etiam canis ad ortum festinat. quod autem ait 'occidit', ad aspectum nostrum rettulit. nam ortus et occasus duo sunt: unus ἡλιακὸς, id est solaris, et alter κοσμικὸς, id est mundanus: unde fit, ut ea signa, quae cum sole oriuntur, a nobis non possint videri, et ea, quae videmus, quantum ad solis rationem pertinet,

---

14 ille sitim] A. X 274 ‖ 23 tempore enim quo e. q. s.] cf. Macrob. comm. in somn. Scip. I 18, 15 sqq.

---

1 *ad v.* 216 Venit annua cura: uere scilicet *R et Stephanus* ‖ T.] E. A. C. C. O. A. *add. L* ‖ 2 aperit annum candidus taurus, qui est cum auratis cornibus *R* ‖ 3 non enim a capite oritur aut a fronte, sed a dorso, id est *e. q. s. R* ‖ id est . . . oritur *om. A* ‖ 4 qua mutilatus est *VL*: quam ubi latus est *BH* qua latus est *PR* ‖ 5 non a fronte *om. R* ‖ aut quia] quia aut *V* quia *R* ‖ 6 quo cuncta aperiuntur et hoc melius est sed aliud est *e. q. s. L* ‖ 8 et hoc melius *om. BVL* ‖ aut certe] aperit annum dixit *add. R* ‖ 10 ad taurum *VR*: in taurum *reliqui* ‖ 12 Et auerso cedens canis occidit astro: auerso astro duplex *e. q. s. R* ‖ 13 nascitur] oritur *R* ‖ 14 morbusque *A* (morbosque *a*) morbo sub *B* morbo usque *L* ‖ 15 mortalibus] gignit enim ortu suo plerumque pestilentiam *add. R, om. Stephanus* ‖ 17 ixioni *VHL* ixionei *R* ‖ 23 accipe *R* ‖ se remouens *B* ‖ quo] quando *PH* ‖ taurus cum sole est *APBVH*: in tauro sol est *L* sol in tauro est *R* ‖ 26 eliacos *AB* eliacus *P* aelyacos *V* elicus *H* heliacus *L* ‖ solaris *vulgo*: solis *libri* ‖ ΚΑΟCΜΙΚΟC *B* ‖ 28 et] ut *L* ‖ pertineant *A* pertinent *V*

videantur occidere. secundum quod nunc aît 'occidit canis'; nam canis paranatellon est cancri, id est cum eo oritur. cancer autem quo tempore sol in tauro est, post horam quartam diei oritur: nam taurus et gemini binas horas tenent. *Nigidius commentario sphaerae graecanicae* *oritur enim canicula cum cancro, in columen venit cum geminis, occidit cum tauro.* sic ergo fit, ut canis nobis occidat, quantum autem ad solis pertinet cursum, in ortu esse videatur. secundum hanc rationem etiam paulo post dicturus est ⟨221⟩ ante tibi eoae Atlantides abscondantur: nam eoas ait in ortu heliaco positas, unde et 'tibi abscondantur' intulit. *hunc canem alii Icari putant, patris Erigonae, qui mortem patris filiae nuntiavit: alii hunc esse quondam custodem Europae, quem nulla fera potuit effugere, quique a vulpibus quondam liberaverit Thebas.*

219. ROBVSTAQVE FARRA frumenta, quae plus habent virium, quam legumina, quo tempore nobis Atlantides occidunt sunt serenda. Atlantides autem, licet septem fuisse dicantur, sex tamen, *sicut supra* ⟨138⟩ *dictum est*, videntur in caelo: quae novembri mense nobis incipiunt non videri. *cum enim sol in scorpione fuerit, oriente scorpione occidit taurus, in quo vergiliae sunt, id est sexto idus novembris. ergo 'eoae' mane abscondantur: non est enim Atlantidum epitheton 'eoae', sed 'eoae' matutinae; modo enim vespera, modo media nocte, modo mane oriuntur. unde et 'tibi abscondantur', id est spectando, nec occident. alii ita exponunt, eoas appellatas, quasi quae semper mane oriantur. ergo ante occidere vergiliae debent quam sero sit: quae vergiliae alioquin sunt eoae cum oriuntur, non cum occidunt.* haec autem, ut alii volunt, Iovis, ut alii, Liberi nutrices fuerunt: alii *vero* ipsas fuisse adserunt Hesperidas.

222. GNOSIAQVE ARDENTIS DECEDAT S. C. *et hoc ad superiora pertinet: cum enim coronae pars oritur, occidit taurus, in quo vergiliae sunt. 'decedat' autem non pro occasu dixit, sed 'soli cedat', quo in scorpione posito cum ortu ipsius oritur. fabula vero de corona talis*

---

1 nuntiat *A* (nunc ait *a*) ‖ 2 paranathallon *PHR* paraantellon *B* ‖ 4 horas] aras *HR* ‖ 5 ɪ//ɴ columen *L* (ɪ *in ras. l*) ‖ 8 hanc] quam *R* ‖ 10 eliaco *AB* eliacon *PH* ‖ 11 Erigonae] aeritone *L* ‖ 14 *ad v.* 219 Triticeam in messem: ad messem tritici uel segetem (segetis *Stephanus*). Robustaque farra: frumenta, quae plus uirium habent quam legumina. haec autem eo tempore serenda dicit, quo nobis Atlantides occidunt. *R* ‖ 16 athlantides autem dicit septem fuisse. sed quamuis septem dicantur, sex tamen uidentur in caelo *V* ‖ 19 sextu *L* ‖ 21 coae sed eoae *L* ‖ 23 nec occidentali *L* ‖ 26 haec...alii vero] has autem liberi nutrices alii uero *L* ‖ haec *APVH*: hae *B* ‖ 27 *ad v.* 220 Exercebis: pro exercueris. Solisque instabis aristis: non leguminibus, sed solis segetibus. Instabis: institeris. Aristis: et hic sicut supra per aristas frumenta significat. Ante tibi eoae Athlantides abscondantur: athlantides quae et uirgiliae uocantur. licet septem fuisse dicuntur tamen in caelo non amplius quam sex uidentur quae nouembri mense...hesperides *R* ‖ 28 SECEDAT *A*

est: cum Liber pater Ariadnen, Minois, Cretae regis, filiam, uxorem duceret, Vulcanus ei coronam obtulit, quam ille ad uxoris insigne inter sidera collocavit. et stellam per poeticam licentiam dixit; ceterum sex sunt, quibus in caelo declaratur corona. *alii hanc fabulam ita adserunt: Theseus cum ad interimendum Minotaurum Cretam venisset, miseratam eius Ariadnen auxilium ei ad occidendum filo ducto Minotaurum praestitisse; Theseum vero Ariadnen, utpote salutis auctorem, secum avexisse. qui cum ad Naxum insulam delati essent, Ariadnen ibi vel consulto vel necessitate vel monitu Mercurii a Theseo derelictam. quam cum Liber pater adamasset, coronam ei dempto pudore, sicut supra dictum est, dicitur obtulisse: quam etiam inter sidera postea conlocavit.*

223. COMMITTAS quasi custodibus fidis.

224. *INVITAE TERRAE si non suo tempore seratur.*

225. ANTE OCCASVM MAIAE id est ante occasum Atlantidum: *et hoc est, quod ait 'Atlantides abscondantur':* nam Maia una est de ipsis Atlantidibus.

227. *SI VERO VICIAMQVE SERES in quodam adespoto Graeco sic positum est φακοὺς δὲ καὶ φάσηλον ὄροβον ὁμοίως δὲ μετὰ ἀρκτοῦρον δύοντα ἅμα μέχρι δὴ τροπῶν.* VILEMQVE FASELVM plurimum, abundantem: nam omne quod abundat vile est, ut ⟨I 274⟩ vilibus aut onerat pomis.

228. PELVSIACAE LENTIS Pelusium unum est de septem ostiis Nili, *ubi primum lens inventa dicitur, vel* ubi optima lens nascitur: unde *κατ' ἐξοχὴν* locutus est. *ASPERNABERE autem, id est contemnes.*

---

20 plurimum ... vile est] exscr. Isid. or. XVII 4, 6. cf. Non. p. 529, 8

---

3 et hic stellam poetica licentia dixit *R* ‖ 4 corona] Gnosia autem Cretica ab urbe Cretae, quae Gnosos (Gnosis *Stephanus*) dicitur. et stella ideo dicitur Cretica, quia ad laudem illius, quae Cretici regis filia fuit, in caelo est posita ipsa corona. Sulcis: arationibus *add. R* ‖ 5 theseum *L, correxi* ‖ 6 aliadnen *L, corr. P. Daniel* ‖ 10 ei dempto pudore *scripsi*: eidemp tipudoris *L. possis et* pro dempti pudoris praemio *vel* remuneratione ‖ 14 *ad v.* 224 Inuitae terrae: quae quasi coacta (quoacta *R*) rusticorum labore et non sponte fructus profert. Anni spem: unde te annum speres posse ducere (tu a. s. p. deducere *Stephanus*) *R* ‖ 15 MAGE *V* MALE *L* ‖ id est ... Atlantidibus] antequam athlantides occidant: nam maia una est earum *R* ‖ 17 *ad v.* 226 Vanis: uacuis. Elusit: decepit *R* ‖ ‖ 19 φακογc ᴀε και φacнᴀon oροβoνoμoιωc ᴀε μετα ᴀρκτoγρoν ᴀyoντα ama μεxρι ᴀн τρoπων *L* *φαγοῦσαι* (*φακοὺς δὲ Vossius*) *καὶ φάσηλον ὄροβον ὁμοίως δὲ μετὰ ἀρκτοῦρον δύοντα ἅμα μέχρι δὲ τροπῶν Daniel* ‖ 20 FASELVM plurimum *om. R* ‖ 22 onera *L* ‖ pomis] Phaselum: phaselus herba est trium foliorum, quae apud Italos seritur et crescit *add. R, non edidit Stephanus* ‖ 24 lens *post* optima *om. L* ‖ 25 catexochen *libri, nisi quod* cathexochen *V* ‖ locutus est] Aspernabere: contemptus est (contemnes *Stephanus*). Lentis: ac si dicat, etiam inter alia lentem seras. Haud obscura: id est non obscura, hoc est clara *add. R* ‖ contempnis *L* (contempnes *P. Daniel*)

229. BOOTES cadens, verno scilicet tempore: tunc enim bootes occidit. quod autem subdidit 'et ad medias sementem extende pruinas', omnia complexus est tempora, et vernum, quo legumen seritur, et autumnale, quo frumentum. et multi volunt ita hanc partem astrologiae librasse Vergilium, ut in omnibus utrumque tempus significaret, vernale et autumnale: unde et supra bina signa memoravit, taurum cum cane, Atlantidas cum corona. tamen nos, quantum ad necessitatem loci pertinet, haec dixisse sufficiat: nam maioris prudentiae est ad subtilem harum rerum scientiam pervenire, adeo ut sequentem rationem zonarum Metrodorus philosophus vix quinque expresserit libris, insertis tam astronomiae quam geometriae partibus, sine cuius lineis haud facile zonarum deprehenditur ratio. idem etiam Metrodorus asserit, frustra culpari a plerisque Vergilium quasi ignarum astrologiae, cum eum constet operis lege conpulsum, ut quaedam excerperet, quae obscura videntur ideo, quia a naturali ordine sunt remota. ut autem universa non diceret, rusticarum personarum habuit considerationem et ipsius operis est brevitate constrictus.

230. *AD MEDIAS PRVINAS hoc est quod supra ait* ⟨211⟩ *usque sub extremum brumae i. i. 'medias' autem 'pruinas' abusive ipsas hiemes posuit: medium enim pro legitimo dixit.*

231. CERTIS DIMENSVM P. O. annum, divisum in quattuor tempora. et per duodecim signa duodecim menses accipimus.

232. *PER DVODENA multi pro 'duodecim' accipiunt, ut bina manu*

---

24 bina] A. XII 165

---

1 CADENS BOOTES *L* ‖ BOOTES ... tempora] Cadens: occidens, uerno ... occidit. Mittet: ostendet. Signa bootes: si uitiam et phaselum et lentem serere uolueris, occidente boote debes incipere. Incipe et ad medias sementem extende pruinas: omnia complexus est tempora *R* (Mittet: ostendet *non edidit, ea quae sequuntur post* hoc est clara *collocavit Stephanus*) ‖ 2 subicit *L* ‖ et] etiam *V* ‖ 3 vernum] scilicet *add. R* ‖ quo] quod *P* ‖ 4 quo] quod *P* ‖ 5 librasse] iceuuegan *in Carolsruhensi man. saec.* XI. *vel* XII. *supra vers.* ‖ uergilium *L* ‖ 6 supra bina] superiora *B* ‖ bina] dicto *V* ‖ 8 loci] huius loci *R* ‖ 11 geometriae *ABHL*: geometricae *PV* geomatriae *R* ‖ 13 a quibusdam culpari *R* ‖ 14 uergilium *AL* (uirgilium *a*) ‖ 15 exponeret *R* ‖ 16 a *om. BHR* ‖ uniuersa] omnia *R* ‖ diceret] et *add. A* ‖ 18 constrictus] constructus *L* compulsus *R* ‖ 23 accipimus] ZONAE.V. septentrionalis solstitialis aequinoctialis brumalis australis *add. B* (*eadem in Hamburgensi inter Vergilii verba post v.* 232 *maiusculis litteris et miniatis scripta extant; Serviano scholio in eodem libro haec addita sunt* BRVMALIS AVSTRALIS ZONAE V ID EST SEPTENTRIONALIS SOLSTITIALIS AEQVINOCTIA); Quinque tenent caelum zonae quarum una corusco: circuli quas greci parellilos uocant. Quarum una corusco: equinoctialem dicit *add. V*; Quinque tenent caelum zonae: circuli qui caelum ac terram ueluti zonae cingunt. Rubens: ardens. Torrida: accensa *add. R. ex his conflata sunt ea, quae Stephanus post* accipimus *edidit, Daniel post* aquilonius (*p.* 186 *lin.* 4) *collocavit* Quinque tenent caelum zonae: circuli, qui ... cingunt. translative, nam proprie zonae in terris; sed pro parallelis, id est circulis, posuit. septentrionalis, aestivalis, aequinoctialis, brumalis, australis ‖ 24 pro *Daniel*: per *L.* 'per duodecim' *F. Schoell*

lato crispans hastilia ferro et septenaque tela: alii, quia quotannis per eadem meat; 'duodena' ergo 'saepius duodecim' significat.

233. *ZONAE id est plagae vel circuli, quorum primus septentrionalis, vel, ut quidam voluit, aquilonius.*

234. *CORVSCO SEMPER SOLE RVBENS 'corusco' ardenti, hoc est aequinoctiali. et bene a media coepit, ut necessario extremas et habitabiles concessas mortalibus diceret. TORRIDA sicca, quod numquam sol inde discedat.*

235. QVAM CIRCVM EXTREMAE bene 'extremae' addidit, *id est borios et notios*, ne eas, quae circa igneam sunt, intellegeremus, quas constat esse temperatas vicinitate caloris et frigoris: quarum unam nos habitamus, alteram antipodes, ad quos hinc torrente zona, hinc frigidis ire prohibemur. antipodes autem dicuntur, quod contra nos positi sunt contrariis vestigiis: terram enim dicunt undique caelo et aere cingi. per has autem duas zonas in obliquum tenditur signifer circulus, qui solis continet cursum: unde etiam fit, ut duae zonae frigidissimae sint, ad quas numquam accedit; una fervens, a qua paene numquam recedit; duae temperatae, ad quas vicissim venit. *TRAHVNTVR pro 'extenduntur' aut 'sine intermissione vertuntur'.*

236. *CAERVLEAE frigore scilicet, quia ipse color convenit frigori.*

237. *DVAE MORTALIBVS AEGRIS sicut dictum est, temperatae ex calido medio et frigidis extremis circulis.*

239. *OBLIQVVS QVA SE SIGNORVM VERTERET ORDO zodiacum dicit, quem nos signiferum dicimus. 'verteret' autem hoc est per ambas temperatas.*

---

1 septenaque] A. X 329

---

1 quodannis *L* ‖ 2 meat *L*: ineat *Daniel* ‖ significat *ego*: segnae *in lacuna l, ut videtur,* signa* *Daniel* ‖ 4 volunt *Daniel, fortasse recte* ‖ 9 bene...quarum unam nos habitamus] bene addidit 'extremae', ne eas intelligeremus, quae circa igneam sunt: nam una media, quae est etiam ignea, et hinc inde iuxta eam duae temperatae; post has duas rursus hinc inde aliae duae frigidissimae. nunc ergo de eis dicit, quae sunt frigore inhabitabiles. Caerulea glacie: quae caeli colorem habet uel maris. Atris: frigidis et nigris. Has inter: id est inter frigidas et inhabitabiles. Mediamque: quae inhabitabilis est calore. Duae mortalibus aegris munere concessae diuum: duae sunt quae ex una parte extremas et frigidas habentes, ex alia mediam torridam, ex calore et frigore temperantur et habitabiles fiunt. quarum unam nos habitamus *R* (nam una media... habitabiles fiunt *non edidit Stephanus*) ‖ 12 hinc...ire] inde frigidis zonis ire *R* ‖ 13 quod] qui *R* ‖ 16 tenditur] uertitur *R* ‖ 17 numquam] sol *supr. vers. add. b* ‖ 18 a qua numquam sol recedit *B* ‖ 19 venit] has inter mediamque due mortalibus egris: aestiua et brumalis. obliquus qua se signorum uerteret ordo: qui a grecis zodiacus, a nobis signifer dicitur *add. V.* Per ambas: cum vitet utramque temperatam, ipsa praepositio 'per' pro 'inter' accipienda est *add. Stephanus et Fabricius*; Qua: per quam *add. R* ‖ 21 calor *L* ‖ 24 *scholium ad v. 239 non edidit Daniel*

240. MVNDVS VT AD SCYTHIAM R. A. A. iam definitio est nostri climatis, id est nostrae habitationis, quae a septentrione incipiens in australi desinit plaga. 'Riphaeas' autem 'arces' Scythiam dicit, cuius sunt montes Riphaei. *(MVNDVS VT AD SCYTHIAM R. A. A.) quoniam borius circulus totus supra terram est: ideoque ab Arato hic apparens, ille, id est australis, vocatur obscurus. sane aliqui mundum pro caelo accipiunt hoc loco, qui mundum nomen volunt esse universae naturae.*

241. *CONSVRGIT PREMITVR deest 'ita', ut sit, (ut) ad Scythiam consurgit, ita premitur in austros, id est premitur contra, devexus in Indos, ut fuerat supra Afros. LIBYAE DEVEXVS IN AVSTROS quoniam notius circulus totus infra terram est. et 'premitur' quasi deprimitur.*

242. HIC VERTEX NOBIS SEMPER SVBLIMIS *pro 'cardo'*: id est haec pars mundi a nobis semper videtur, *hoc est Scythiae, quae septentrioni subiacet.*

243. AT ILLVM SVB PEDIBVS STYX ATRA VIDET M. Q. P. axem notion, id est australem, qui a nobis numquam videtur, sicut borios, id est septentrionalis, semper videtur. et sicut variae philosophorum opiniones sunt, ita et hic varie loquitur: nam alii dicunt a nobis abscedentem solem ire ad antipodas, alii negant et volunt illic tenebras esse perpetuas. mire autem ait quasi de inferis 'Styx atra videt manesque profundi', ut ostenderet illud quod dicunt philosophi, recedentes hinc animas illic alia corpora sortiri: unde et Lucanus ait ⟨I 456⟩ regit idem spiritus artus orbe alio: quod verisimile est, quia dicuntur animae aut igni aut vento aut aqua purgari, quod ut fiat necesse est, dum aut per frigidas plagas aut igneam transeunt. et licet alii hoc a Vergilio dictum

---

5 ab Arato] cf. phaen. v. 5

---

1 iam] iam hic *R* ‖ 3 in australem desinit plagam *A* ‖ 4 Riphaei] et aliter *add. V*, Arduus: celsus (excelsus *Stephanus*) et summo uertice artatus. Premitur libiae devexus in austros: ea pars nobis habitabilis est, qua mundus incipit a septentrione supra scythiam et desinit deuexus in australem plagam. In austros: scilicet supra libiam *add. R* (Premitur...libiam *non edidit Stephanus*) ‖ 5 ab Arato *Commelinus*: ab aratro *L* ‖ 6 .id ē. (*i. e. 'id est'*) *L* idem *Daniel* item *Commelinus* ‖ 9 ut *add. Masvicius* ‖ 10 in austros, id est premitur contra *ego*: in austros .F. PRAEMITVR contra *L* in Austros * praemitur contra *Daniel* in Austros; premitur contra *Masvicius* ‖ deuixus *L* ‖ 11 ut fuerat *Masvicius*: et fecerat *L*. *cf. I. H. Vossii comment. ad georg.* II 116 *p.* 305 *sqq.* ‖ LIBIAE *L* ‖ 14 HIC *om. ABH* ‖ NOBIS SEMPER SVBLIMIS *om. L* ‖ pro 'cardo' *om. Daniel* ‖ 15 mundi *om. L* ‖ a *om. VL* ‖ 17 axem] i. e. axem *R* ‖ 18 a *om. L* ‖ sicut] greci *add. V* ‖ sicut ... et *om. B* ‖ borios *AL*: boreos *H* boreas *PVR* ‖ 19 semper] a nobis semper *vulgo* ‖ 20 opiniones LIB I sunt *L* ‖ hic *om. A* ‖ 21 abscendentem *A* (*corr. a*) abscondentem *H* ‖ 22 ait] styx *add. L* ‖ 24 illic] et illic *vulgo* ‖ 25 idem] autem *P* ‖ 27 tum *A* ‖ 28 igneas *B* ‖ uergilio *AL*

per poeticam licentiam velint, tamen sciendum est, eum poeticae licentiae inseruisse philosophiam.

244. MAXIMVS *vel* quia ipse ceteris est maior, *vel quia ad Scythiam, vel quia inter duas arctos. sane hunc draconem quidam occisum et inter sidera conlocatum a Minerva dicunt, alii hunc esse, quem Hercules custodientem mala aurea Hesperidum occidit.*

245. CIRCVM PERQVE DVAS et circum enim est et per: nam per utramque labitur, *id est inter duas*, maiorem cauda tangens, alvo conplectens minorem. IN MOREM FLVMINIS Hesiodus ποταμῷ ῥέοντι ἐοικώς.

246. OCEANI METVENTES AEQVORE TINGVI hoc refertur ad fabulam. nam hae duae paelices Iunonis fuisse dicuntur: quas postquam Iuppiter in siderum rettulit numerum, Iuno rogavit Tethyn, suam nutricem, ne umquam eas pateretur occidere. unde nunc 'metuentes' dixit, scilicet nutricem Iunonis. *sunt autem hae Helice et Cynosura. de Helice, Lycaonis filia, amata a Iove et a Iunone in ursam mutata, supra* ⟨138⟩ *dictum est. Cynosura, quod caudam caninam habeat. hanc Phoenicen vocitatam quidam ferunt, Dianae comitem, iraque eius, quod gravida esset inventa, in ursam esse mutatam atque eiusdem rursus misericordia sideribus insertam. quidam prodidere has nymphas fuisse Cretenses, Iovis nutrices, et ob meritum consecratas. quae ideo non occidunt, quia secundum clima nostri caeli arctous circulus, in quo cardo convertitur, infra horizontem non venit.*

247. *ILLIC in australi, id est obscuro axe.* VT PERHIBENT poetice: nam in rebus dubiis suam denegat fidem. INTEMPESTA alta, crassa, qualis est intempesta. posse autem hoc fieri in aliqua parte mundi, ut paene sibi totum vindicet nox, probat Britannia, quae lucis dives, vix quoddam spatium noctibus cedit. *aut 'intempesta silet', quia Epicurei dicunt, non ire solem per alterum hemisphaerium, sed semper hic ab ortu colligi scintillas et fieri orbem solis.*

---

9 Hesiodus] p. 383 Marksch. ‖ 12 nam hae duae . . . occidere] cf. mythogr. II 59

---

1 est] sit *V* ‖ 2 philosophiam] Stix: fluuius infernalis. Manes: dii infernales uel umbrae mortuorum *add. R, non edidit Stephanus* ‖ 3 maior] Hic: pro illic *add. R* ‖ 4 quidem *L, corr. P. Daniel* ‖ 7 nam per] *del. a*, nam et per *V* ‖ 9 alio *A* albo *L* ‖ minorem] arctos circum et per duos arcturos caelestes *add. R, om. Stephanus* ‖ IN MOREM . . . ἐοικώς *om. R* ‖ esiodus *BVHL* ‖ ΠΟΤΑΜU PEOLITI EOTЪU *A* ΠΟΤΑΜΟ PEONTI COIKOC *B* ΠΟΤΑΜω PEON EOITIKωC *P* ΠΟΤΑΜω PEON. Λ EOIKωC *V* ‖ 12 Iunonis] iouis *supr. vers. a* ‖ 13 tethyn *A*: thetyn *L* tethin *B* thetim *P* thetin *V* tethim *HR* ‖ 15 Iunonis] nam reliqua signa dicuntur omni (omnia *coni. Heinsius*) nocte in oceano tingi *add. R* ‖ 16 cinosura *L* ‖ licaonis *L* ‖ in ursa mutatam *L, corr. P. Daniel* ‖ 18 Phoenicen *ego*: foenicem *L* ‖ 22 climma *L* ‖ 23 orizontem *L* ‖ 25 poetice *ABp*: poeticae *PH* poetae *V* poeticae scilicet *L* scilicet poetae *R* ‖ INTEMPESTA] inactuosa *add. Stephanus et Fabricius* ‖ 26 alta] densa *add. R* ‖ grassa *L* ‖ qualis in tempestate est *R* ‖ 28 dives] est *add. V* ‖ 29 emisferium *L* ‖ 30 hic *L*: his *Daniel*

248. *OBTENTA obducta. et 'obtenta', sicut 'ostenta': ab eo enim, quod est 'ostendor', veteres participium 'ostentus', non 'ostensus' dicebant: ipse alibi praetentaque Syrtibus arva; Terentius in Eunucho* ⟨III 5, 56⟩ *an ego mihi occasionem ostentam tam brevem; similiter et illud in Phormione* ⟨V 4, 7⟩ *neque me nunc domum reciperem, ni mihi esset spes ostenta[ta] huiusce habendae.*

249. *REDIT A NOBIS id est ad illos. et hoc secundum Stoicos, qui dicunt solem vicissim per utrumque hemisphaerium ire et alternis noctem facere.*

251. *SERA pro 'sero', ut seramque dedit per membra quietem. ACCENDIT LVMINA VESPER bene 'accendit lumina Vesper' poetice, ut ipse Vesper accendat, non homines. et saepe hac figura utitur,* (*ut*) ⟨II 416⟩ *iam falcem arbusta reponunt.*

252. HINC *TEMPESTATES* id est ex *hac causa, ex hac* ratione astrologiae, *ex hac temporum scientia vel siderum observatione. et hoc contra Epicureos, qui dicunt acervum stellarum sine causa esse.* et iam conclusio est; nam hoc dicit: non sine causa intuemur siderum ortus et occasus; hinc enim universa noscuntur. DVBIO CAELO id est 'etiam dubio caelo'. *et bene 'dubio': nam ideo alibi caeli fraudem dixit. PRAEDISCERE praevidere.*

253. *MESSISQVE DIEM pro tempore. TEMPVSQVE SERENDI id est autumnale.*

255. *ARMATAS DEDVCERE CLASSES aut quia in puppibus infigebant arma navigantes, ut praefigere puppibus arma: aut instructas armamentis suis.*

256. TEMPESTIVAM oportunam, *maturam;* nam tempore in-

---

3 praetentaque] A. VI 60 ‖ 10 seramque] A. VIII 30 ‖ 19 alibi] A. V 851 ‖ 24 praefigere] A. X 80 ‖ 26 Tempestivam maturam] cf. Macrob. Sat. VI 4, 16 ‖ nam ... vocantur] exscr. Isid. or. XII 5, 10

---

1 obtenta: obducta *hab. R* ‖ habeo *L* ‖ 4 An ego occasionem Mi ostentam tantam, tam brevem *Terentius. cf. Bentlei ad h. v. adnot.* ‖ ostentatam *L* ‖ 5 domum nunc *Terentius* ‖ 6 ostenta *Terentius* ‖ 8 utramque *L* ‖ emisferium *L* ‖ 9 *ad v.* 249 *sqq.* Diemque reducit: ut quando lux descendit (ut quando discedit *Stephanus*) a nobis et dies clauditur, tunc illic sit aurora. Adflauit: pro 'adflauerit' (pro adflauerit *om. Stephanus*). Anhelis: quasi acticet perpetuo (*leg.* quasi actis et perpetuo, *om. Stephanus*) cursu anhelantibus. Sera: nocti ciua (nocti vicina *Stephanus*). Vesper: stella quae et Venus et Lucifer (dicitur *add. Stephanus*): nam Vesper eo quod quibusdam mensibus uespere, Lucifer autem dicitur, quod quibusdam mane oriatur *R* ‖ 16 et est conclusio *R* ‖ 18 nascun- *VL.* Tempestates: uarios euentus et pericula *add. R* ‖ Dubio caelo: quod nunc prospera, nunc aduersa ingerit *R* ‖ 19 ideo *L*: idem *Daniel* ‖ 21 *ad v.* 253 *sqq.* Messisque diem: id est quando sit metendi tempus opportunum. Serendi: seminandi. Infidum: cui nullus potest aut debet committere fidem: nam subito fallit hominem. Marmor: mare. Quando armatas deducere classes: id est quando sit tempus ad agendum nauale proelium *R* ‖ 26 tempestiua opportuna *V* ‖ opportunam *L* ‖ maturam *om. Daniel* ‖ inoportuno *AVL*: inportuno *PHR*

oportuno *hae* caesae arbores cito termites faciunt; ita enim ligni vermes vocantur. (TEMPESTIVAM) *nam hac re etiam rustici lunae cursum observare dicuntur; melius enim arbores luna decrescente caeduntur.*

257. *NEC FRVSTRA SIGNORVM OBITVS S. E. O. perseveravit contra Epicureos. 'obitus' autem occasus.*

258. TEMPORIBVSQVE PAREM D. Q. A. de rebus contrariis fecit declamationem dicendo parem ex diversis; *vel semper sibi convenientem.* re vera enim nihil est tam contrarium inter se, quam aestas et hiems, et tamen de his annus efficitur.

259. *FRIGIDVS AGRICOLAM S. Q. C. I. non generaliter frigidus, sed quando frigidus fuerit. et quasi titulus est, agricolam numquam vacuum esse debere.*

260. MVLTA FORENT QVAE MOX CAELO P. S. M. D. ordo est: multa maturare datur, quae forent in serenitate properanda. nam male quidam 'forent' esse praesentis temporis volunt, ut sit sensus: multa sunt quae maturare datur, mox caelo sereno properanda in usum caeli sereni: quod non est idoneum. licet re vera 'fore' tantum futuri sit temporis: nam 'foret' et praeteritum et praesens et futurum complectitur: Sallustius ni virtus fidesque vestra spectata mihi foret, id est esset. ordo est: multa maturare datur et celeriter facere, quae si velis caelo sereno properanter facere, non diligenter poteris facere, dum festinas. *sane 'maturare'*

---

6 obitus occasus] cf. Non. p. 357, 19 ‖ 20 Sallustius] Cat. 20, 2 ‖ 23 sane maturare e. q. s.] cf. Gell. X 11; Non. p. 51, 23 sqq.; p. 441, 22 sqq.; Macrob. Sat. VI 8, 11 sqq.

---

importuno *B* ‖ 1 enim] quippe *R* ‖ 2 vocantur] Siluis: in siluis. Euertere: excidere. Obitus: occasus *add. R* ‖ hac re] *malim* hanc ob rem ‖ 3 ceduntur *L* ‖ 7 D. Q. A.] dicata *V* ‖ 9 inter] infra *PH* ‖ 10 hiemps *VHL* ‖ 11 *ad v.* 259 Continet: ut non possit propter frigus et imbrem agriculturam exercere. 'continet' detinet et impedit *R* ‖ 15 multa... properanda] multa datur maturare quae forent properanda sereno caelo id est in serenitate *R* ‖ 16 praesentis temporis esse *R* ‖ 17 multa sunt... caeli sereni] multa sunt properanda quae maturare datur mox caelo sereno id est in usum caeli sereni *L* ‖ datur] credatur *B* ‖ properanda] id est *add. R* ‖ 18 in usum caeli sereni] in usum ad utilitatem serenitate caeli *B* ‖ licet... complectitur] nam licet re uera 'fore' futuri temporis, tamen foret... complectitur *R* ‖ licet] praesens *add. B* ‖ fore] forent *B V*. ‖ 19 tantum] tantum semper *B V L* ‖ futuri temporis sint *V* ‖ 20 Sallustius ... esset *om. B* ‖ 21 spectate *A* (spectata *a*) expectata *P* spectat *R* ‖ fore *L*, *corr. P. Daniel* ‖ ordo est] et ordo est *L* ‖ ordo est multa maturare datur] hic autem talis est sensus: quamdiu imbres et frigus agriculturam impediunt, multa sunt quae datur maturare *R* ‖ 22 celeriter] caelebriter *P* diligenter *Stephanus* ‖ si uelis iam sereno caelo *R* ‖ 23 festinas] et tardius ad laborem redibis. oportet ergo ut, dum domi resides, ea quae tibi praeparare potes et necessaria uides, parare studeas, ut, cum fuerit serenitas data, statim ad laborem prodeas *add. R*. *exhibui supra hoc scholium ita ut in optimis libris scriptum est: ipse Servius haec fere edidisse videtur* ordo est... properanda. nam

duas res significat; aut in otio et suo tempore facta maturata dicuntur, aut adcelerata et ante tempus acta, quod hic significat. Cato properare dicit eos, qui prima quaeque ordine suo mature transigunt, festinare autem illos, qui multa incipiunt eaque adnectendo nec terminando praepediant. Aulus Gellius ⟨X 11, 1⟩*: mature veluti celeriter dicimus. Nigidius mature fieri, quod neque cito, neque tarde fiat: quod hinc debet intellegi, quia poma, quae neque acerba sint neque putrida, matura dicuntur.*

261. PROCVDIT cudendo extenuat, *id est producit tundendo. et bene, quia praeposuerat 'multa', enumerat singula.*

262. OBTVSI *hebetis. et obtusum est quidquid sine acumine est vel calore, ut* *non obtusa adeo gestamus pectora Poeni. et* antiqui 'n' *litteram* addebant, quod nos propter euphoniam in aliquibus detraximus, ut 'obtusus'; in aliquibus enim remansit, ut 'tunsus'. LINTRES fluviales naviculas. *sane non sine ratione lintrium meminit, quia pleraque pars Venetiarum, fluminibus abundans, lintribus exercet omne commercium, ut Ravenna, Altinum, ubi et venatio et aucupia et agrorum cultura lintribus exercetur. alii lintres, in quibus uva portatur, accipiunt.*

263. PECORI SIGNVM A. N. INPRESSIT A. id est facit aut characteras, quibus pecora signantur, aut tesseras, quibus frumentorum numerus designatur: nam numeros pro litteris posuit, quibus numeri continentur. *sed hoc non de aestate, qua signari vel fruges vel animalia solent, sed de hieme, qua imber frigidus esse potest, loquitur. hoc autem secundum ea, quae aliter dicuntur, aliter audiuntur, dictum est.*

---

2 Cato] p. 44, 4 Iord. ‖ 9 Procudit producit tundendo] cf. Non. p. 156,26 ‖ 11 Obtusi hebetis] cf. Isid. or. X 198 ‖ 12 non obtusa] A. I 567 ‖ 15 Lintres ... naviculas] cf. Non. p. 535, 6 ‖ sane non sine ratione e. q. s.] cf. Isid. or. XIX 1, 25 ‖ 20 id est ... signantur] cf. Isid. or. XX 16, 7 ‖ 21 aut tesseras ... designatur] exscr. Isid. orig. XX 14, 12

---

licet re vera 'fore' tantum futuri sit temporis, 'foret' et praeteritum et futurum complectitur ... id est esset. male quidam ... quod non est idoneum. nam ordo (*vel* sensus) est: multa maturare datur ... dum festinas. *quod* et praesens (*p.* 190 *lin.* 19) *seclusi, cf. Serv. ad Aen.* III 417 *et* VIII 130 ‖ 3 mature] *cf. Cat. rel. p.* 44, 5 *Iord.*: maturare *L* maturate *Vossius* ‖ 6 maturae *L* ‖ fieri] *fortasse* fieri ait ‖ 7 intelligi *L* ‖ sint *L*: sunt *Daniel* ‖ 8 putrida *Commelinus*: putida *L* ‖ 12 antiqui] tamen *additur vulgo* ‖ 14 enim *om. PL* ‖ mansit *L* ‖ tunsus] tonsus *L*. 'obtusi' autem reuerberati et acumine carentis. Dentem: acumen. Arbore: de arbore *add. R* ‖ 15 fluviatiles *vulgo* ‖ lyntrium, *ut infra bis* lyntribus *L* ‖ 17 commertium *L* ‖ 20 aut] ita ut *B* ‖ characteras *A* caracteras *BH*: caracteres *PV* karacteres *L* characteres *a* ‖ 21 signentur *BVL* ‖ 22 designetur *B* ‖ 23 signar *L* ‖ 24 qua imber *Daniel*: quam ber *L* ‖ esse potest. loquitur autem hoc *Daniel* ‖ 25 audiuntur, ut dictum est *Daniel*

264. *VALLOS quos aliqui palos, Graeci χάρακας, Homerus σκόλοπας (vocat). Aelius Gallus de verbis ad ius civile pertinentibus vallos tegulas grandes, quae supra collicias infimae ponuntur, appellat. alii vallos hic quadridentes dicunt: nam vallos, qui scolopes dicuntur, ante muros poni, ut rescindit vallum et scalas ad moenia poscit.*

265. AMERINA RETINACVLA virgas, de quibus vites ligantur: quae virgae abundant circa Amerinum oppidum Italiae, cuius crebram in Rosciana facit Cicero mentionem. *alii genus salicis dicunt dispari colore a cetera salice, nam est rubra, et ad conectendum aptior, quia praeter morem lenta est; quae nunc quoque amerina a rusticis dicitur.*

266. *FACILIS de qua facile aliquid fiat: unde faciles homines qui hac atque illac cito ducuntur. ergo 'facilis' quae cito ligetur vel solvatur.* RVBEA VIRGA quae abundat circa Rubos, Italiae oppidum: Horatius inde Rubos fessi pervenimus: id est ea virga, quae apud Rubos plurima nascitur. *an a robo, cuius meminit ferat et robus asper amomum. FISCINA genus est vasis, id est corbulae brevis, quas perferunt qui arbusta vindemiant: Lucilius in quinto fiscina fallaci cumulo, Novius in Andromacha quod tu, mi gnate, quaeso ut in pectus tuum demittas, tamquam vindemiator in fiscinam, Plautus in Mercatore* ⟨V 4, 28⟩ *vobiscum habete cum porcis, cum fiscina.*

267. NVNC TORRETE IGNI F. N. F. S. praeparate panem, quo

1 Homerus] veluti Il. VII 441 | 2 Aelius Gallus] cf. Huschke iurispr. anteiust. ed. IV p. 98 | 5 rescindit] A. IX 522 | 15 Horatius] sat. I 5, 94 | 16 ferat] buc. III 89 | 18 Lucilius in quinto] v. 25 p. 28 Muell. | 19 Novius] cf. Ribb. trag. Rom. fragm. ed. II p. 6 cum adnot.

1 *ad v.* 264 Exacuunt: repurgant et reformant in altitudinem pristinam. Vallos: fossas et muros de terra factos et glebis, qui fiunt in circuitu cohortium et uinearum, aut quibus aquae ducuntur de locis aquosis. Bicornes: duorum cornuum *R* | ϲκοαοπαc *L* | 2 uelius *L*, Aelius *in marg. P. Daniel* | 4 quo *L*, *corr. P. Daniel* | 7 Ameriam *Stephanus* | 8 mentionem] Lentae: flexibili. hic computat ea quae quilibet domi potest facere, dum ab agricultura pluuiis impeditur, aut nimium frigus terram constringit: cuncta enim utilia sunt humano usui quae hic dicit, et quouis tempore possunt fieri. Facilis fiscina: leuis ad faciendum *add. R* | 9 a cetera salice *Daniel*: cetera salice *L* | 10 quiā *L* | 13 atque *L*: et *Daniel* | ligetur *Burmannus*: legitur *L* | 14 ROBEA *L* | VIRGA] Rubos est italiae oppidum. Rubea ergo uirga dicitur ea *add. R* abundant *AH* (abundat *a*) habundant *L* | robos *et hic et infra L* | ut oratius *B* | 15 ea virga ... nascitur *om. B* | 17 uasi *L* | FISCINA corunla breuis *hab. V* 19 nouius *L*: Naeuius *Commelinus*. *cf. Ribbeckii adnot.* | quod tum ignatę *L* 20 uidemiator *L*, *corr. P. Daniel* | 23 NVNC ... postea] Nunc torrete igni fruges: siccate. Fragite (*sic*) saxo: non est (non est *om. Stephanus*) isteroproteron, tamquam dicat 'torrete igni' coquite panes, et postea inferat 'fragite saxo', cum prius sit frumentum molere et deinde factos panes coquere; sed recte et ordinate dixit: nam 'torrete fruges' non de coquendis panibus, sed de siccandis frugibus dixit (nam ... dixit *om. R*, *edidit Stephanus*). quod primum et

utamini in serenitate, ne ea res inpedimento sit postea. *multi tamen de certo frugum genere dictum volunt: nam far, milium, panicum moli, nisi ante fuerint tosta, non possunt. nam quod ait 'saxo frangite' potest accipi et pinsere, quod significat pilo tundere, quia et vulgo cavatum saxum pilam dicimus: quae omnia fieri oportet propter facilitatem molendi. multi hysterologiam putant, quia ante est molere quam coquere. nonnulli tradunt rusticos solitos, siquando ad excudendas fruges essent imbribus inpediti, spicas integras condere et, prout indiguisset usus, hieme torrere, quo facilius a gluma sua separatum triticum molerent. alii non accipiunt hysteroproteron, sed 'modo hoc, modo illud facito', ut diversa dixisse videatur.*

268. QVIPPE ETIAM FESTIS Q. E. D. non mirum est, rusticum aliqua facere debere per pluvias, cum sint quaedam, quae facere possit etiam festis diebus. *sunt enim aliqua, quae si festis diebus fiant, ferias polluant: quapropter et pontifices sacrificaturi praemittere calatores suos solent, ut, sicubi viderint opifices adsidentes opus suum, prohibeant, ne pro negotio suo et ipsorum oculos et caerimonias deum attaminent: feriae enim operae deorum creditae sunt. sane feriis terram ferro tangi nefas est, quia feriae deorum causa instituuntur, festi dies hominum quoque.*

269. FAS ET IVRA SINVNT id est divina humanaque iura permittunt: nam ad religionem fas, ad homines iura pertinent. *et non sine causa hoc dictum a Vergilio, gnaro totius sacrorum ritus, ponitur: religiosi enim esse dicuntur, qui faciendarum praetermittendarumque rerum divinarum secundum morem civitatis dilectum habent nec se superstitionibus implicant. cum ergo hic dicit 'festis quaedam exercere diebus fas et iura sinunt' et 'nulla religio vetuit', ostendit multa, quae ad rem divinam pertinent, ex praecepto et posse fieri et vitari, ab his scilicet, qui religiosi, ut supra dictum est, appellantur: quem morem poeta agendo aliud subtiliter docuit.*

---

14 Lemovicensia ad v. 268—270 scholia conferenda sunt cum Macrobio Sat. I 16, 9—12; III 3, 10—12 ‖ 24 religiosi enim ... implicant] cf. Festus s. v. Religiosi p. 289 M.

---

postea siccatae fruges moluntur. et praecepit (praecipit *Stephanus*) parandum esse panem, quod (quo *Steph.*) utendum sit sereno caelo, necares τ͡c impedimento (ne ea res tunc sit i. *Steph.*) *R* ‖ quod utamini *P* ‖ 2 minium *Daniel* ‖ 4 pinsere *Commelinus*: pindere *L*. *an* pinsite? ‖ fulgo *L*, *corr. P. Daniel* ‖ 5 pilam *scripsi*: pilum *L* ‖ 6 ysterologiam *L* ‖ 8 indiguissed *L*, *corr. P. Daniel* ‖ 9 aglumas uase paratem (v *suprascr.*) *L* ‖ 10 ysteroproteron *L* ‖ 14 possint *L* ‖ diebus] ut iam, si non impediat frigus uel pluuia, sed sint festi dies, nec tunc etiam sit otiosus *add. R, non edidit Stephanus* ‖ 18 credite *L* ‖ 22 hominem *B V* ‖ 23 uergilio *L* ‖ 24 praetermittendarumque *Festus*: praemittendarumque *L* ‖ 26 superstytionibus *L* ‖ 28 uetari *L*, uitari *P. Daniel*. *cf. Macrob. l. l.* '*religiosi sunt qui facienda et uitanda discernunt*'

270. DEDVCERE id est siccare: nam 'inrigare' inducere est, ut ⟨I 106⟩ deinde satis fluvium inducit. sane sciendum, secundum Varronem contra religionem esse si vel rigentur agri vel laventur animalia festis diebus: nymphae enim sine piaculo non possunt moveri. sed scimus necessitati religionem cedere: unde perite Vergilius ait 'balantumque gregem fluvio mersare salubri', id est salutifero; nam dicturus est in tertio ⟨441⟩, scabie temptari nisi laventur animalia. de inrigatione vero nihil ad hunc pertinet locum, quia 'deducere', ut diximus, siccare significat. *sed qui disciplinas pontificum interius agnoverunt, ea die festo sine piaculo dicunt posse fieri, quae supra terram sunt, vel quae omissa nocent, vel quae ad honorem deorum pertinent, et quidquid fieri sine institutione novi operis potest: ut rivorum inductionem sic accipiamus, per fossam vel pratum purgatum deducere, id est emittere, quoniam cautum in libris sacris est feriis denicalibus aquam in pratum ducere nisi legitimam non licet, ceteris feriis omnes aquas licet deducere. ergo hic, ut aliquibus videtur, 'deducere' purgare est et sordes emittere, quae praecludant aquam, ideo quia a pontificibus, ut novum fieri non permittitur feriis, ita vetus purgari permittitur. alii hoc secundum augurale ius dictum tradunt, quod etiam in bello observetur, ne novum negotium incipiatur. ergo 'rivos deducere' non est novum negotium, et potest hoc ad illud referri* ⟨I 113⟩ *quique paludis collectum umorem bibula deducit harena. sane quae feriae a quo genere hominum vel quibus diebus observentur, vel quae festis diebus fieri permissa sint, siquis scire desiderat, libros pontificales legat.* *FLVVIO SALVBRI non est epitheton amnis, sed ad factum refertur.*

273. *SAEPE OLEO et hic 'aut' coniunctio esse debuit, ut est illa notos atque atra volans in nubila fugit pro* [*et*] *'in notos', ut esset 'saepe aut oleo aut vilibus onerat pomis'. et bene rusticorum laudat industriam.* COSTAS aut re vera costas, aut clitellas: Horatius hinc muli Capuae clitellas tempore ponunt. AGITATOR verberator, ab agendo dictus, *ac per hoc asinarius.*

---

27 illa] A. V 512 ‖ 30 Horatius] sat. I 5, 47

---

6 uergilius *L* ‖ Vergilius ait] maro dicit *B* ‖ ait *om.* *L* ‖ 7 dicturus est] dicitur *A* ‖ 9 significat] Vetuit: prohibuit. Praetendere saepem: circumdare et opponere. et subaudi 'nulla religio vetuit'. Insidias auibus moliri: aucupia facere. Incendere uepres: hoc etiam sicut et priora licet festis diebus agere. Balantumque gregem: id est ouium. Mersare: frequenter mergere propter scabiem *add.* *R* ‖ 10 ea die *Masvicius*: adie *L* a die *Daniel* ‖ 15 dene galibus *L* ‖ 18 ideo quia *ego*: ideo quae *L* ideoque *Daniel* ‖ 20 ius *Commelinus*: cuius *L* ‖ 22 ad illud] illuc *Daniel* ‖ 25 si qui *L* ‖ 28 et *seclusi* ‖ 31 caprae *L* ‖ clitellae *A* ‖ Agitator: minator uerberator *R* ‖ 32 dictus] dicitur *AL* ‖ hac *L*

274. VILIBVS POMIS abundantibus, ut ⟨I 227⟩ vilemque faselum. INCVSVM molam manualem cudendo asperatam. *et bene verbum vulgare vitavit.*

275. MASSAM PICIS VRBE R. aut qui oleum vel poma portaverat, aut certe ideo ait 'reportat', quia pix in agris nascitur et in urbe distracta, in agrum a plerisque reportatur. *Varro dicit antiquos nundinas feriatis diebus agere instituisse, quo facilius commercii causa ad urbem rustici commearent. et bene per haec omnia, quae superius dixit, ostendit ferias non pollui.*

276. ALIOS ALIO DEDIT ORDINE LVNA plenissime de lunae diebus omnibus expressit Hesiodus, quam rem breviter iste praelibat. *sed est ita: ipsa quoque luna omnes dies felices dedit, sed alios aliis rebus aptos: inde ait* FELICES OPERVM *hoc est* ad opera sumenda, aptos felicibus operibus. *alii 'felices' pro fecundis accipiunt, ut* ⟨II 188⟩ *felicemque trahit limum.*

277. QVINTAM FVGE dicitur enim hic numerus Minervae esse consecratus, quam sterilem esse constat: unde etiam omnia sterilia quinta luna nata esse dicuntur, ut Orcus, furiae, gigantes. PALLIDVS ORCVS quia pallidos facit: *nam ipse niger est. Probus 'Orchus' legit, Cornutus vetat aspirationem addendam. Hesiodus Orcum quinta luna dicit natum; Celsus, ut iuris iurandi deum, pallidum dictum, quia iurantes trepidatione pallescunt: nam apud Orcum defunctae animae iurare dicuntur, ne quid suos, quos in vita reliquerunt, contra fata adiuvent.*

278. EVMENIDESQVE SATAE *id est natae: et* ut saepe diximus, *κατ' εὐφημισμὸν* eumenides vocantur, *quod non habent bonam volun-*

20 Hesiodus] op. et d. 803

---

1 abundantibus] quia uulgo nascitur (nascuntur *Steph.*) *add. R* ‖ uile *V* uilem *B* ‖ 2 INCVSSVM *BHR* ‖ 4 Atrae picis: nigrae. Vrbe reportat: ut qui... portauerat ad urbem reuertens referat secum aut manualem molam aut picem emptam in urbe: aut certe *e. q. s. R* ‖ aut qui *BVL*: ut qui *APH* ‖ portauerit *B* ‖ 6 ad agrum *R* ‖ 10 ALIAS *A* ‖ 11 Hesiodus] *Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος εὖ κατὰ μοῖραν πεφραδέμεν δμώεσσι· τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην ἔργα τ' ἐποπτεύειν ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέασθαι* (*op. et d.* 765 *sqq.*) *add. Stephanus* ‖ iste] ipse *V* ipse uirgilius *B* ‖ praelibat] Alio ordine: hoc est non omnes dies facit esse aequales, sed diuersi ordinis et modi, cum ipsa sit una et eadem *add. R* ‖ 13 OPERVM *evanuit in L*, felices et *edidit Daniel* ‖ ad opera ... operibus] quibus feliciter possunt opera exerceri, uel ad opera sumenda, uel certe 'felices' aptos felicibus operibus *R* ‖ 14 operis *L* ‖ 15 trait *L*, trahunt *Vergilius* ‖ 16 FVGE] ut quinta luna nullius operis initium sumas *add. R* ‖ 18 nata esse] nasci *R* ‖ furiae] curiae *B* (iniuriae *supr. vers. b*) ‖ 19 quia] qui *PHR* ‖ facit] Orcus: Pluton, deus inferni *add. R* ‖ Orchus] us *litterae evanuerunt in L.* Horcus *Ribbeckius proleg. p.* 139 ‖ 21 natum] na *litterae evanuerunt in L* ‖ ut *evanuit in L* ‖ 22 tredatione *L* trepidatione *P. Daniel* ‖ Orcum defunctae] cum de *litterae evanuerunt in L. supra* o *P. Daniel* h *addidit* ‖ 25 diximus] dictum est *L* ‖ 26 cateufemismon *libri* ‖ vocantur] uel furiae infernales *add. R, non edidit Ste-*

tatem, id est mentem, sicut parcae, quia nulli parcant. PARTV NEFANDO sacrilego. per Coeum autem et Typhoea et Iapetum omnes gigantes intellegimus.

280. FRATRES *'fratres' dicit* Otum et Ephialtem, *Aloi filios, ut quidam putant.*

281. PELIO OSSAM 'o' longa est, sed fit brevis sequente 'o' vocali, ut sub Ilio alto.

282. *SCILICET ATQVE OSSAE Pelius mons est Thessaliae, Olympus Macedoniae, Ossa Thraciae. et bene tertium quasi maiorem involvere ait.*

284. SEPTIMA POST DECIMAM FELIX aut septimam decimam dicit, aut hoc dicit: felix quidem est septima, sed felicior decima, ut primum locum decimae relinquat. alii quartam decimam accipiunt, ut sit: felix est septima duplicata, id est cuius numerus post decimam invenitur, quo die re vera vites melius ponimus.

286. NONA FVGAE MELIOR C. F. non, ut stultis videtur, Vergilius aut fugam servis suadet, aut eis indicat dies, quibus se a rapinis abstineant: nam et fugam de profectione et cursu legimus, ut ⟨III 201⟩ simul arva fuga, simul aequora verrit — unde et velocem equum fugacem vocamus —, et fuga potest etiam honesta esse, ut siquis hostem, siquis inminentem tyrannum, siquis saevum iudicem fugiat. 'contraria' autem 'furtis' illuc spectat, ut et domino sit spes inveniendi quod amiserit, et rapere aliquid servus formidet aufugiens.

287. MVLTA ADEO id est valde: Terentius adulescentem adeo nobilem. SE DEDERE id est melius nostro obsequuntur

---

7 sub Ilio alto] A. V 261 ‖ 9 et bene...ait] cf. Non. p. 328, 14 ‖ 24 Terentius] Eun. I 2, 124

---

phanus ‖ 1 parcae *evanuit in L* ‖ 2 sacrilego] Coeum: nomina sunt gigantum *add. R* ‖ omnes gigantes intellegimus] *in his verbis desinit codex Lemovicensis* ‖ 3 intellegimus] intelleguntur, quos quinta luna dicit esse natos *R* ‖ 4 FRATRES ...Ephialtem *om. B* ‖ othum *V* ‖ Ephialtem] dicit, qui fuerunt filii Neptuni et nouem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine caelum uoluerunt euertere, sed confixi sunt sagittis Apollinis et Dianae *add. R. cf. Serv. ad Aen.* VI 582 ‖ 6 Pelio: monti. Pelio: o longa est *e. q. s. R* ‖ o sequenti uocali *V* ‖ 7 alto] Ossam: alium montem. Olympum: tertium montem. Pater: Iuppiter. Disiecit: deiecit *add. R* ‖ 8 OSSE *V* ‖ thesaliae *V* ‖ olimpus *V* ‖ 9 traciae *V* ‖ involvere *scil. eos. an* involvi? ‖ 11 dicit *om. H* ‖ et hoc dicit *AH* ‖ 12 relinquat] derelinquat *V* tribuat *R, in quo haec addita sunt* quae sit ualde felix, secundum septimae, quae post decimae felicitatem sit secunda, ut ea nulla sit felicior, excepta decima: aut certe, sicut quidam uolunt, quartam decimam dicit, ut sit *e. q. s.* ‖ 13 *prius* est *om. PHR* ‖ cui *A* ‖ 14 decimum *B* ‖ *ad v.* 285 Domitare boues: instruere, quo modo possint ferre laborem arandi et sciant ad iugum pariter incedere *R* ‖ 15 stultis] quibusdam imperitis *R* ‖ 16 se a *om. P,* a *om. V* ‖ 18 uerrit *ABVR*: uertit *PH* verrens *Vergilius* ‖ 20 ut si quis h. aut i. t. aut s. i. f. *B* ‖ 23 aufugiens *AP*: aut fugiens *VHRb* ait fugiens *B* ‖ 25 Melius se nocte dedere: per noctem melius *e. q. s. R* ‖ obscuruntur *A*

labori. NOCTE nomen est, adeo ut ei Horatius iunxerit praepositionem: ut iugulent homines vigilant de nocte latrones: nam adverbium 'noctu' facit, sicut 'diu': Sallustius diu noctuque laborare, festinare.

288. *IRRORAT EOVS id est lucifer, de quo etiam Cinna in Smyrna sic ait te matutinus flentem conspexit Eous et flentem paulo vidit post Hesperus idem.*

290. NON DEFICIT non deserit: unde et qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes, desertores vocantur.

292. FACES INSPICAT incidit ad spici et aristarum imaginem. *et aliter: INSPICAT findit in modum spicae, cui multae sunt aristae.*

295. AVT DVLCIS M. V. D. V. hypermetrus versus: unde et sequens a vocali inchoat. bene autem ait 'decoquit umorem', id est rem superfluam: sic supra posuit ⟨112⟩ luxuriem segetum tenera depascit in herba. *et aliter: hic versus longior est una syllaba, sed sine vitio, quoniam sequens a vocali incipit.*

299. NVDVS ARA SERE NVDVS adeo sereno caelo, ut amictum possis contemnere. sane quidam post hoc hemistichium dicitur subsecutus 'habebis frigore febres'. HIEMS IGNAVA COLONO ignavum reddit colonum.

---

1 Nocte nomen est] cf. Servii [Sergii] comm. in Don. p. 440, 7 K. ‖ Horatius] epist. I 2, 32 'ut iugulent hominem, surgunt de nocte latrones' ‖ 3 Sallustius] cf. Iug. 38, 3; 44, 5; 70, 1; Cat. 27, 2 ‖ 5 Cinna in Smyrna] p. 324 Baehr. ‖ 8 unde et ... vocantur] exscr. Isid. or. IX 3, 39 ‖ 18 sane quidam ... febres] cf. Suet. p. 65, 16 Reifferscb.

---

1 nomen est] autem non est aduerbium, sed nomen ablativi casus *R* ‖ adeo ... latrones] ut oratius de nocte latrones *B* ‖ 3 nam *om. B* ‖ sicut diu] sicut dicit *H* ‖ 5 *ad v.* 288 *sqq.* Sole novo (nono *R*): oriente die et sole adhuc recenti necdum feruenti. Inrorat (inroborat *R*): inlustrat: aut certe matutino (aut simpliciter 'irrorat': matutino enim *Stephanus*) tempore ros cadit. et dicit hoc loco, et die et nocte insistendum labori. Arida prata: iam matura. Tondentur: secantur. Noctis: accusatiuus pluralis *R* ‖ smirna *V* ‖ 6 matutinus *Stephanus*: matutinum *V* matrimonium *Guelferb. I, ut videtur* ‖ 9 defectores *vulgo* ‖ 10 *ad v.* 292 Faces inspicat: quidam codices 'incidit ad spici et aristarum imaginem'. Inspiciet (*lege* Inspicat: ad) aristarum modum incidit. Arguto: sonoro, stridulo *R* ‖ ad spici et *PHV*: ad speciem *A* ad speciem id est *B*. ad spicae id est aristae *coni. Vlitius ad Gratii Cyneg.* 488; *sed cf. Serv. ad* I 111 ‖ 11 spice *V* ‖ 13 humorem *libri* ‖ 16 *ad v.* 296 *sq.* Aheni: uas, in quo coquitur uinum. et trepidum dicit, quia quod bullit quasi tremere uidetur. Aheni: ex aere facti. Ceres: frumentum. Medio aestu: id est per diem, quando aestus est *R* ‖ 17 NVDVS] sic Hesiodus (*op. et d.* 391) *γυμνὸν σπείρειν γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ' ἀμᾶσθαι* id est *add. Stephanus* ‖ amictum p. c.] uestimentis non egeas *R* ‖ 18 possit *AH* ‖ hemistichium] carmen semiuersuale *superscr. b* ‖ dicit *PV* ‖ 19 febres] nam non dicit nudum esse debere, quasi aliter non oporteat aut possit; sed sub tanta serenitate dicit haec agenda, ut etiam amictus possit contempni *add. R* ‖ quia ignauum *V* quae ignauum *HR* ‖ 20 *ad v.* 300 Parto: parato. Agricolae plerumque fruuntur: dicit agricolas per hiemem his frui quae (qua *R*) aestate parauerint. 'plerumque' autem dicit, quia dicturus est aliqua, quae rusticus etiam hieme possit efficere, ne conti-

300. PLERVMQVE quia dicturus est esse aliqua, quae rusticus etiam hiemis tempore possit efficere.

302. GENIALIS HIEMS voluptuosa, convivalis: nam quotiens voluptati operam damus indulgere dicimur genio, unde e contrario habemus in Terentio suum defraudans genium.

303. PRESSAE CARINAE onustae.

304. INPOSVERE CORONAS aut re vera coronas, aut spiras funium accipimus.

305. SED TAMEN ET QVERNAS G. T. S. T. sunt aliquae derivationes ex usu magis quam ex ratione venientes, ut 'quernas', ut ficulnus, ilignum, colurnum a corylo, ilice, fico, quercu.

306. CRVENTAQVE MYRTA matura enim cruoris imitantur colorem.

307. PEDICAS laqueos, quibus pedes inlaqueantur.

308. AVRITOSQVE SEQVI LEPORES id est maiores habentes aures. Horatius aliter ait doctum et auritas fidibus canoris ducere quercus, sensum audiendi habentes.

309. BALEARIS FVNDAE Hispanicae, ab insulis Balearibus, ubi inventa est funda. *et aliter: fundis nemo figit, sed intra insidias cogit, ubi conclusam feram iaculis petit: ergo hysteroproteron est.* BALEARIS FVNDAE *quia apud insulas Baleares fundarum usus inventus est. et insulae Baleares primo Gymnesiae dictae: post vero cum a Graecis*

---

5 in Terentio] Phorm. I 1, 10 ‖ 6 Pressae onustae] cf. Non. p. 364, 25 ‖ 13 Pedicas ... inlaqueantur] exscr. Isid. or. V 27, 8 ‖ 15 Horatius] carm. I 12, 11 ‖ 17 Hispanicae e. q. s.] cf. Isid. or. XIV 6, 44

---

nuae uoluptati det operam, sed etiam tunc laboret. Conniuia curant: aut mittere sibi inuicem aut uicissim parare *R* (ne ... parare *non edidit Stephanus*. Conuiuia ... parare *hab. Masvicius*) ‖ 3 convivalis] *om. P* conuiuialis *R* ‖ 4 dicimus *PHR* ‖ unde ... genium *om. B* ‖ e *om. HR* ‖ 5 defraudens *A* (*corr. a*) defrudans *PH* ‖ genium] genium autem dicebant antiqui naturalem deum uniuscuiusque loci uel rei aut hominis. Curasque resoluit: quiescere facit a labore et curis *add. R* ‖ 6 onustae] oneratae *R* onerariae *Stephanus*. Cum iam portum tetigere: dat comparationem de nauigantibus, quod sicut illi expleta iam nauigatione et positis in sicco nauibus laetantur et epulis uacant, sic etiam rustici finitis completisque aestiuis laboribus hieme conuiuia celebrent et a curis soluantur *add. R* ‖ 8 accipimus] id est uolubilitates *add. R, om. Stephanus* ‖ 9 T. S. T.] quae in quercu nascuntur *add. R, om. Stephanus* ‖ 10 oratione *V* ‖ quernus *B* ‖ ut] et *P, om. BVR* ‖ 11 lignum *A* silignum *B* ‖ corilo *V* ‖ ficu *PH* ‖ quercu] Tum: id est hieme. Stringere: amputare, concutere. Et lauri bacas oleamque: subaudi 'tum tempus stringere' id est amputare *add. R, om. Steph.* ‖ 12 Cruenta: matura. 'cruenta' autem ideo quia matura cruoris colorem imitantur *R* ‖ 15 Horatius ... habentes *om. B* ‖ doctum et] aurifunda et *add. AVH* aurifunda *add. P* ‖ 16 habentes] Tum figere dammas: sagittis in uenatione interimere *add. R, om. Steph.* ‖ 18 hispaniae *B* ‖ a balearibus insulis hispaniae *R* ‖ 18 funda] funde teretis annnix (*lege* Fundae: id est retis. Cum nix) alta iacet: id est (*adde* terram) opertam habet. Glatiem cum flumina trudunt: aut ypallage est pro 'cum flumina glaties trudit', id est constringit et arcet: aut 'trudunt' congelando effitiunt et de se emittunt *add. R, om. Steph.* ‖ 19 inclusam *vulgo* ‖ BALEARES FVNDE *V*

occupatae sunt, quia cum lapidibus fundas rotantes adversarios submoverent, insulas, quas incolebant, παρὰ τοῦ βάλλειν Baleares apellarunt.

311. QVID TEMPESTATES AVTVMNI ET S. D. verno et autumnali tempore fiunt tempestates, quando nec plena aestas est nec plena hiems: unde medium et confine utriusque temporis ex coniunctione rerum contrariarum efficit tempestates. sane sciendum, ultimas eum partes tam autumni quam veris significare, quibus sunt procellae: quod de autumno hic indicat versus 'atque ubi iam breviorque dies et mollior aestas', de vere hic 'spicea iam campis cum messis inhorruit'. deinde ait 'ruit' praecipitatur, in fine est.

313. VIGILANDA VIRIS providenda vigilanter.

314. SPICEA IAM C. C. M. I. spicos de maturis frugibus abusive dicimus: nam proprie spicus est, cum per culmi folliculum, id est extremum tumorem, aristae adhuc tenues in modum spiculi eminent. INHORRVIT intremiscit.

315. FRVMENTA LACTANTIA adhuc tenuia et lactis plena. sane Varro in libris divinarum dicit, deum esse Lactantem, qui se infundit segetibus et eas facit lactescere. et sciendum inter lactantem et lactentem hoc interesse, quod lactans est quae lac praebet, lactens cui praebetur. *STIPVLA stipulae nomine pro culmo abutitur.*

316. *INDVCERET ARVIS 'arvis' pro 'segetibus'. ET FRAGILI CVLMO id est quae iam in fragili culmo erant.* STRINGERET HORDEA secaret, ut hic ubi densas agricolae stringunt frondes.

318. VENTORVM PROELIA inter se, ut mutati transversa fremunt.

---

4 verno ... efficit tempestates] exscr. Isid. or. XIII 11, 20 ‖ 13 spicos ... eminent] exscr. Isid. or. XVII 3, 15 ‖ 18 Varro in libris divinarum] cf. Merkelii proleg. ad Ov. fast. p. 187 ‖ 20 lactans...praebetur] exscr. Isid. diff. verb. 337 ‖ 23 Stringeret secaret] cf. Non. p. 403, 1 ‖ 24 hic ubi] buc. IX 60 ‖ 25 mutati] A. V 19

---

1 fundas *scripsi*: fundae *V* ‖ 2 insulas *om. Vrs. inde* qui eas *pro* quas *vulgo* ‖ para to balin *V* ‖ 6 confinis *V* ‖ 7 aerum contrariorum *Isidorus* ‖ 8 sunt *AHR*: fiunt *PV, om. B* ‖ 9 quod] et quod *V* ‖ hic] sequens *R* ‖ 11 ruit id est praecipitatur *V* ‖ in fine est] et in hoc talis est sensus: quid dicam, quantum oporteat sollicitum et studiosum esse agricolam tempore auctumni et ueris *add. R* ‖ 12 Quae uigilanda uiris: obseruanda et meditanda, uel etiam quae aestas uigilanda est uiris et prouidenda uigilanter. Cum ruit: cum praecipue in fine est *R, om. Steph.* ‖ 13 spias *H* ‖ 16 intremiscit *PVa*: intremescit *ABH* densetur intremuit *R* ‖ 17 LACTANTIA *ABH, e reliquis libris, quos cum exemplaribus* LACTENTIA *exhibentibus contuli, nihil enotavi* ‖ sane sciendum Varronem i. l. d. rerum dicere *R* ‖ 18 deum esse *om. P* ‖ qui ... lactentem *om. P, in marg. inf. suppl. p* ‖ 19 inter lactantem et lactantem *A* (lactentem *a*) inter lactantes et lactantem *H* inter lactentes et lactantem *p* ‖ 20 quae] quia *A* ‖ 21 praebetur] Flauis: maturis *add. R* ‖ 24 secaret] amputaret secaret *R*

320. SVBLIMEM per sublime portarent erutam segetem. TVRBINE NIGRO tempestate noxia: Horatius hic niger est, hunc tu Romane caveto.

321. CVLMVMQVE LEVEM culmus est ipse calamus, stipulae vero sunt folia, quae ambiunt culmum.

322. AGMEN AQVARVM impetus, ut leni fluit agmine Thybris. est autem hoc loco ecbasis poetica ad describendam tempestatem.

324. COLLECTAE EX ALTO N. ab aquilone, qui utique de alto flat, id est a septentrione, et tempestates gravissimas facit: nam auster est humilis, ut ⟨240⟩ mundus ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces consurgit, premitur Libyae devexus in austros. RVIT ARDVVS AETHER tonitribus percrepat, ut caelique ruina.

326. CAVA FLVMINA alta: Lucanus ⟨II 422⟩ Rutubamque cavum.

327. SPIRANTIBVS in motu positis: alibi qua vada non spirant nec fracta remurmurat unda.

328. CORVSCA FVLMINA coruscantia, ut sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

331. HVMILIS PAVOR qui humiles facit, ut ⟨277⟩ pallidus Orcus.

332. AVT ATHON AVT RHODOPEN per transitum secundum Epicureos loquitur, qui dicunt fulmina non iudicio deorum, sed ex nubibus fieri: nam montes quid necesse fuerat fulminari? Athon autem mons est Graeciae, Rhodope mons Thraciae. CERAVNIA montes Epiri, a crebris dicta fulminibus.

---

2 Horatius] sat. I 4, 85 ‖ 4 culmus ... culmum] cf. Isid. or. XVII 3, 16 et 18 ‖ 6 leni] A. II 782 ‖ 13 caelique] A. I 129 ‖ 17 qua vada] A. X 291 ‖ 19 sibila] A. II 211 ‖ 26 Ceraunia ... dicta] exscr. Isid. or. XIV 8, 12

---

1 portarent ... segetem *om.* *B* ‖ 2 hic] hinc *V* ‖ turbo mane *B* ‖ 4 est] dicitur *R* ‖ 6 lenis *B* ‖ 7 est autem hic etbasis (*sic*) descriptio poetica *R* ‖ 13 perstrepit *V* concrepat *R* ‖ 14 ruina] Diluit: delet et euertit. Fossae: lacus *add.* *R*, *om.* *Steph.* ‖ 15 alta] profunda et alta *R* ‖ rutubumque *V* ‖ 17 in motu positis *om.* *P* ‖ 20 librantibus *A* bibrantibus *V* ‖ ora] Molitur: agitat et iacit. Terra tremit: terrae motus efficitur. uel 'tremit terra' tremere uidetur, et pauent hi qui terram colunt pergentes per uniuersum orbem *add.* *R* (pergentes ... orbem *om.* *Steph.*) ‖ 21 facit] reddit *R* ‖ pallidus Orcus] pallidus orcus pallidus morbus *P* pallidus morbus *ABVHR* (quia pallidos facit *add.* *B*) ‖ 23 per transitum *om.* *P* ‖ 27 dicti *PR* ‖ fulminibus] quod ibi crebro cadant *add.* *R*, *om.* *Steph.*; κεραυνὸς enim fulmen est. est autem aliud quod colorat, aliud quod transfigit, aliud quod afflat, ut est (*Aen.* II 648) 'ex quo me divum pater atque hominum rex fulminis afflavit ventis' *add.* *Fabricius*; unum enim fulmen quod colorat, aliud quod ... ventis *add.* *Steph.* ‖ *ad v.* 333 Ingeminant austri: repetunt suos flatus uenti *R*

334. NVNC LITORA PLANGIT plangere, id est resonare facit. alii legunt 'plangunt', ut sit 'nemora et litora plangunt', id est resonant.

335. CAELI MENSES id est duodecim signa, quibus menses agnoscimus. ET SIDERA SERVA vel tempestates vel planetarum motus. sciendum autem, ut diximus, de planetis quinque duos esse noxios, Martem et Saturnum; duos bonos, Iovem et Venerem; Mercurius vero talis est, qualis ille cui iungitur: unde etiam fingitur minister deorum, quod eorum obtemperat potestati. hinc est quod dicit 'in quos orbes caeli erret ignis Cyllenius', id est utrum in australem, an in septentrionalem partem inclinetur et cui planetarum cohaereat, ut qualitatem Mercurii ex illo possis agnoscere. 'Cyllenius' autem 'ignis' est stella Mercurialis, nam in Cyllene monte Arcadiae dicitur natus esse Mercurius.

336. FRIGIDA SATVRNI QVO SESE STELLA RECEPTET id est nocens, ut frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. ideo autem hoc dicit, quia Saturnus deus pluviarum est, unde etiam senex fingitur: nam senes semper novimus esse gelidos. hic autem in capricorno facit gravissimas pluvias, et praecipue in Italia: unde et Horatius ait seu tyrannus Hesperiae capricornus undae: in scorpio grandines, item in alio fulmina, in alio ventos. unde praecipit nos scire debere, in quod se signum recipiat sidus Saturni. sane perite ait 'receptet', ut ex frequentativo verbo nobis ostenderet, Saturnum bis ad unumquodque signum reverti: quod alii planetae minime faciunt; solus enim est qui et longius a sole discedat et bis ad unumquodque signum recurrat.

337. ERRET bene erret'; nam planetae vocantur ἀπὸ τῆς πλάνης, id est ab errore: nam interdum in austrum, interdum in sep-

6 sciendum autem e. q. s.] exscr. mythogr. III 9, 5 ‖ ut diximus] cf. Serv. ad Aen. X 272 ‖ 15 id est nocens e. q. s.] exscr. mythogr. III 1, 3 et 4 ‖ 16 frigidus] buc. III 93 ‖ 20 Horatius] carm. II 17, 19 ‖ 28 nam...feruntur] exscr. Isid. or. III 70, 20

1 PLANGVNT *V* ‖ plangere id est resonare *AHR*: id est resonare *BP* plangere uel resonare *V* ‖ 5 tempestatem *BV* ‖ 6 ut diximus *om. R* ‖ 9 minister] esse *add. R* ‖ quod eorum] quod deorum *V* qui deorum *a, om. H* ‖ obtemperet *V* ‖ 11 et] ut *A* aut *R* ‖ 12 Cyllenius autem ignis propterea stella mercurialis dicitur quia *R* Cyllenius autem ignis propter stellam Mercurialem dicitur quia *Stephanus* ‖ 13 cyllene *H* cillene *B* cyllenae *V*: cylle *A* cylleno *PR* ‖ 15 RECEPTAT *AB* (*corr. a*) ‖ 18 unde... fingitur] unde pruinis senex dicitur et fingitur *B* unde etiam primis senex fingitur *V* (primus *pro* primis *Guelferb. I, ut videtur*) ‖ esse *om. APH* (*add. a*) ‖ 20 tyrannicis *PH* tyrannicus *R* ‖ experiae *V* ‖ capri cornu *A* ‖ 21 et in scorpio *A* in scorpione *R* ut in Scorpio *vulgo* ‖ 25 alibi *A* aliiae *B* aliae *V* ‖ 27 Quos ignis caeli cyllenius erret in orbes: ordo est 'in quos orbes caeli erret cyllenius ignis'. et bene *c. q. s. R* ‖ ΕΠΛΑΝΗϹ *A* ΠΛΑΝΝϹ *V* ΛΑΝΗϹ *H* ΠΛΑΝΕϹ *R*

tentrionem, plerumque contra mundum, nonnumquam cum mundo feruntur.

338. IN PRIMIS VENERARE DEOS post haec cognita da praecipue operam sacrificiis, quibus tempestates et pluviae possint repelli. et mire hoc statim subiunxit, quia occurrebat: quid prodest tempestates futuras videre? et bene 'in primis', id est praecipue, ante omnia: nam alia neglecta possunt habere emendationem, tempestas adveniens, nisi ante provideris, universa subvertit.

339. ANNVA anniversaria, magna: sic in Aeneide ⟨VIII 173⟩ annua quae differre nefas. OPERATVS IN H. aut dans operam conviviis: aut cum opera cuncta compleveris.

340. *EXTREMAE SVB CASVM pro 'occasum', id est finem.*

341. MOLLISSIMA VINA defaecata, asperitate carentia.

343. CVNCTA TIBI in honorem tuum, in tuam gratiam.

344. CVI TV LACTE FAVOS ET MITI DILVE BACCHO cui tu liba de lacte, melle, vino. nam superfluum est quod quidam dicunt, contra religionem dixisse Vergilium, licere Cereri de vino sacrificari: pontificales namque hoc non vetant libri. quod autem ait Plautus *in Aulularia* ⟨II 6,5⟩, cuius illi utuntur exemplo, Cererin nuptias facturi estis, qui sine temeto huc advenitis? non est huic loco contrarium: nam aliud est sacrum, aliud nuptias Ceceri celebrare, in quibus re vera vinum adhiberi nefas fuerat, quae Orci nuptiae dicebantur, quas praesentia sua pontifices ingenti sollemnitate celebrabant. alii hunc locum aliter accipiunt, ut 'miti Baccho' non sit septimus, sed dativus et duo numina intellegamus,

10 Operatus ... conviviis] cf. Non. p. 523, 8 | 16 nam superfluum est e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 11, 1 sq. et 9 sq.

1 intra *H* | 6 et bene] ait *add. R* | 7 alia] omnia *V* | tempestas] uero *add. V* | 8 prouideris *PV*: p̱uideris (p̱ = *pro*, p̄ = *prae*) *B* prouideris *ex* praeuideris *H* praeuideris *AR* | subuertet *Va* | 9 magna *om. P* | 10 nefas] et ambaruale (aruambale *R*) sacrificium dicitur *add. R* | 11 cum] postquam *R* | cuncta] tua *R* | compleuerit *V* | 12 *ad v.* 340 *sq.* Extremae sub casum hiemis: circa finem hiemis, antequam uer incipiat. Iam uere sereno: uer pluuiale tempus est, sed circa finem incipit esse serenum. dicit ergo 'uere sereno' ut sit iam tunc et uer et serenum. Tunc pingues agni: subaudi 'sunt', qui aut epulis aut sacrificiis sint apti *R* | 13 Mollissima uina: purissima, carentia asperitate, defaecata *R* | *ad v.* 342 Densae in montibus umbrae: quia tunc incipiunt arbores frondescere *R* | 14 et in tuam *R* | gratiam] Cuncta pubes: omnes qui ad te pertinent. Cui: id est cereri *add. R, om. Steph.* | 16 melle et uino *R* | vino] fac *add. V* | nam superfluum est] nam non dicit fauos uino aut lacte lauandos, sed ut haec tria ei debeant libari praecipit. et superfluum est *R* (nam ... et *om. Steph.*) | 17 licere] dicere *V* | de uno (*sic*) cereri *P* | 18 quod ... exemplo] dicentes utuntur exemplo plauti *B* | 19 illi] *om. A*, ipsi *R* | cererin *PH*: cereri *ABVR* | 20 aduenistis *BR*. Cereri ne nuptias facturi estis? Qui? Quia temeti nihil allatum intelligo *vulgo* | 21 sacrificium *R* | 22 nefas erat *R* | 23 Orci] orein *B* | sui *PHR* | 25 septimus] ablatiuus *B*, casus *add. vulgo* | sed *om. H* | duo *om. H* | nomina *libri* | intellegimus *R*

Liberi et Cereris — nam supra quoque ait 'in primis venerare deos': ut sit sensus, cui Cereri et miti Baccho, *id est Libero patri*, favos lacte dilue, id est eis sacrifica melle et lacte permixtis.

345. FELIX HOSTIA id est fecunda. dicit autem ambarvale sacrificium, quod de porca et saepe fecunda et gravida fieri consueverat.

346. OMNIS QVAM CHORVS 'chorus' proprie est coaevorum cantus atque saltatio.

347. CEREREM C. V. I. T. invocent copiam frumentorum.

348. TORTA REDIMITVS TEMPORA QVERCV id est habens in memoriam victum priorem, a quo Cereris revocatus est benignitate: nam olim homines glandibus vescebantur.

350. MOTVS INCOMPOSITOS id est saltationem aptam religioni, nec ex ulla arte venientem: Sallustius saltare elegantius, quam necesse est probae. CARMINA DICAT hymnos.

353. MENSTRVA LVNA unde et μήνη dicitur.

354. CADERENT AVSTRI desinerent venti. etiam ex hoc loco prognostica sunt translata de Arato, pauca de multis.

356. VENTIS SVRGENTIBVS flare incipientibus: unde est e contrario cum venti posuere, id est flare desierunt. AVT FRETA PONTI litora pelagi, quae feriuntur fluctibus. duo autem dicit na-

---

14 Sallustius] Cat. 25, 2 ‖ 20 cum venti] A. VII 27

---

1 libri *A* (*corr. a*) ‖ 3 permixtis] 'miti' autem suaui dixit *add. R, om. Steph.* ‖ 4 et dicit *R* ‖ arbambale *A* aruambale *PVHa* auruale *B* aruabale *R* ‖ 5 quod saepe de porca fecunda et grauida fiebat, siue felicem dicit cuius sacrificio et immolatione fecunditas agrorum merebatur *R* ‖ 9 inuocant *B* inuocent dari *R* ‖ frumentorum] Neque ante falcem m. q. s. a.: id est non ante segetes metere incipiat *add. R, om. Steph.* ‖ 10 in memoria *V, sed cf. Draeger Synt.* I[1] *p.* 617 ‖ 11 dictum *V* ‖ a quo cereris reuocant benignitatem *B* ‖ 12 vescebantur] quas quercus profert. sed hunc uictum reliquerunt inuento a cerere frumento *add. R, om. Steph.* ‖ 13 salutationem *H* ‖ 14 illa *P* ‖ arte *om. B* ‖ salutare *H* ‖ eligantius *P* ‖ 15 probe *VR* probate *H*. Incompositos: informes *add. R, om. Steph.* ‖ *ad v.* 352 *sq.* Aestus: calida et serena tempora. Pluuias: tempora quibus pluuiae inundant. Agentes frigora: efficientes. Menstrua luna: per singulos menses et crescens et decrescens et mensium subiacens diebus. Vnde et mene dicitur, quod moneret, quid possem in eius uarietate cognoscere *R, om. Steph.* ‖ 16 *μήνη vulgo*: mena *A* mene *BPVH*. *de Mena dea cf. Aug. d. c. d.* VII 2 ‖ 17 AVSTRI id est uenti. CADERENT id est desinerent *B* ‖ etiam ex hoc loco *ABPVH*: etiam et hoc loco *R*. et hoc etiam loco *Masvicius* etiam hoc loco *Lion; sed iunge 'etiam ex hoc loco prognostica', id est 'prognostica hoc loco commemorata'* ‖ 18 translata *om. A* ‖ pauca] et pauca *BR* ‖ de multis] Quid saepe uidentes agricolae: quid sit illud quod uidentes agricolae propius stabulis armenta tenerent, scilicet propter repentinos casus tempestatis aut grandinis uel terrae motus aliorumque periculorum. et dicit quid uidentes agricolae possint haec uentura praescire *add. R, om. Steph.* Propius stabulis armenta tenerent scilicet . . . praescire *edidit Fabricius* ‖ 19 flare *om. A* ‖ 20 desierunt] incipientibus *V* ‖ 21 pelagi] ponti *B*

turalia: futura enim tempestate et ante ventum fluctus movetur, et fragor auditur e silvis arcana quadam ratione naturae.

357. ARIDVS FRAGOR sonitus, qualis solet fieri ex aridis cum franguntur arboribus. ergo 'aridus' nimius: omne enim quod aridum est, cum frangi coeperit, nimium efficit sonum. fragor etiam a fractarum rerum nominatus est sonitu.

358. AVT RESONANTIA LONGE L. M. τὸ αὐτὸ, id est idem bis dixit. 'misceri' autem perturbari, ut miscet agens telis.

360. IAM SIBI TVM C. M. T. V. C. scias, inquit, iam in pelago esse gravissimam tempestatem, cum ad litora mergi confugiunt. poetice autem ait 'iam sibi tum unda male temperat curvis carinis', id est sibi non parcit, sed crescit in perniciem suam: nam in carinam scindenda consurgit.

362. CLAMOREMQVE FERVNT id est si cum clamore revertuntur: nam plerumque plura dicit signa, e quibus unum non sufficit, sed omnia sunt animadvertenda, ut ⟨388⟩ cum cornix plena pluviam vocat inproba voce et sola in sicca secum spatiatur harena.

363. MARINAE FVLICAE ad discretionem fluvialium.

364. ARDEA ardea dicta quasi ardua: quae cum altius volaverit, significat tempestatem: Lucanus ⟨V 553⟩ quodque signum ausa volare ardea.

366. PRAECIPITES CAELO LABI sequitur vulgi opinionem: non

---

4 aridus nimius] cf. Non. p. 245, 3 ‖ 5 fragor . . . sonitu] exscr. Isid. or. XII 11, 21 ‖ 8 miscet] A. I 191 ‖ 9 scias . . . confugiunt] exscr. Isid. or. XII 7, 54 ‖ 20 ardea e. q. s.] exscr. Isid. or. XII 7, 21

---

1 mouentur *BV* ‖ 2 naturae] Tumescere: undas in modum montium efficere *add. R, om. Steph. et Fabricius* ‖ 3 sonitus . . . ergo 'aridus' *om. R* ‖ 5 sonum] Montibus: de montibus. Fragor: sonus qualis fit ex aridis cum franguntur arboribus *add. R* ‖ 7 τὸ αὐτὸ] taytologia *B* τολατο *V* τοαιτο *H* δὶς τὸ αὐτὸ *vulgo* ‖ 8 dixit] nam hoc quod nunc dicit iam supra dixerat 'cum freta ponti incipiunt agitata tumescere' *add. R, om. Steph. et Fabr.* ‖ telis] Increbrescere murmur: saepe et crebros fieri sonitus *add. R, edidit Fabricius* ‖ 9 iam *om. B* ‖ 11 temperat] comparat ṭạ *A* ‖ a carinis *BV* ‖ 13 scindenda *Masvicius*: scindendam *libri* ‖ *ad v.* 360 Iam sibi tum curuis male temperat unda carinis: poetice dixit . . . consurgit et nauigantium perniciem. 'Temperat' autem absolute posuit, aut certe subauditur male temperat se ipsam sibi. Cum medio celeres reuolant ex aequore mergi: scias inquit . . . confugiunt. mergi autem sunt quos nonnulli coruos aquaticos uocant *R, edidit Fabricius* ‖ 15 et quibus *A* ‖ 16 sed] si *A* ‖ animo aduertenda *V* ‖ cum *BPVHR*: eum *A* tum *a, ut Vergilius* ‖ 19 fluvialium] fulicae autem sunt aues aquaticae anatibus paulo minores, sed corporis forma consimiles *add. R, edidit Fabricius* ‖ 20 Ardea: ardea genus est auis et ardea dicta *R* ‖ 21 Lucanus: aut siccum quod mergus amat quodque ausa volare ardea sublimis pennae confisa natanti *vulgo* ‖ 22 ardea] Ardea autem et civitas est et silua et auis. Vento inpendente: cito futuro et inminente *add. R, om. Fabricius*

enim omnia prudenter a poeta dicenda sunt. quod autem videmus e caelo stellas quasi labi, ἀπόῤῥοιαι sunt ignis aetherii, quae fiunt cum vehementior ventus altiora conscenderit et trahere exinde aliquas particulas coeperit, quae simulant casum stellarum. nam stellae cadere non possunt: quarum natura est, ut stent semper, unde et stellae vocantur. sane sciendum est, *ut ait Aratus* ⟨925⟩, ab illa parte ventum flaturum, in quam ignis ille ceciderit.

369. CONLVDERE PLVMAS moveri: Terentius congrum istum maximum in aqua sinito ludere, id est moveri; Vergilius ludere pendentes pueros.

370. AT BOREAE DE PARTE T. C. F. ET C. E. Z. T. D. hoc vult dicere: ubique ingentes efficit pluvias ab istis ventis mota tempestas.

373. NVMQVAM INPRVDENTIBVS I. O. alii 'in' vacare volunt, alii augendi habere significationem, ut sit, numquam imber obfuit valde prudentibus: quae res non valde sunt idoneae. unde melius est ita intellegere: numquam imber obfuit non ante provisus, tam sui clara dat signa: ut 'inprudentibus' ignaris accipiamus. nam hoc dicit: numquam nescienti nocet imber, quia se designat ante venturum. et scimus leviora esse mala, quae ex opinione contingunt.

375. AERIAE GRVES aut aerii coloris, aut altum volantes. dicit autem grues de vallibus fugere, non pluviam de vallibus surgere. (*AVT BVCVLA CAELVM*) *SVSPICIENS PATVLIS* (*C. N. A.*) *hic locus de Varrone est; ille enim sic:*

---

1 quod autem videmus e. q. s.] cf. Isid. or. III 70,3 ‖ 8 Terentius] Adelph. III 3, 23 ‖ 9 Vergilius] A. VIII 632 ‖ 23 de Varrone] cf. Baehrens fragm. poet. Rom. p. 336; Bergk mus. Rhen. I p. 372 sqq.

---

2 ἀπόῤῥοιαι . . . aetherii *om. R* ‖ ΑΝΟΡΡΟΙΑΙ *A* poli *B* ΑΝΟΡΟΙΑΙ *V* ΠΟΡΡΟΙΑΙ *H* ‖ sint *B* ‖ ignes *V* ‖ aetherei *B* ‖ qui fiunt *A V*. hoc fit ex igne aetheris *R* ‖ 3 ad altiora *V* ‖ 4 casus *B* ‖ 5 nature *A* (natura est *a*) naturae est *R* ‖ 7 ille *om. P* ‖ ceciderit] Saepe leuem paleam et frondes uolitare caducas: dat aliud signum, quod fit quando futuro uentorum motu * (*sex fere litterae evanuerunt; sponte Fabricius edidit*) sua leuis palea uolitat et frondes arborum minores et leuiores. Nantes: natantes *add. R* ‖ 8 moveri] id est commoueri *B* ‖ 9 uergilius *A* (uirgilius *a*) ‖ 10 pueros] dicit etiam cum plumae in aquis natare et moueri uidentur signum esse futurorum uentorum *add. R, om. Fabricius* ‖ 11 *ad v.* 370 *sqq.* Boreae: uenti aquilonalis. Cum fulminat: flatus efficitur. Eurique zephyrique tonat domus: his uersibus hoc uult dicere, ubique grauissimas et ingentes efficere pluuias tempestatem ab his motam uentis. Tonat: nimis et alte sonat. Omnia plenis rura natant fossis: operiuntur terrae aquis et fossae ubicumque fuerint implentur. et est hic metafora: dicit enim natare rura, cum terra inmobilis sit. Vmida uela legit: omittit nauigationem propter uentos. Legit: id est colligit (*cf. Non. p.* 332, 3) *R* ‖ 14 offuit *et hic et infra B P V* ‖ 15 valde] satis *R* ‖ 16 non *om. V H, sed 'non ante provisus' est, qui non sit ante provisus* ‖ 18 venturum] ita ut paene nullus sit, qui non eius aduentum et casum prius scire possit: unde nec nocere possit nescientibus, quia quotiens nocet ante potest praesciri *add. R, om. Fabricius* ‖ 19 contingunt] Offuit: nocuit. Illum *add. R, qui in his vocibus desinit* ‖ 21 autem *om. V* ‖ 23 AVT BVCVLA . . . OVA *ediderunt Stephanus et Fabricius*

tum liceat pelagi volucres tardaeque paludis
cernere inexpletas studio certare lavandi
et velut insolitum pennis infundere rorem:
aut arguta lacus circumvolitavit hirundo,
et bos suspiciens caelum — mirabile visu —
naribus aerium patulis decerpsit odorem,
nec tenuis formica cavis non evehit ova.

378. ET VETEREM IN LIMO RANAE CECINERE QVERELLAM fabula duplex est: nam ut Ovidius dicit, Ceres cum Proserpinam quaereret, ad relevandam sitim accessit ad quendam fontem. tunc eam Lycii rustici a potu prohibere coeperunt: et conturbantes pedibus fontem cum contra eam emitterent turpem naribus sonum, illa irata eos convertit in ranas, quae nunc quoque ad illius soni imitationem coaxant. sed hoc non est valde aptum: nam illa magis insultatio fuerat, quam querella, et poenam sacrilegii iuste pertulerant. unde magis Aesopus est sequendus, qui hoc dicit: cum Iuppiter reges omnibus animalibus daret et ranis dedisset colendum brevissimum lignum, illae questae et aspernatae sunt. tunc eis hydrum iratus Iuppiter dedit, qui vescitur ranis.

380. BIBIT INGENS ARCVS sequitur vulgi iterum opinionem.

382. CORVORVM EXERCITVS multitudo.

383. IAM VARIAS PELAGI VOLVCRES ET QVAE ASIA CIRCVM DVLCIBVS I. S. R. P. C. haec est vera lectio, et sensus talis est: iam varias pelagi volucres et eas, quae circum Asia prata rimantur in dulcibus stagnis Caystri, videas certatim largos umeris infundere rores et cetera. nam si 'iam variae' legeris, sensus nulla ratione procedit. Caystrus autem fluvius est, Asia vero palus, unde fecit 'prata Asia'. et de palude Asia 'A' longa est; nam de provincia corripit

9 Ceres ... coaxant] exscr. mythogr. II 95. cf. mythogr. I 10

1 pelago *V* ‖ tardeque paludes *V* ‖ 2 inexpleto *vulgo* ‖ ludendi *V*. *an* luendi? ‖ 4 circumuolitavi *V* ‖ 5 uos *V* ‖ miserabile *Lion* ‖ 7 tenues *V* ‖ ova] eodem modo Aratus (*v.* 941) *πολλάκι λιμναῖαι ἢ εἰνάλιαι ὄρνιθες ἄπλητον κλύζονται ἐνιέμεναι ὑδάτεσσιν, ἢ λίμνην πέρι δηθὰ χελιδόνες ἀΐσσονται.* (*v.* 953) *Καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος ἐνδίοιο οὐρανὸν εἰσανιδόντες ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο· καὶ κοίλης μύρμηκες ὀχῆς ἔξ ὤεα πάντα θᾶσσον ἀνηνέγκαντο*: nam et Varro et Virgilius Aratum secuti sunt *add. Fabricius* ‖ 9 et *AP* (ut *p*) ‖ 12 emitterent] cęperunt emittere *V* ‖ turpem *om. A* ‖ e naribus *in ras. a* ‖ 18 aspernatae sunt] eius regnum et ni fallor baculum *add. V* ‖ 20 opinionem] E pastu decedens agmine magno: dicit etiam corvos propter futuram inundationem a pastu fugere. Increpuit: insonuit *add. Fabricius* ‖ 27 canistros *A* caustrus *B* caistrus *VHa* ‖ fluvius est] asiae *add. B, fortasse recte,* Asiae fluuius est *vulgo* ‖ unde ... Asia] unde fecit per derivationem possessivum, quod possessivum quantum ad litteram simile est primitivo suo: nam de provincia 'prata Asiatica' diceret, non 'Asia prata' *Fabricius* ‖ 28 Asia *om. V* ‖ A *om. AB* ‖ longa est] producitur *B* ‖ corripitur *vulgo*

'A', ut Europa atque Asia pulsus. et est Homericus versus Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

384. RIMANTVR PRATA pascuntur in pratis, cibum per terrae rimas requirentes: nam rimari hinc tractum est a porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarum.

387. ET STVDIO INCASSVM GESTIRE LAVANDI 'gestire' laetitiam suam corporis habitu significare: nam ut homines verbis laetitiam suam exprimunt, ita aves corporis gesticulatione. 'incassum' autem ideo ait, quia plumarum compositio aquam minime admittit ad corpus.

388. PLENA VOCE rauca, contra naturam suam. et VOCAT poetice ait; non enim vocat, sed denuntiat pluviam. et notandum, cornicem et rauca voce et solam pluviam praedicere, corvos vero et plures et voce tenui ac purissima, contra naturam suam, ut ⟨410⟩ tum liquidas corvi presso ter gutture voces.

391. TESTA CVM ARDENTE propter vilitatem lucernam noluit dicere, nec iterum lychnum, sicut in heroo carmine, ut dependent lychni: medius enim in his libris est stilus, sicut diximus supra.

392. PVTRES CONCRESCERE FVNGOS nam ut dicit Plinius, cum aer umidus esse coeperit, favilla, quae cum fumo solet egredi, prohibita aeris crassitate in lucernis residet et quasdam velut fungorum imitatur imagines.

393. NEC MINVS EX IMBRI SOLES id est serenitates. et versa vice dat prognostica, quibus agnoscamus ex tempestatibus caelo serenitatem futuram. ET APERTA SERENA aer enim densetur nubilo

---

1 Europa] A. I 385 ‖ Homericus versus] Il. II 461 ‖ 3 pascuntur ... terrarum] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. VII 761 ‖ 6 gestire ... gesticulatione] cf. Don. ad Ter. Eun III 5, 7; Non. p. 32, 27 et 317, 8 ‖ 12 et notandum e. q. s.] cf. Isid. or. XII 7, 44 ‖ 17 dependent] A. I 726 ‖ 19 Plinius] n. h. XVIII § 357 sq.

---

2 ACIA en AIMωNI KAYCTPOY AMФI PEEPA *A* ACIωN AINωNI KAYCTPIω AMФI PE ETRA *B* ACIωON AIMOHI KAICTPOI AMФI PEEEPA *P* ΛCIωON ΛIMOHI KΛICTPOI AMФI PEEEPA *H* ACω NAINONI KAICTPIA AMФI PITPA *V* ‖ 5 terrarum] Humeris infundere rores: perfundere humeros largis aquis et quasi se irrigare. Nunc caput obiectare fretis: mergere sub aquis caput. Currere in undas: se in aquam mittere et natare *add. Fabricius* ‖ 6 VELANDI *A, corr. a* ‖ 7 significare] est *add. V* ‖ 13 sola *V* ‖ pluviam *om. V, supr. vers. add. eadem, ut videtur, manus* ‖ praedicare *P* ‖ corvos vero] serenum *additur vulgo, fortasse recte* ‖ 14 purissima] paucissima *supr. vers. b* ‖ 15 cum *AB* ‖ voces] altius autem cornices aliis avibus sonant; sed cum pluviam denuntiant, tenues formant voces. Spatiatur: discurrit. Nec nocturna quidem: dicit nec puellas quidem carpentes lanas nocte ignorare venturam tempestatem, si sciant hoc quod nunc dicit. Pensa: lana quae ad pensum datur puellis intra constitutos dies paranda *add. Fabr.* ‖ 24 agnoscimus *B* ‖ tempestatibus *F. Schoell*: tempestatiua *A* tempestatiuo *Va* tempestiuo *BPH schol. Bern. et comment. Leidens.* tempestuoso *vulgo*

et rarescit sereno, ut ⟨419⟩ densat erant quae rara modo et quae densa relaxat.

396. NEC FRATRIS RADIIS O. S. L. 'obtusa' subaudis a superioribus; nam hoc dicit: nec luna videtur obtusa, quae est radiis solis obnoxia: nam, ut dicunt physici, ab eo accipit lumen.

397. TENVIA proceleumaticus est pro dactylo: quam rem quotienscumque facit Vergilius, servat locum synizesi, ut 'tenuia', item genua labant. *nubes tenues pro velleribus accipiendae.*

399. DILECTAE THETIDI ALCYONES Ceyx, filius Luciferi, habuit uxorem Alcyonen. a qua cum prohibitus isset ad consulendum Apollinem de statu regni sui, naufragio periit. cuius corpus cum ad uxorem delatum fuisset, illa se praecipitavit in pelagus. postea miseratione Thetidis et Luciferi conversi sunt ambo in aves marinas, quae alcyones vocantur. sane sciendum est, quia, cum de muliere dicimus, 'haec Alcyone' facit; cum de avibus, 'hic' et 'haec alcyon' et 'hi' et 'hae alcyones'. istae autem aves nidos faciunt in mari media hieme: quibus diebus tanta est tranquillitas, ut penitus nihil in mari possit moveri. inde etiam dies ipsi Alcyonia nominantur. NON ORE SOLVTOS scilicet 'maniplos'. alii 'soluto ore' accipiunt, id est nimium patenti.

400. INMVNDI autem luto gaudentes: Horatius et amica luto sus.

401. MAGIS IMA PETVNT id est deprimuntur ad valles.

403. NEQVIQVAM SEROS EXERCET NOCTVA C. id est non. 'noctua' autem avis est lucifuga, quae significat pluviam si cecinerit post solis occasum. de hac autem talis est fabula. Nyctimone postquam cum patre concubuit et agnovit facinus esse, in silvis se abdidit et lucem refugit, ubi deorum voluntate conversa est in avem, quae pro tanto facinore omnibus avibus est admirationi.

---

8 genua] A. V 431 ‖ 9 Ceyx ... nominantur] exscr. Luct Plac. ad Stat. Theb. IX 361; mythogr. I 9; II 175 ‖ 21 Horatius] epist. I 2, 26 ‖ 26 Nyctimene ... admirationi] exscr. mythogr. I 98. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. III 507 et mythogr. II 39

---

4 nec] tantum *add. V,* tamen *additur vulgo* ‖ 7 syneresi *V* ‖ 10 alcionen *A* altionen *H* alcionē *BV* alchionē *P* ‖ isset] esset et isset *V* esset *H* ‖ 12 uxorem] alcior *add. A,* altion *H* Alcionem *a et mythographi* ‖ 14 alciones *BPV* altiones *AH* ‖ 15 alcyone *A*: alcione *BH* alchione *P* alciones *V* ‖ hic et haec alcyone et hi et he alcyones *A* hic et haec alchiones et hi et hae alciones *P* hic et haec altiones et hi et hae altiones *H* hiç et hae alciones *B* hic et haec alciones *V* ‖ 17 diebus *om. A* ‖ 18 alcyonia *AV mythogr.* I: alchionia *P* alcionia *H* alcyonii *Ba. cf. Plin. n. h.* X § 90 ‖ 23 reprimuntur *V* ‖ 24 NEQVAQVAM *V* ‖ 26 nyctimone *B*: nictimone *APH* nictymone *V* ‖ 27 esse *om. A* ‖ se in silvis abdidit *A et mythogr.,* se *om. P* ‖ 28 uoluntatem *A* (per deorum uoluntatem *a*) ‖ 29 abominationi *coni. Dorvillius*

NEQVIQVAM non: Persius 〈II 51〉 nequiquam fundo suspiret nummus in imo, item Vergilius et summo clipei nequiquam umbone pependit.

404. SVBLIMIS IN AERE NISVS Nisus rex Megarensium, pater Scyllae, de quo plenius in bucolicis 〈VI 74〉 diximus.

414. PROGENIEM PARVAM D. Q. R. N. de corvis Plinius in naturali historia hoc dicit, eos esse obliviosos et plerumque minime ad nidos suos reverti; sed quadam ratione naturae haec ad suos congerunt nidos, quae vermes possint creare, ex quibus relicti eorum pulli aluntur interdum. horum oblivionem probat etiam ex rebus, quas cum absconderint, derelinquunt: quod etiam mustelae dicuntur efficere.

415. HAVD EQVIDEM CREDO proponit sibi quaestionem acerrimam et de intima philosophia, quam tamen tota facilitate dissolvit. nam quaerit, cur homines, quos constat esse prudentiores animalibus, per se non sentiant qualitatem aeris futuri, sed eam magis ex aliis animalibus colligant. et hoc dicit: homines prudentiam habere naturalem et suo iudicio posse vel laetos esse vel tristes: quae res in haec animalia cadere minime possunt, quae nihil suum habent, sed naturam aeris sequuntur et pro eius qualitate aut laeta videntur aut tristia, nec praedicere aeris naturam videntur, sed eam vel prosperam vel adversam advenientem sequuntur. nos vero et laeti esse inter nubila possumus et in serenitate solliciti.

416. AVT RERVM FATO PRVDENTIA MAIOR id est non est illis divinitus concessum ingenium, nec prudentia, quae est maior rerum fato: alibi 〈II 491〉 metus omnis et inexorabile fatum subiecit pedibus strepitumque Acherontis avari.

---

2 et summo] A. II 546

---

4 Nisus *om. AP* ‖ Megarensium] in avem mutatus *add. Fabricius* (pater Scyllae *om. idem*) ‖ 5 *ad v.* 405 *sqq.* Poenas dat: adversante sibi patre. Scylla eiusdem Nisi filia, quae patri suo abscissam comam purpuream Minoi obtulit contra patrem pugnanti et inde in avem conversa est: quas aves dicit nunc discordes nimis esse inter se. Illa: id est Scylla. Fugiens: patrem scilicet. Aethera: aerem. Atrox: crudelis et immitis. Stridore: sonitu alarum. Nisus: avis *add. Stephanus et Fabricius, nisi quod* Illa: i. e. Scylla *et* Nisus: avis *Stephanus omisit* ‖ 6 TVM LIQVIDAS CORVI PRESSO TER GVTTVRE VOCES etc. Plinius in naturali historia dicit corvos esse obliviosos *vulgo* ‖ 7 sed *A* (et *a*) ‖ 10 eorum *V* ‖ 11 relinqunt *B* ‖ 12 efficere] reficere *H.* et mures. Ingeminant: repetunt voces praeter consuetudinem, laeti ex ventura propinquitate serenitatis. Iuvat: delectat *add. Fabricius* ‖ 14 totam *vulgo* ‖ 16 futuram *vulgo* ‖ 19 possit *Fabricius* ‖ 20 habent sed *ego*: habentes *libri* habentia *vulgo* habent et *coni. Lion* secuntur *P* ‖ et] aut *B* ‖ aut *ante* laeta *om. BV* ‖ 21 praedicare *P* ‖ 22 uenientem *BV* ‖ sequantur *V* ‖ 27 *ad v.* 418 Mutavere vias: dicit, quia animalia et aves animos cum caeli et aeris qualitate commutant, ut quae serenitate gaudent tempestate turbentur *Fabricius*

418. IVPPITER VMIDVS aer, ut manet sub Iove frigido venator.

422. CONCENTVS mixtus cantus, id est symphonia.

423. LAETAE PECVDES aeris serenitate gaudentes.

424. SOLEM AD RAPIDVM velocem. et notandum, haec signa magis fida et subtiliora esse, quae ex luna vel sole colligimus.

425. LVNASQVE SEQVENTES ORDINE RESPICIES non 'ordine respicies', sed 'ordine', id est rationabiliter, 'solem sequentes': luna enim solis circulum sequitur, licet ipsa inferior sit. Donatus dicit, 'lunas' noctes accipiendas; sed male: non enim signa, quae dicturus est, ex nocte, sed ex luna colligimus.

426. NVMQVAM TE CRASTINA FALLET HORA hyperbole est: ne hora quidem te decipiet. NEQVE INSIDIIS NOCTIS CAPIERE SERENAE decipiere: nam aphaeresis est. et plerumque scimus nos decipi serenitate.

428. *COMPRENDERIT concluserit.*

429. AGRICOLIS PELAGOQVE P. I. si non habuerit pura cornua et intra eam nigrum aerem videris, erit ubique pluvia: sic supra ⟨371⟩ omnia plenis rura natant fossis atque omnis navita ponto (umida vela legit.)

430. VIRGINEVM SVFFVDERIT O. R. forinsecus habuerit: nam de interiore parte 'infuderit' diceret.

431. AVREA PHOEBE pulchra, ut at non Venus aurea contra. 'Phoebe' autem venit ab eo quod est 'Phoebus'. et sciendum, propria nomina femininum ex se tantum, non etiam neutrum facere, ut 'Phoebus Phoebe', 'Iulius Iulia', 'Tullius Tullia', non ut appellativum 'doctus docta doctum'.

432. SIN ORTV QVARTO N. Q. I. C A. Aratus tertiam dicit ani-

1 manet] Hor. carm. I 1, 25 ‖ 23 at non] A. X 16 ‖ 28 Aratus] v. 782 sqq.

1 HVMIDVS *B V* ‖ ut Horatius *vulgo* ‖ 2 venator] i. e. aere *add. Fabricius* ‖ *ad v.* 420 *sq.* Vertuntur species animorum: species animorum mutantur, aut laetitia in tristitiam, aut tristitia in laetitiam. Nunc: id est in serenitate. Dum nubila ventus agebat: dum essent imbres et pluviae *Fabr.* ‖ 3 commistus *vulgo* ‖ 7 non...respicies *om. B V* ‖ ordine *ego*: ordinem *A P H* ‖ respiciens *A* respiciens *H* ‖ 11 colligimus] ergo 'lunas' poetice dixit pluraliter pro varietate eius luminis et augmenti et temporum *add. Fabr.* ‖ 12 NVMQVAM TE *om. libri* ‖ yperbole *libri* ‖ 13 recipiat *P* ‖ 14 nam...serenitate] et est ἀφαίρεσις: etiamsi sit serena nox et futura immineat tempestas, non tamen te poterit noctis serenitas decipere, quin possis praevidere futuros imbres ex lunae qualitate revertentes *Fabricius* ‖ 15 *ad v.* 427 *sq.* Cum primum colligit ignes: cum incipit renasci. Obscuro cornu: non clare lucenti *Stephanus et Fabricius* ‖ 16 COMPREHENDERIT *V* ‖ 21 si forinsecus habuerit ruborem *vulgo* ‖ 23 pulchra *om. A* ‖ 24 PHOEBE id est luna. venit autem *Stephanus* ‖ 25 quaedam propria nomina *vulgo* ‖ 28 SI IN *B* ‖ tertiam dicit] autem dicit *A* etiam dit *H* ‖ animadvertendam esse *vulgo*

madvertendam lunam, hic quartam, non illud improbans, sed hoc magis probans: nam ad hoc pertinet 'namque is certissimus auctor'.

435. EXACTVM AD MENSEM usque ad mensis ultimam partem: unde et exacti menses dicuntur, qui circa partum sunt: ipse in sequentibus ⟨III 139⟩ exactis gravidae cum mensibus errant.

437. GLAVCO hic piscator fuit de Anthedone civitate. qui cum captos pisces super herbam posuisset in litore et illi recepto spiritu maria rursus petissent, sensit quandam herbarum potentiam, quibus esis conversus est in numen marinum. Panopea autem nympha est marina. INOO MELICERTAE patronymicon est a matre Ino. sane Ino et Melicerta postquam sunt in numina commutati, graece Palaemon et Leucothea sunt appellati, latine Portunus et Mater Matuta.

442. CONDITVS IN NVBEM id est si orbis eius quasi concavus fuerit: quod ipse exprimit dicens 'medioque refugerit orbe'.

444. SINISTER noxius.

448. MALE DEFENDET non defendet: nam decussis pampinis etiam uva vim grandinis patitur.

451. PROFVERIT MEMINISSE MAGIS ideo 'magis', quia a sole venientia vespertina signa meliora sunt.

453. CAERVLEVS PLVVIAM D. breviter collecta conclusio.

---

6 hic piscator ... marinum] exscr. mythogr. I 99. cf. II 168

---

1 sed *om. A* ‖ 2 *ad v.* 433 Obtusis cornibus: verba Arati sunt (785) παχίων δὲ καὶ ἀμβλείῃσι κεραίαις *Fabricius* ‖ 4 et *om. B V* ‖ 6 antedona *B* antenode *V* ‖ 7 illic *A* ‖ 8 quarundam *vulgo* ‖ 10 INOO autem *vulgo* ‖ patronymicon *A*: patronomicon *BPH* patronomicum *V* ‖ 11 Ino *BPH*: inos *AV* inous *a.* Melicerta proprium numinis *add. Stephanus* ‖ Melicerta] filius *additur vulgo* ‖ 12 leucotea *AVH* leocothea *B* leuchotea *P* ‖ 13 Matuta] matura *A* id est aurora *supr. vers. b.* his ergo numinibus dicit mox sacrificaturos nautas in litore eis diebus, quibus praedicta serenitas affuerit, eo quod sint in mari servati *add. Steph. et Fabricius* ‖ *ad v.* 438–441 Sol quoque et exoriens et cum se condet in undas: dicitur enim occidens sol se in mare tinguere. Signa dabit: pluviarum vel serenitatis. Certissima signa: de quibus nemini sit necesse dubitare. Et quae mane refert: ortu diei. Surgentibus astris: superveniente nocte. Maculis variaverit ortum: non clara et pura luce resplendens in ortu suo *Steph. et Fabricius* ‖ 15 orbe] Auster *add. Steph.*, id est non fuerit plenus in sui medio *add. Fabricius* ‖ *ad v.* 443 Vrget: imminet et insistit. Satisque: segetibus. Notus: ventus *Steph. et Fabricius* ‖ 16 *ad v.* 445 *sqq.* Sub lucem: oriente die (luce *Steph.*). Densa inter nubila: operto sole nubibus (nebula *Fabr.*). Diversi erumpent radii: abscondito sole et operto diversi radii per nubem erumpent. Tithoni croceum linquens Aurora cubile: Tithonus frater Laomedontis regis adamatus est ab Aurora cumque optasset prolixiorem vitam, conversus est in cicadam *Steph. et Fabr.* ‖ 17 DEFENDIT *et* defendit *B* ‖ non defendet *om. P* ‖ 18 vim] cum *P* ‖ *ad v.* 449 Tam multa in tectis: dicit, quod si oriente sole pallida aurora fuerit, sicut saepe videmus diluculo sub eius ortu pallidam lucem fieri, signum hoc sit tempestatis indubitanter *Fabr.* ‖ *ad v.* 450 Emenso Olympo: percurso et perlustrato caelo, cum iam descendet ad occasum *Steph. et Fabr.* ‖ 19 ideo magis *om. P* ‖ 20 meliora signa *B* ‖ 21 conclusit *P*

456. ME NOCTE P. A. I. gratiosiorem sensum fecit interposita suae personae commemoratione: nam hoc dicit, nulli se suadere illa nocte navigare.

458. AT SI CVM REFERETQVE DIEM C. Q. R. hoc ad futurae serenitatis pertinet signum: nam si de ipso die dicas, stultissimum est.

460. CLARO AQVILONE serenifico, quia est et nubilus, sicut fere omnes venti: Horatius albus ut obscuro deterget nubila caelo saepe notus neque parturit imbres perpetuos.

461. DENIQVE QVID VESPER SERVS VEHAT conclusio est, quae hoc continet: signa quae possumus ex stellis vel ex ventis colligere, melius ex sole colligimus. QVID COGITET VMIDVS AVSTER id est in quam se partem inflectat, utrum ad serenitatem, an ad pluvias, ut diximus supra.

463. QVIS DICERE FALSVM A. fallacem: Sallustius ambitio multos mortales falsos fieri coegit. CAECOS TVMVLTVS coniurationes, latentes insidias.

466. ILLE ETIAM EXTINCTO MISERATVS C. R. bonum epilogi repperit locum, ut in Augusti gratiam defleat Caesaris mortem. constat autem, occiso Caesare in senatu pridie iduum Maiarum solis fuisse defectum ab hora sexta usque ad noctem: quod quia multis tractum horis est, dicit 'aeternam timuerunt saecula noctem'.

467. OBSCVRA FERRVGINE alibi et ferrugine clarus. ferrugo autem est purpura nigrior Hispana.

468. IMPIA SAECVLA quibus fuerat Caesar occisus.

469. ET AEQVORA PONTI non sine causa addidit 'ponti', quia sunt et campi aequora, ut ⟨I 50⟩ ac prius ignotum ferro quam scindimus aequor.

8 Horatius] carm. I 7, 15 ‖ 15 Sallustius] Cat. 10, 5 ‖ 23 alibi] A. IX 579 ‖ ferrugo ... Hispana] cf. Isid. or. XIX 28, 6

ad v. 455 Omnia tum pariter vento: id est ubique et pluviae et venti erunt. Fervere: aestuare et impleri. cuncta haec erunt in occasu consideranda *Steph. et Fabricius* ‖ 1 gratiorem *B* ‖ 5 dicas] de quo praemisit *additur vulgo* ‖ 7 quia et est *V* ‖ 8 obscure *B* ‖ deget *A* (deterget *a*) detergeret *P* ‖ 9 noctus *A* nothus *B* ‖ 11 haec *AV* ‖ 14 supra *om. V* ‖ 20 iduum maiarum *P VH*: iduum maiarum die *A* idus maiarum *B* iduum Martiarum *vulgo* ‖ 22 protractum *vulgo* ‖ dicit in sequentibus *vulgo* ‖ 24 Hispana] inspania *V* ‖ 25 occisus] Aeternam timuerunt saecula noctem: propter diutinum et prolixum solis defectum, id est timuerunt, ne semper ille defectus maneret. Tempore quamquam illo tellus: ac si diceret, quamquam illo tempore non solum sol defecerit, sed etiam diversae res et elementa quasi fleverint Caesaris mortem et inaudita portenta fuerint, ut ex reliquorum comparatione non minus mirum videatur, solem defecisse *add. Steph. et Fabr.* ‖ 26 addit *A* ‖ 27 quam] quod *H*

470. INPORTVNAEQVE VOLVCRES in alienum tempus ruentes, ut striges aut bubones, nocte gaudentes, per diem possent videri.

472. VNDANTEM RVPTIS FORNACIBVS AETNAM malum enim omen est, quando non fumi, sed flammarum egerit globos: et ut dicit Livius, tanta flamma ante mortem Caesaris ex Aetna monte defluxit, ut non tantum vicinae urbes, sed etiam Regina civitas adflaretur. 'undantem' autem undae modo flammas vomentem.

474. TOTO GERMANIA C. A. bene 'Germania', quam vicerat Caesar, ut eo occiso in rebellionem videretur exsurgere.

475. INSOLITIS TREMVERVNT MOTIBVS A. aut novis, id est numquam ante in Alpibus factis, aut magnis et maioribus solito.

478. SVB OBSCVRVM circa noctis obscurum. PECVDESQVE LOCVTAE INFANDVM aut infanda verba protulerunt, aut hoc ipsum infandum fuit, quod sunt contra naturam locutae.

480. INLACRIMAT TEMPLIS EBVR scilicet simulacrorum. AERAQVE SVDANT signa sunt laboris futuri.

481. INSANO magno, ut q u i d t a n t u m i n s a n o i u v a t i n d u l g e r e d o l o r i? et sciendum, flumina cum supra modum crescunt, non tantum ad praesens inferre damna, sed etiam alia futura significare.

482. FLVVIORVM REX ERIDANVS Padum dicit. 'fluviorum' autem 'rex' per Italiam, aut certe per totum orbem, secundum quod dicit Lucanus, qui ait cum de isto flumine loqueretur ⟨II 416⟩ n o n m i n o r h i c N i l o, n i s i q u o d p e r p l a n a i a c e n t i s A e g y p t i L i b y c a s N i l u s s t a g n a r e t h a r e n a s: n o n m i n o r h i c H i s t r o, n i s i q u o d, d u m p e r m e a t o r b e m, H i s t e r c a s u r o s i n q u a e l i b e t a e q u o r a f o n t e s a c c i p i t e t S c y t h i c a s e x i t n o n s o l u s i n u n d a s.

---

5 Livius] vol. IV p. 231 fragm. 45 Hertz. | 17 quid tantum] A. II 776

---

2 stiges *A* | possint *P* | 3 malum] in aliud *B*, *corr. b* | omne *AH* (omen *a*) nomen *B* | 4 quando ... fumi] quotiens Aetna mons Siciliae non fumum *vulgo* | erigit *A* egererit *V* | et] *om. B*, sed *P* | 6 regina *ABPH*: regia *V* civitas] quae multo spatio ab ea distat *add. Masvicius* | 7 evomentem *vulgo.* Liquefacta saxa: igne soluta *add. Steph. et Fabr.* | 9 ut] et *A* | 17 indulgere dolori] i. d. *AH* id. *V*, *om. B* | 19 ferre *V* | damnum *B* | etiam alia] et mala *Masvicius* | futura] figura *B* | 22 rex] rex est *V* | secundum ... loqueretur] secundum lucanum *B* | 24 nisi quod] si non *Lucani exemplaria* | tacentis *B* iacentes *V* | 25 non] ni *H* | 26 dum] dudum *V* | inster *H* | casurus *H* | inquelicet *B* in quemlibet *V* | 27 frontes *B* | solum *H* | in undas] dicit ergo, tantum tunc excrevisse Eridanum, ut etiam silvas moveret et erueret arbores *add. Steph. et Fabr.* | *ad v.* 483 Cum stabulis armenta tulit: et ipsa stabula subversa secum trahit et armenta simul *Fabr.* | *ad v.* 484 *sq.* Tristibus extis: visceribus pecorum tristia portendentibus. Fibrae minaces: fibras dicit venas aliquas, quae si forte apparerent (apparent *Fabr.*) in visceribus, malum omen

487. CECIDERVNT PLVRA SERENO FVLGVRA omen est in eo, quia et caelo sereno missa sunt fulmina et plura sunt missa.

488. DIRI COMETAE crinitae, pessimae, quia sunt et bonae, ut docuimus in Aeneide ⟨X 272⟩, factae ex Iove vel Venere: quam rem plenissime Avienus exsequitur.

489. PARIBVS TELIS Lucanus ⟨I 7⟩ pares aquilas et pila minantia pilis.

490. ITERVM VIDERE PHILIPPI civitas Thessaliae, in qua primo Caesar et Pompeius, postea Augustus et Brutus cum Cassio dimicaverunt.

491. NEC FVIT INDIGNVM SVPERIS quasi exclamatio est ad deos.

492. EMATHIAM Thessaliam, dictam ab Emathio rege. Haemus autem mons est Thessaliae.

494. INCVRVO una pars orationis est.

495. SCABRA aspera: unde et scabies dicitur a corporis asperitate.

496. GALEAS INANES concavas ut galeam ante pedes proiecit inanem. GRANDIA OSSA aut multa aut ingentia, quasi antiquorum et heroum.

498. DII PATRII patrii dii sunt, qui praesunt singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Iuno Karthagini. INDIGETES indigetes proprie sunt dii ex hominibus facti, quasi in diis agentes, abusive

3 ut docuimus in Aeneide X 272] 'nam si de Venere aut Iove fiant (i. e. cometae), optima praenuntiant; si de Marte aut Saturno, deteriora: nam Mercurialis semper talis est, qualis ille cui cohaeret; unde et minister deorum fingitur.' ‖ 4 quam rem plenissime Avienus exsequitur] cf. Avieni carm. rec. A. Holder p. 175 ‖ 15 aspera ... asperitate] exscr. Isid. or. XIV 8, 28 ‖ 17 galeam] A. V 673

erat: quae nunc apparuere. Aut puteis manare cruor: nec cessaverunt eodem tempore aut fibrae minaces apparere aut puteis manare cruor. Altae urbes: magnae *Steph. et Fabr.* ‖ 1 FVLGORA *ABH* (FVLGVRA *a*) ‖ 2 quia e caelo *P* ‖ fulgura *vulgo* ‖ et quod plura missa sunt *vulgo* ‖ missa] fulmina *add. A* ‖ 3 criniti pessimi, *ut infra* boni *et* facti *P* crinite pessime, *infra* bone *et* facte *V. cf. Serv. ad Aen.* X 272 '*cometae autem latine crinitae appellantur*'. criniti et pessimi *vulgo* ‖ 4 vel] et *V* ‖ 5 abienus *APH* (*corr. a*) abicnus *B* (abignus *b*) abgenus *V* ‖ 6 TELIS] quia in civili bello Romani contra Romanos eisdem et similibus telis armisque pugnaverunt *add. Steph.* ‖ pares] atque pares *B* ‖ fila *et* filis *b* ‖ 11 SVPERIS] b s n *add. H.* SVPERI BIS *coni. Markland ad Stat. Silv.* III 5, 68 ‖ 12 Emathia Thessalia est, dicta *Steph.* ‖ *an* ab Emathione? *cf. Iustin.* VII 1 ‖ hemus *APH* hemius *B* aemus *V* ‖ 13 Thessaliae] 'pinguescere' vero aut foecundas fieri ex humano cruore: aut 'pinguescere' dixit poetice (poetice *om. Fabr.*), quasi humana corpora terra devorans pinguis effici potuerit, sicut ex carnium commixtione frequenter humana caro pinguescit *add. Steph. et Fabr.* ‖ 19 et *om. BV* ‖ 20 patrii dii sunt *om. H* ‖ 22 in dies agentes *H* ‖ abusive ... egentes] abusive autem omnes dii generaliter possunt dici indigetes, tamquam nullius rei egentes *vulgo*

omnes generaliter, quasi nullius rei egentes. VESTAQVE MATER QVAE TVSCVM TIBERIM ET ROMANA P. S. poetice: nam verum nomen eius numinis, quod urbi Romae praeest, sciri sacrorum lege prohibetur: quod ausus quidam tribunus plebis enuntiare in crucem levatus est.

502. LAOMEDONTEAE LVIMVS P. T. excusat Augusti tempora et eum dicit suis viribus compensare tanta damna rei publicae, quae ex maiorum vitiis descendisse confirmat: Horatius neclegis inmeritis nocituram postmodo te natis fraudem committere.

504. HOMINVM QVERITVR CVRARE TRIVMPHOS cum caelestes possis mereri.

505. FAS VERSVM ATQVE NEFAS apud homines scilicet, qui spernunt licita, appetentes inlicita.

507. SQVALENT ABDVCTIS A. C. ad bella, ut et latos vastant cultoribus agros.

509. HINC MOVET EVPHRATES ILLINC G. B. undique bellum movetur: Euphrates namque orientis est fluvius, Germania occidentis provincia.

510. VICINAE RVPTIS INTER SE L. V. A. F. et externa et civilia bella desaeviunt.

512. VT CVM CARCERIBVS SESE EFFVDERE Q. hoc vult dicere: res publica quidem habet optimum imperatorem, sed tanta sunt vitia temporum praeteritorum, quae in dies singulos aucta sunt, quemadmodum in processu equorum cursus augetur, ut ea, licet optimus, rector refrenare non possit, sicut et auriga a ferventi cursu equos non potest plerumque revocare.

513. ADDVNT IN SPATIA currendo plus eorum cursus augetur.

---

8 Horatius] carm. I 28, 30 ‖ 15 et latos] A. VIII 8

---

1 generaliter] dicimus *add.* *V* ‖ egentes] Romulum autem ideo invocat, quia ipse iam inter deos colebatur. et recte eum ad Augusti salutem invocat, quasi ex eo descendentis et qui illius sit urbis imperator, quam Romulus condiderat *add. Steph. et Fabr.* ‖ 3 praeest] est *A* praeesset *vulgo* ‖ legem *A* (*corr. a*) leges *H* ‖ *ad v.* 500 *sq.* Hunc iuvenem everso: orat, ut possit sedare tanta praelia et bella civilia et malis finem imponere et pene iam ruenti mundo subvenire. Saltem: ut Augustum dii conservent, cuius temporibus pax universo orbe erat. Ne prohibete: id est ne prohibeatis. Iam pridem: olim. Sanguine nostro: id est Romanorum *Fabricius* ‖ 7 non compensare *vulgo* ‖ damna rei publicae] damna ī p̄ *A* (ī p̄senti *a*) damnare *B* ‖ 8 neclegis ... mereri *om.* *B* ‖ neclegis *A*: nec legem *V* neglegis *Ph* negleges *H* ‖ 9 nociturum *P* ‖ post modum *V* ‖ tenetis *A* (*corr. a*) tenacis *V* ‖ 12 posses *A* ‖ *ad v.* 508 Rigidum falces conflantur in ensem: ita orbem bella turbant, ut hi, qui prius agriculturae insistebant, cogantur, deficientibus iam armis, instrumenta colendorum agrorum et metendarum segetum in arma convertere *Fabricius* ‖ 20 et *om.* *BV* ‖ hesterna *V* ‖ 23 habere *BV* ‖ 25 in p̄ssu *BH* ‖ 28 SPATIO *V*

514. NEQVE AVDIT CVRRVS H. id est equi. sane sciendum, translationem hanc esse, non comparationem, quae si ponatur in fine, vitiosum est. *et aliter: notandum est, quod poeta librum in comparatione finierit. antithesis tertia, ubi in utraque voce fit commutatio: sic enim rectum sit 'fertur curru auriga neque audiunt equi habenas'.*

4 antithesis *ego*: anthitheton *V*. *cf. Diom. p.* 442, 28 *K. quo loco ostenditur, 'antithesis' voce ita usus esse grammaticos, ut commutationem significaret. cf. etiam Don. ad Ter. Andr.* IV 4, 8; 28; 51; Eun. V 2, 37 *et* 45; 8, 47 ‖ ubi] ut *Guelferb. I* ‖ fit *ego*: sit *V* ‖ 6 EXPLICIT LIBER I GEORGIC̄ INCIPIT SECVNDVS *A* EXPLICIT LIB. I INCIPIT EIVSDEM LIBER SECVNDVS *P* INCIPIT ·II· LIB̄ GEORGICOR̄ *B*.

SERVII GRAMMATICI
IN VERGILII GEORGICON LIBRVM SECVNDVM
COMMENTARIVS.

1. HACTENVS ARVORVM CVLTVS ET SIDERA CAELI mire iteravit illum versum ⟨I 1⟩ quid faciat laetas segetes, quo sidere terram. in hoc autem libro exsequitur culturam agri consiti, qui omnium arborum continet genera. et sciendum est, Vergilium vites quoque arbores dicere, ut ⟨II 277⟩ nec setius omnis in unguem arboribus positis secto via limite quadret. et 'hactenus', ut multi volunt, una pars orationis est, et est adverbium significans 'hucusque'. alii duas partes volunt, pronomen et adverbium, ut sit 'tenus hac', sicut ⟨III 53⟩ et crurum tenus a mento palearia pendent; sed melius est unam partem accipere orationis 'hactenus'. SIDERA CAELI pleonasmos est: nec enim alibi, nisi in caelo, sunt sidera.

2. TE BACCHE CANAM inventorem pro vitibus posuit, de quibus *κατ' ἐξοχήν* in hoc libro loquitur: nam vites praecipuae sunt, licet et aliarum arborum faciat commemorationem. NEC NON SILVESTRIA TECVM VIRGVLTA id est infecundas arbores, quibus praecipue in Italia vites cohaerent.

3. TARDE CRESCENTIS OLIVAE res enim diu duratura tardius crescit.

4. HVC PATER O LENAEE 'pater' licet generale sit omnium deorum, tamen proprie Libero semper cohaeret: nam Liber pater

---

20 pater ... etymologiam recipere] exscr. mythogr. III 12, 2

---

3 exequitur *PH* ‖ 5 setius *H*: secius *APV* ‖ 8 volunt *om.* *V* ‖ 11 est *om.* *P* ‖ nisi] quam *P* ‖ 14 cate ex°chen *A* cathxochen *V* catexochen *H* ‖ loquetur *A* ‖ 17 praecipue *AH* ‖ 15 arborum *om.* *A* ‖ 16 id est *om.* *AH* ‖ quibus] in quibus *V* ‖ 17 praecipue *AH* ‖ 18 dura *A* (duratura *a*)

vocatur. Lenaeus autem ἀπὸ τῆς ληνοῦ dicitur, id est a lacu: nam quod Donatus dicit ab eo, quod mentem deleniat, non procedit; nec enim potest Graecum nomen Latinam etymologiam recipere.

5. TIBI FLORET AGER in honorem tuum exultat et laetus est: nam autumnali tempore re vera florere non potest ager. PAMPINEO pro 'pampinoso', ut 'nemus frondeum' pro 'frondosum'.

6. VINDEMIA cum vindemiam numero singulari dicimus, unius anni significamus; cum plurali, multorum, ut messem et messes, hiemem et hiemes: haec enim semel tantum annis quibusque contingunt. multi tamen volunt vindemiam esse totius orbis generaliter, vindemias singularum partium, ut plus significet singularis numerus, quam pluralis, sicut plus est cum dicimus 'per terram pluit', quam 'per terras pluit': tunc enim omne elementum, non terras aliquas significamus.

7. MVSTO NOVO mustum numero tantum singulari dicimus, sicut vinum, licet Ovidius abusive dixerit musta. sed hoc ille plus fecit, quod et 'mustis' dixit, cum, ut diximus ⟨I 210⟩, de his nominibus tres casus tantum usurpari consueverint.

9. PRINCIPIO ARBORIBVS V. E. N. C. creandarum arborum naturaliter tria sunt genera. aut enim sua sponte nascuntur, aut ex seminibus fortuito iacentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant: nam cetera usus invenit favente natura.

11. SPONTE SVA 'sponte' modo nomen est, quia iunctum est ei genus, quo caret semper adverbium. VENIVNT crescunt, ut ⟨I 54⟩ illic veniunt felicius uvae. CAMPOSQVE ET FLVMINA LATE CVRVA TENENT per transitum ostendit, in quibus locis arbo-

---

5 Pampineo pro pampinoso] cf. Isid. diff. verb. 449 ‖ 6 nemus frondeum] cf. Aen. I 191 ‖ 16 Ovidius] amor. I 15, 11 ‖ 19 creandarum arborum...favente natura] exscr. Isid. or. XVII 7, 73

---

1 uocatus *P* ‖ αποντε cαληνοy *A* απο τec ληνοy *P* απο τec aynoι *V* απο τec hney *H* ‖ dictus *V* ‖ lacu nam] lacuna *AB* ‖ 2 quod est mentem *V* ‖ deliniat *PH* ‖ 4 *ad v.* 4 *sq.* TVIS HIC OMNIA PLENA MVNERIBVS tuis muneribus hic sunt omnia plena, et ea ubique requiruntur. PAMPINEO AVTVMNO cuius tempore vites foliis et fructibus plenae sunt et sub quo maturae fiunt. et 'pampineo' pro pampinoso dixit, ut...frondosum. TIBI FLORET AGER *e. q. s. Stephani, Fabricii, Danielis exemplaria* ‖ 7 vindemia *A* ‖ 13 quam per terras pluit *om. H* ‖ per terram *A* (per terras *a*) ‖ pluit *om. P* ‖ elementum] per singularem numerum *vulgo additur* ‖ 15 mustum tantum singulariter dicimus *P* ‖ 16 sicut et vinum *vulgo* ‖ 17 quod] cum *V* ‖ 18 *ad v.* 8 *haec scholia edidit Fabricius* TINGVE NOVO MECVM pulchre invocat Liberum patrem adesse sibi canenti de ratione vinearum et venire in auxilium. et poetice dicit, hoc Liberum patrem secum agere, quod ipse ab agricolis debere fieri carmine demonstraturus est, cum dicit 'tingue mecum'. DIREPTIS CRVRA COTHVRNIS latis (i. e. ablatis *Masvicius*, altis *vel* calceis altis *Burmannus*), quod est genus calceamenti poetici: nam hoc vindemiae tempore fieri debere, ipse demonstraturus est. ‖ 21 fortuitu *PH et Isidorus* ‖ 24 VENIVNT] autem *add. V* ‖ ut alibi *vulgo* ‖ 25 illic] illud *H*

res sponte sua nascantur, scilicet in umidis: nam terra mater est rerum omnium et seminum cunctorum creatrix.

12. VT MOLLE SILER arboris genus est. et notandum genus neutrum de arbore, quod est admodum rarum.

13. GLAVCA CANENTIA FRONDE SALICTA locum salicum pro ipsis arboribus posuit. bene autem ait et 'glauca' et 'canentia'; nam salix ab una parte alba est, ab altera viridis. sane cacenphaton est 'glauca canentia'.

14. POSITO DE SEMINE quacumque ratione proiecto, vel ab avibus, vel ab hominibus, ne incipiat esse industriae.

15. *NEMORVMQVE IOVI Q. M. F. A. ordo 'nemorum maxima'.*

16. HABITAE GRAIS ORACVLA QVERCVS nam in Dodonaeo nemore arbores, dantes responsa, fuisse dicuntur. 'habitae' autem 'Grais' vel quasi non credens dixit, vel quasi Italus, qui loca illa nesciret: vel re vera quondam 'habitae', quia illo tempore iam silebant.

17. PVLLVLAT mira in singulis est proprietas: nam ait 'sponte sua veniunt', 'surgunt de semine', 'pullulant ab radicibus'.

18. VT CERASIS 'haec cerasus, his cerasis' facit. sane Cerasus civitas est Ponti, quam cum delesset Lucullus, genus hoc pomi inde advexit et a civitate cerasium appellavit: nam arbor cerasus, pomum cerasium dicitur. hoc autem etiam ante Lucullum erat in Italia, sed durum, et cornum appellabatur: quod postea mixto nomine cornocerasium dictum est. PARNASIA LAVRVS a Parnaso monte Apollini consecrato.

20. HOS NATVRA MODOS PRIMVM DEDIT bene 'primum': nam ut etiam supra ⟨9⟩ diximus, favor naturae fuit etiam ad alios inveniendos; contra naturam enim nihil hominum inventum valeret.

22. VIA SIBI ratione, ut inveni, germana, viam.

---

3 et notandum ... rarum] cf. Isid. or. XVII 7, 74 ‖ 19 sane Cerasus ... appellabatur] exscr. Isid. or. XVII 7, 16 ‖ 29 inveni] A. IV 478

---

3 a. genus est siler *vulgo* ‖ 9 uel de auibus *A* ‖ 10 industriae] dicit quippe plerasque arbores ex semine nasci non studio hominum iacto, sed quocumque modo et eventu veniente. PARS SVRGVNT pro 'surgit'. NEMORVMQVE IOVI QVAE MAXIMA FRONDET AESCVLVS ordo est nemorumque maxima aesculus, quae Iovi frondet, id est quae crescit in Dodonaeo nemore, quod erat Iovi consecratum *add. Steph. Fabr. Dan. exemplaria. ex his nihil in meis libris invenitur, nisi* NEMORVMQVE I. Q. M. F. A. ordo nemorum maxima *in Vaticano* ‖ 13 habitae *om. H* ‖ 19 haec] nam haec *V* ‖ 20 deuicisset *V* ‖ 21 cerasium *et hic et infra libri*: cerasum *vulgo* ‖ 22 autem *om. V* ‖ 23 cornu *V* (cornum *v*) ‖ appellatur *M* ‖ 24 cornucerasium *V* ‖ 25 *ad v. 19 hoc scholium edidit Fabricius* PARVA SVB INGENTI id est radice maioris minor crescit et surgit, sicut videtur in lauris ‖ 27 ad alios inveniendos] usus *add. Fabricius* ‖ 29 viam] REPPERIT adinvenit. et dicit, illa quae prius dixerat ex ipsa natura omnem originem ducere, haec

23. HIC PLANTAS inter plantas et plantaria hoc interest: nam plantae sunt raptae de arboribus, plantaria vero, quae ex seminibus nata cum radicibus et terra propria transferuntur, ut ⟨II 27⟩ et viva sua plantaria terra.

24. SVLCIS fossis, ut ⟨II 289⟩ ausim vel tenui vitem committere sulco. HIC STIRPES OBRVIT ARVO altius deponit validiores cum radicibus plantas.

25. QVADRIFIDASQVE SVDES ita robustas, ut possint in quattuor partes dividi. ET ACVTO ROBORE pro 'acuti roboris' accipimus. et est bis idem dictum: nam valli et sudes idem sunt.

26. SILVARVMQVE ALIAE PRESSOS P. A. E. propago praecipue vitibus congruit: unde apparet, silvas eum etiam de vitibus dicere.

27. ET VIVA SVA P. T. et aliae silvarum expectant plantaria cum sua terra viva, id est naturali, ut vivoque sedilia saxo, id est naturali. inde est ⟨II 268⟩ mutata ignorent subito ne semina matrem.

30. QVIN ET CAVDICIBVS SECTIS pro 'codicibus', sicut 'caulem' pro 'colem', 'sauricem' pro 'soricem' dicimus. fit autem hoc de oliva et myrto, quarum sicci stipites secantur usque ad medullam et terrae infossi ex se arbores creant: quod sine dubio est mirandum.

31. TRVDITVR urgente natura procreatur ex arido. RADIX OLEAGINA derivativum ab olea.

32. INPVNE VIDEMVS sine damno sui. et loquitur de insitione. sane 'insitas' arbores dicimus, 'insertas' vero causas aut fabulas.

34. LAPIDOSA CORNA dura: alibi lapidosaque corna dant rami.

35. PROPRIOS GENERATIM 'generatim' est per singula genera, 'generaliter' autem est simul omnia: *γενικῶς καὶ κατὰ γένος*.

---

1 nam plantae ... transferuntur] exscr. Isid. or. XVII 6, 12 et diff. verb. 464 ‖ 14 vivoque] A. I 167 ‖ 17 Caudicibus pro codicibus] cf. Isid. or. XVII 5, 4 ‖ 26 alibi] A. III 649

---

autem quae sequuntur usu et studio adinventa esse, non obsistente tamen etiam in his natura *add. Fabricius* ‖ 1 hoc interest] uero est (hoc inter) *A* ‖ nam] *om. A*, quod *vulgo* ‖ 5 vitem] tatem *H* ‖ 9 acuti *ex* acuto *A* accuti *P* ‖ 10 valli] et ualli *PH* ‖ 11 E.] C. *A* ‖ 12 dicere] ARCVS bene ait: nam ita reflectuntur propagines vitium, cum in terra ponuntur, ut in medio sui in terra iaceant et utrimque capita terra excedant *add. Fabricius* ‖ 15 id est naturali *P*: inde est naturali *M*, *om. AVH* ‖ id est *A* (inde est *a*) ‖ mutatam *Vergilius* ‖ 17 caudicibus posuit pro codicibus *vulgo* ‖ 18 cole *AV* ‖ soricem *M*: sorice *APH* surice *V* ‖ dicimus *om. V* ‖ hoc] quod nunc dicit *exemplaria olim impressa* ‖ 20 terram *P* terra *H* ‖ 22 u. n. procreatur. E SICCO LIGNO ex arido *vulgo* ‖ 24 insertione *H* ‖ 28 generatim est] id est *V* ‖ genera *om. AH* (*supr. vers. add. a*) ‖ 29 est *om. AH* ‖ penicuo, C. K. Λ. K. A. T. Λ. Tenoc *A* (TENIKOC KAI KATA TENOC

37. SEGNES TERRAE pigrae, infecundae. et docet posse industriam etiam loca asperrima ad fertilitatem perducere. ISMARA montes Thraciae.

38. TABVRNVM (Taburnus) mons Campaniae. VESTIRE vero implere significat.

39. TVQVE ADES INCEPTVMQVE VNA D. L. adesto et inceptum favorem omnibus libris inpendito: nam ubique eum invocat.

40. O DECVS O FAMAE M. P. M. N. Horatius o et praesidium et dulce decus meum.

41. PELAGOQVE VOLANS DA VELA PATENTI simplici generi carminis praesta favorem, ut 'vela' favorem accipiamus, 'patens pelagus' carminis facilitatem. hoc autem carmen facile esse, ipse significat dicens et 'in manibus terrae', hoc est in facili et in promptu res posita est, et 'non ego cuncta meis amplecti versibus opto', id est non sum universa dicturus; nec enim possum: qua re et suam verecunde extenuat possibilitatem, et Maecenatis auribus ex sui carminis brevitate blanditur. alii aliter accipiunt: constat Maecenatem fuisse litterarum peritum et plura composuisse carmina — nam etiam Augusti Caesaris gesta descripsit, quod testatur Horatius dicens tuque pedestribus dices historiis proelia Caesaris, Maecenas, melius ductaque per vias regum colla minacium —, ut hoc nunc dicat: 'inceptumque una decurre laborem', id est adesto et simul scribamus; licet enim quae tu scribis esse constet ingentia, meum autem carmen et breve sit et totum id explicare non possim, debes tamen favere minoribus: ut 'pelagoque volans da vela patenti' sit ingentia scribe, et 'primi lege litoris oram' fave minora scribenti.

42. NON EGO CVNCTA MEIS Lucretii versus; sed ille aerea vox ait, non 'ferrea'.

---

8 Horatius] carm. I 1, 2 ‖ 19 Horatius] carm. II 12, 9 ‖ 28 Lucretii versus] VI 840 ap. Lachm.

---

a) ponikωc KAI KATA ΓENOC *P* TENIKωC. KAI TATENOC *V* penikΛC KΛI KΛTΛTENOC *H* TENIKωC KΛTΛ TENOC *M* ‖ *ad v.* 36 *haec scholia edidit Fabricius* FRVCTVSQVE FEROS qui non sunt apti humanis usibus: sive 'feros' silvestres et incultos. MOLLITE aptos facite. COLENDO vel (*lege* id est) cultu. ‖ 1 industriam *A*: industria *PVHM et vulgo* ‖ 2 perducere *libri*: perduci *vulgo* ‖ HISMARA *V* ‖ 3 montes] mons est *V* ‖ Thraciae] OLEA MAGNVM VESTIRE TABVRNVM per hos montes significat etiam montuosa et aspera loca tentanda esse *add. Steph. Fabr. Dan.* ‖ 4 TABVRNVM *H*: TABVRNVS *APVM* TABVRNVS autem *Steph. Fabr. Dan.* ‖ Taburnus *addidi* ‖ 10 simplici generis carminis *P* simplicis generis carmini *V* ‖ 11 ut † afouerem *A, corr. a* ‖ 13 et *ante* in manibus *om. Vp* ‖ 14 et *om. M* ‖ 20 pedestres *P* (*corr. p*) pedesbi *H* ‖ dices] dicens *AHM* dicis *PV* ‖ 22 hoc nunc] haec nunc *P* hiñc *H* ‖ 24 constent *V* ‖ 26 sit] ut sit *Ha* ‖ ingentia ... oram *om. V* ‖ 27 minoribus *P, corr. p* ‖ 28 NON MIHI SI L. C. S. *scholio praescribenda fuisse censet Lachmann comment. in Lucr. p.* 399 ‖ aerea *Serv. ad Aen.* VI 625: aenea

44. PRIMI LEGE LITORIS ORAM 'lege' nauticus sermo, qui nunc et ad navigium et ad lectionem potest referri; nam hoc dicit: faveto principio vel humilitati carminis mei.

45. IN MANIBVS TERRAE in facili, in promptu est terrarum descriptio: quod Graeci *πρόχειρον* dicunt. NON HIC TE CARMINE FICTO ATQVE P. A. ET L. E. T. id est simpliciter universa describam nec, ut in Aeneide, aliquibus figmentis aut ullis utar ambagibus. 'longa' autem 'exorsa' dicit prooemia longe repetita, quae constat esse vitiosa.

47. SPONTE SVA QVAE SE T. I. L. A. ad illud, quod omiserat, redit et exsequitur qualitatem trium generum, quae supra memoraverat, arborum scilicet sponte natarum, procreatarum ex semine et earum, quae de radicibus pullulant.

48. INFECVNDA QVIDEM fructu carentia. et per transitum rem physicam tetigit: nam semen esum salicis dicitur infecunditatem mulieribus gignere, et supra ait ⟨13⟩ et glauca canentia fronde salicta. LAETA ET FORTIA quasi hoc in ipsis genus est fecunditatis.

49. QVIPPE SOLO NATVRA SVBEST quia, ut supra ⟨11⟩ diximus, naturaliter rerum omnium mater est terra et universa intra se continet semina: hinc est 'quippe solo natura subest'. nam natura dicta est ab eo, quod nasci aliquid faciat. mire autem ait 'subest', id est inest latenter; nam non apparet: unde Epicurei dicunt nihil esse, quod non habeat originem sui; nam hoc est gigni de nihilo nihilum: in nihilum nil posse reverti.

50. SCROBIBVS nos 'scrobes' genere dicimus masculino, licet Lucanus dixerit contra artem ⟨VIII 756⟩ exigua posuit scrobe.

51. SILVESTREM ANIMVM naturalem asperitatem et infecunditatem.

52. VOCES ARTES fecunditates ex arte venientes.

---

15 nam semen salicis ... gignere] cf. Isid. or. XVII 7, 47 ‖ 21 nam natura ... faciat] exscr. Isid. or. XI 1, 1 ‖ 24 gigni] cf. Lucr. I 150 et 237 ‖ 26 nos scrobes ... scrobe] cf. comm. Luc. VIII 756

---

libri. cf. Lachm. l. l. ‖ 2 navigandum *vulgo* ‖ 5 proχιpon *AH* poχιpon *P* πoχιpon *V* πpoχιpon *M* (i. e. terrarum descriptio *supr. vers. m*) ‖ 8 proaemia *A* prohemia *P* praemia *V* proemia *HMa* ‖ longo *H* ‖ 10 L. *om. H* ‖ 11 exequitur *V* ‖ super *P* ‖ 14 QVIDEM] sed *add. V* ‖ 15 esum *om. V* semen salicis esum *vulgo* ‖ 17 in ipsis] arboribus *additur vulgo* ‖ 21 sola *HM* ‖ subest nam *om. V* ‖ 22 est *om. V* ‖ 25 nihilum *APV*: nilulum *H* nihil *M* ‖ in nihilum *om. PH* ‖ post se *A* (posse *a*) ‖ reverti] HAEC QVOQVE SIQVIS videlicet infoecunda sed fortia. INSERAT si quis eis fructiferarum arborum surculos inserat *add. Fabr.* ‖ 27 scrobe] duas autem hic res dicit, videlicet ut aut inserantur infoecundae arbores foecundis et fructiferis, aut certe mutentur de suis locis et fossis immittantur: utrumque enim eis infoecunditatem aufert *add. Fabr.*

54. HOC FACIET erit fecunda, si fuerit inde translata.

56. FERENTEM quae ferre potest, si ei umbra non noceat.

57. *IAM QVAE SEMINIBVS IACTIS 'iam' particula hic pro 'praeterea' ponitur et tempus significat, ut iam tempus agi res.*

59. POMAQVE DEGENERANT modo 'degenerant' vertuntur in peius; alias in melius. 'poma' autem arborum ex semine procreatarum dicit, quas constat, nisi translatae aut insitae fuerint, non respondere qualitati seminis sui.

60. FERT VVA RACEMOS uvam pro vite posuit, id est fructum pro arbore. sane racemus botryonis est pars, et botryo graecum est. et sic hic uvam pro vite posuit, sicut Horatius pro vino: nam ait Caecubum et prelo domitam Caleno tu bibes uvam.

62. IN SVLCVM in ordinem componendae, aut certe arandae. MVLTA MERCEDE multo labore: a sequenti quod praecedit intellege.

63. SED TRVNCIS OLEAE MELIVS quia supra ait ⟨31⟩ truditur e sicco radix oleagina ligno. et iam redit ad eos modos, quos invenit industria. dicendo autem 'melius' ostendit etiam alias arbores ex truncis posse procreari. sane olea est arbor ipsa, unde derivatio est oleum; oliva vero fructus ipse, unde olivum dicitur. legimus tamen olivam et de arbore, ut incumbens tereti Damon sic coepit olivae.

64. SOLIDO PAPHIAE DE ROBORE MYRTVS sicut et olea. 'Paphiae' autem Veneriae, a Papho insula, in qua Venus colitur. huic autem myrtus consecrata est, vel quod haec arbor gaudet litoribus et Venus de mari dicitur procreata, vel quod, ut medicorum indicant libri, haec arbor apta est mulierum necessitatibus plurimis.

---

4 iam tempus] A. V 638 ‖ 10 racemus ... graecum est] exscr. Isid. or. XVII 5, 14 ‖ 11 Horatius] carm. I 20, 9 ‖ 18 sane olea ... dicitur] cf. Isid. or. XVII 7, 62 et diff. verb. 410 ‖ 20 incumbens] buc. VIII 16 ‖ 24 huic autem ... necessitatibus plurimis] exscr. mythogr. III 11,1 ‖ 25 vel quod ... necessitatibus plurimis] exscr. Isid. or. XVII 7, 50

---

1 FACIT *P* ‖ translata] (in alium locum) *add. Lion,* DIGESTA posita et plantata, id est si liberum spatium habeat. NVNC ALTAE FRONDES hoc est frondes et rami arborum, ex quibus oriuntur, nocent eis et suis umbris earum foecunditatem avertunt et prohibent *add. Fabr.* ‖ 4 *ad v.* 57 *et* 58 *haec scholia edidit Fabr.* IAM QVAE SEMINIBVS IACTIS id est quae ex semine quocumque modo iacto orta est. 'iam' particula ... 'iam tempus agi res'. NEPOTIBVS arbusculis, quae ex ea oriuntur. FACTVRA VMBRAM sui magnitudine et opacitate. ‖ 10 botrionis *et* botrio *libri* ‖ 11 nam sic ait *V* sic ait *M* ‖ 12 caeculum *P* caecilium *V* saecubum *H* ‖ et ... domitam] praedo minante *A* (prolo dominante *a*) ex prelo domitam *P* ‖ calano *PH* ‖ bibis *P* ‖ 14 procedit *P* ‖ 15 quia supra ait] ut *V* ‖ 16 et *om. V* ‖ 19 diriuatio *PH* ‖ est *PVM*: fit *A* habet *Hp* ‖ olivum] oleum *H* ‖ 22 ARBORE *H* ‖ sicut et olea *om. H* ‖ et] et in *P* ‖ 23 autem *om. A* ‖ ueneriae *M*: ueneri *A* ueneria *PVH* ‖ 25 quod *om. A* ‖ 26 haec autem arbor *V*

65. PLANTIS ET DVRAE CORYLI NASCVNTVR duras dixit non ad lignum, sed ad fetum ipsarum referens. alii 'edurae' legunt, quasi non durae, ut paulo post ⟨78⟩ enodes trunci, id est sine nodis, ut 'e' modo minuentis, non augentis habeat significationem. sane coryli proprie dicuntur: nam abellanae ab Abellino Campaniae oppido, ubi abundant, nominatae sunt.

66. HERCVLEAEQVE A. V. C. ipse alibi Herculea bicolor cum populus umbra. *et aliter: quia Hercules, cum ab inferis rediret, hanc primus arborem dicitur contemplatus esse et se inde coronasse, conveniente colore arboris illi eventui, quo a tenebris in lucem commeavit.*

67. CHAONII PATRIS Iovis Epirotici. ARDVA PALMA aut alta, aut ad quam difficile pervenitur.

68. CASVS ABIES VISVRA MARINOS est enim abietis species apta navibus, quam sappinum vulgo vocant.

69. FETV NVCIS ARBVTVS HORRIDA versus dactylicus: nam male quidam 'horrens' legunt. 'horrida' autem hispida. et iam transit ad insitionem, quae duplex est: nam aut insitio dicitur, cum, fisso trunco, surculus fecundae arboris sterili inseritur, aut oculorum inpositio, cum, inciso cortice, libro alienae arboris germen inserimus.

70. STERILES PLATANI MALOS GESSERE V. dicit quid in quam arborem debeamus inserere: in arbuto nucem, in platano malum, in fago castaneam, in orno pirum. sed 'castaneae fagos' eget expositione; non enim in castanea fértili infecunda fagus inseritur: unde aut hypallage est, ut 'castaneae fagos' sit pro 'fagi castaneas'; aut est mutanda distinctio, ut sit 'et steriles platani malos gessere valentes castaneae', — id est infecundae arbores platani fortes ramos castaneae portaverunt — 'fagos ornusque incanuit albo flore piri': secundum quam distinctionem 'fagos', licet brevis sit 'gos', finalitatis tamen ratione producitur; 'fagos' enim incipit graecus esse nominativus singularis, non pluralis noster accusativus. alii neutrum probant et ita accipiunt 'castaneae fagos, piri flore

---

7 alibi] A. VIII 276 ‖ 13 aut ad quam d. p.] cf. Isid. diff. verb. 14 ‖ 18 insitio dicitur . . . inserimus] exscr. Isid. or. XVII 6, 11

---

2 fructum *vulgo* ‖ aliae durae legunt *H* ‖ 4 'e'] *om. AM* (*add. am*), est *H* ‖ 5 auellanae *libri* ‖ ab *om. P* ‖ abellino *A*: auellino *PVHMa* ‖ 7 herculeae *PH* ‖ 8 umbra] nam cum Hercules ab inferis rediret . . . commeavit *add. Fabr.* ‖ 10 e tenebris *Vrsinus* ‖ 14 AT CASVS *M* ‖ 15 quam *om. A* (*add. a*) ‖ sappinum *AVM*: sapinum *PH* ‖ 18 dicitur est *P* (dicitur *del. p*) ‖ 19 cortice *M* (trunco *m*) ‖ 20 libro colligatur alieno et arboris germen inserimus *V* ‖ 21 in qua arborem *V* ‖ 25 est *om. H* ‖ castaneas] gessere *additur vulgo* ‖ 28 ornosque *A* ‖ 30 enim] autem *V* ‖ 31 non . . . accusativus] nam pluralis noster est accusativus *V* ‖ 32 castaneae] flore *add. VM* ‖ piris *V*

ornus incanuit', ut similiter 'fagos' nominativus sit graecus. **et aliter: alii legunt 'et steriles platani malos', ut subintellegas 'inserit'. si ita legendum erit, in sequenti sensu hypallage est, ut sit 'valentes fagi gessere castaneas'.**

73. NEC MODVS INSERERE ATQVE O. I. S. aut non est simplex et fortuita ratio, sed ea quae ingenti labore colligitur; aut hoc dicit: non est idem inserere, quod et oculos inponere, quarum rerum discretionem hoc loco commemorat, sicut nos diximus supra ⟨69⟩.

74. TRVDVNT propellunt, eiciunt.

75. TENVES TVNICAS id est interiores arborum libros. *(ANGVSTVS IN IPSO FIT NODO SINVS sinum) dicit fieri debere.*

76. HVC INCLVDVNT quia ait 'aliena ex arbore' et est mutatio, ideo non ait 'hic includunt': sic Cicero includuntur in carcerem condemnati, utique qui illuc fuerant aliunde deducti.

77. INOLESCERE *inhaerere*, concrescere, *συνφύειν.*

78. *AVT RVRSVM INNODES RESECANTVR 'rursum' non habet hic significationem iterandi, sed abundat.*

80. *PLANTAE IMMITTVNTVR plantis abutitur pro surculis.*

82. MIRATASTQVE NOVAS FRONDES ET N. S. P. ingens phantasia. sane 'miratastque' legendum est, ut stet versus.

83. PRAETEREA GENVS HAVD VNVM docet nunc etiam in singulis arborum speciebus esse aliquam varietatem.

84. LOTOQVE Lotos nympha quaedam fuit. quam cum amatam Priapus persequeretur, illa deorum miseratione in arborem versa est, quae vulgo faba Syriaca dicitur.

85. VNAM IN FACIEM in eandem similitudinem.

---

13 Cicero] in Verr. act. II, V 45, 117 ‖ 15 Inolescere concrescere] cf. Isid. differ. verb. 24 ‖ 23 Lotos ... dicitur] exscr. mythogr. I 126; II 179. cf. Isid. or. XVII 7, 9

---

1 et aliter ... castaneas *post* portaverunt (*p.* 224, 27) *hab. V. scripsisse videtur interpres* alii legunt 'et steriles platani malis' (*'malis' Bern. 165 Vergilii*), ut subintellegas 'inseruntur' ‖ 4 *ad v.* 72 *hoc scholium edidit Fabricius* GLANDEMQVE SVES FREGERE SVB VLMIS id est ulmi insertis sibi surculis quercuum glandes tulerunt. ‖ 7 dicitur *H* ‖ 10 ANGVSTVS ... sinum *supplevi* ‖ 13 hic *om. A* (*add. a*) ‖ includunt] sed 'huc' *additur vulgo* ‖ carcere *V* ‖ 14 qui] quia *M* ‖ 15 increscere *V* ‖ CYNIſem *A* (CYNΦYEIN *a*) ‖ *ad v.* 77—81 *haec scholia edidit Fabr.*: LIBRO liber dicitur pars corticis interior. 78 AVT RVRSVM 'rursum' ... abundat. ENODES TRVNCI sine nodis. RESECANTVR abscinduntur. ALTE profunde. 79 FINDITVR IN SOLIDVM ut solida sit ipsa fissio et non habeat rimas aut aliquas fissuras. FERACES fertiles et fructiferae plantae. scilicet immittuntur surculi: nam abutitur plantis pro surculis arborum fertilium. 80 NEC LONGVM TEMPVS nec multa mora. 81 EXIIT AD COELVM ARBOS nam hoc genere insitae arbores citissime crescunt. RAMIS FELICIBVS fructiferis et fertilibus. ‖ 19 MIRATASQVE *libri* ‖ 20 maratasque *A* (miratasque *a*, pro mirata est *supr. vers. idem*) miratasque *reliqui* ‖ 23 lotas *V* ‖ 25 siriaca *P* syriata *V* syrica *M*

86. ORCHADES a graeca etymologia, sed obscena, id est a testiculis. RADII olivae a longinquitate nominatae. AMARA PAVSIA BACA oliva a paviendo dicta, id est tundendo; aliter enim ex se oleum non facit. 'amara' autem 'baca' viridi, ut atque apio crines ornatus amaro; nam de pausia viride oleum fit: unde contra dulce dicitur non viride.

87. POMAQVE subaudis a superioribus 'non unam nascuntur in faciem'. ALCINOI SILVAE pomiferae arbores: nam Alcinous, rex Phaeacum, fuit diligens cultor hortorum, unde per eius silvas arbores pomiferas intellegimus: de quo Homerus ait, quod haberet μῆλον δ' ἐπὶ μῆλον. *et aliter: Alcinous rex Phaeacum fuit, cuius hortos Homerus nobilitavit.*

88. CRVSTVMIIS *pro 'Crustuminis'*. Crustumia sunt pira ex parte rubentia, ab oppido Crustumio nominata. SYRIISQVE *pro 'Syriaticis', id est* nigris. GRAVIBVS VOLEMIS magnis: nam et volema ab eo, quod manum impleant, dicta sunt, unde et 'involare' dicimus. **volema autem Gallica lingua bona et grandia dicuntur.**

89. NON EADEM ARBORIBVS P. V. N. id est vites quoque diversae sunt. 'nostris' autem Italis. et bene 'pendet' *dixit*; nulla enim vitis in Italia est *in arboribus posita*, quae non pendeat.

90. METHYMNAEO CARPIT D. P. L. Lesbos insula est *in Aegaeo mari*, cuius civitas est Methymna, habens pretiosissimum vinum.

91. THASIAE VITES a Thaso insula nominatae. MAREOTIDES ALBAE Aegyptiae; Mareotis enim pars est Aegypti. et dicendo albas ostendit esse etiam purpureas vel alterius coloris.

92. PINGVIBVS HAE T. H. L. I. pinguibus Thasiae, levioribus Mareotides: nam ordinem positum sequimur, cum aperte aliquid non commemoratur.

---

1 a Graeca etymologia ... non viride] cf. Isid. or. XVII 7, 63—66 ‖ 4 atque apio] buc. VI 68 ‖ 10 Homerus] Od. VII 120 ‖ 13 Crustumia ... nominata] exscr. Isid. or. XVII 7, 15 ‖ 14 Syriis nigris] cf. Isid. or. XVII 5, 28 ‖ 15 nam et volema ... grandia dicuntur] exscr. Isid. or. XVII 7, 67. cf. Buecheler Osk. Bleit. p. 12

---

1 ORCHADES *PH* ORCADES *AVM* genus olivae *add. Fabr.* ‖ 2 testiculis] qui ὄρχεις dicuntur *add. Fabr.* ‖ a] ita a *vulgo* ‖ 3 patiendo *AM* ‖ id est a tundendo *V* ‖ 4 oleum ex se *P* ‖ ut alibi floribus atque *vulgo* ‖ 5 amaro] id est viridi *additur vulgo* ‖ 8 TALCINOI *H* ALTIONI *M* ‖ alcionus *AH* (alcinous *a*) altionus *M* ‖ 9 culturam *V* ‖ 10 intellegimus] fuisse *add. V* ‖ 11 ΜΗΛΟΝΑ ΕΠΙ ΜΗΛΟΝ *APH* ΜΕΟΕΙΜΜΗDΟΝ *V* ΜΚΛΟΝ ΕΠΙ ΜΗΛΟΝ *M* *ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ, αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ Fabricius* ‖ alcimus *V* ‖ feacum *V* ‖ 12 nouilitauit *V* ‖ 14 crustomio *P* crustumia *H* ‖ SYRIISQVE ... dicimus] syriis pro syriaticis id est nigris grauibus; uolema autem gallica lingua bona et grandia dicuntur. uolemis magnis nam et uolema ... dicimus *V* ‖ 16 dicta sunt] vola autem est medietas palmae vel pedis *add. Fabr.* ‖ 17 dicimus] volema autem ... dicuntur, sed magis dicta sunt ab eo quod volam impleant *add. idem* ‖ 21 est *om. V* ‖ 25 purpureas ... coloris] nigras et purpureas *V* ‖ 26 HAE] E *V* ‖ 27 sequitur *V*

93. PASSO PSITHIA VTILIOR bene 'utilior', ut ostendat etiam de alia uva posse passum fieri, sed melius de psithia. passum autem dicitur a patiendo; nam decoquitur mustum et inde fit passum. hinc defrutum dictum est, quod defraudatur et quasi fraudem patitur. TENVISQVE LAGEOS quae latine leporaria dicitur. 'tenuis' autem penetrabilis, quae cito descendit ad venas.

94. TEMPTATVRA PEDES OLIM V. Q. L. Terentius neque pes neque mens suum officium facit. 'olim' autem adverbium est cuiuslibet temporis.

95. PVRPVREAE purpurei coloris. PRECIAEQVE hae cito maturescunt: unde et preciae dictae sunt, quasi praecoquae, quod ante alias coquantur. QVO TE CARMINE DICAM RAETICA hanc uvam Cato praecipue laudat in libris, quos scripsit ad filium; contra Catullus eam vituperat et dicit nulli rei esse aptam, miraturque cur eam laudaverit Cato. sciens ergo utrumque Vergilius medium tenuit, dicens 'quo te carmine dicam Raetica'?

96. NEC CELLIS IDEO CONTENDE FALERNIS licet sis a Catone laudata, tamen vino te Campano praeferre non debes. 'cellis' autem apothecis dicit; nam cellas vinarias dicimus. et Falernus mons Campaniae est, in quo optima vina nascuntur.

97. SVNT ET AMINNEAE VITES FIRMISSIMA VINA aminneum vinum dictum est quasi sine minio, id est rubore; nam album est. sane aminneum dici versus probat, qui stare non potest, si amineum dixerimus. *et aliter: Amineos Aristoteles in politiis hoc scribit Thessalos fuisse, qui suae regionis vites in Italiam transtulerint, atque illis inde nomen impositum.*

98. TMOLIVS ADSVRGIT QVIBVS ET REX IPSE PHANAEVS duplex est hoc loco expositio. nam alii volunt sine vitio in subauditione

---

2 passum ... et inde fit passum] cf. Non. p. 370, 8 et Isid. or. XX 3, 14 ‖ 5 Lageos ... dicitur] cf. Isid. or. XVII 5, 16 ‖ Tenuis penetrabilis] cf. Non. p. 411, 17 ‖ 7 Terentius] Eun. IV 5, 3. cf. Donat. ad h. l. ‖ 10 Preciaeque ... coquantur] exscr. Isid. or. XVII 5, 16 ‖ 13 Cato] p. 79, 2 Iord. ‖ Catullus] fragm. 8 ap. Lachmannum p. 84 ‖ 19 Falernus ... nascuntur] cf. Isid. or. XX 3, 6 ‖ 21 aminneum ... nam album est] exscr. Isid. or. XVII 5, 18 et XX 3, 5 ‖ 24 Aristoteles in politiis] fragm. 495 p. 313, 8 Rose

---

1 bene utilior] *om. A*, bene dicit utilior *M* ‖ 4 defructum *PHM* (defrutum *phm*) defritum *V* ‖ 5 patiatur *V* ‖ LAGEOS] lageos est *additur vulgo* ‖ dicitur] nam λαγὼς graece lepus dicitur *add. Fabr.* ‖ 8 suum] satis *add. V* ‖ 10 PVRPVREAS *A* ‖ PRAECIAEQVE *HM* PRECIAE quae *V* ‖ hae *M*: haec *APH, om. V* ‖ 11 preciae *AP*: praecie *V* praetiae *H* praeciae *M* ‖ 21 ET//// *P* ‖ AMINNEAE *V et M, ut videtur*: AMINEE *A* (AMINNEE *a*) AMINEAE *PH* ‖ aminneum *A et M, ut videtur*: amineum *PV* aminaeum *H* ‖ 23 aminneum *AM*: amineum *PVH* ‖ amineum *AVM*: aminneum *P* aminaeum *H* ‖ 24 in politiis *Rose*: in polypticis *V* ‖ 25 thesalos *V* ‖ transtulerunt *V* ‖ 27 PHANAEVS] adsurgit *additur vulgo* ‖ 28 vitio] dubio *VM*

esse posita quae aperte dicere non possumus, ut sit 'quibus vinis assurgit', id est cedit, 'vinus Tmolius et Phanaeus': quod si aperte dicatur, est utrumque vitiosum — tamen 'vinus' de Graeco traxit, nam *οἶνος* dicunt. pleraque autem subaudiri, quae aperte non possumus dicere, et ipse alibi docet, dicens de Allecto nec dextrae erranti deus afuit, et Sallustius, qui ait quis a Sertorio triplices insidiae per idoneos saltus positae erant: prima et subaudiendum reliquit 'insidia', quod penitus dicere non possumus. alii autem ad superiora referunt, ut 'quibus' non ad vina referamus, sed ad vites, ut sit 'quibus vitibus cedit Tmolius et Phanaeus, montes vitibus consiti': et est figura, qualis illa in Aeneide ⟨IV 354⟩ me puer Ascanius capitisque iniuria cari, quem regno Hesperiae fraudo, scilicet Ascanium, non quem caput. et Tmolius mons est Ciliciae, Phanaeus mons in promuntorio Chii, dictus a Phanaeo rege. ut autem 'assurgit' cedit sit, tractum est a sedentibus, qui in honorem alicuius surgere consueverunt. REX IPSE PHANAEVS de Lucilio hoc tractum est, qui ait *Χῖός τε δυνάστης*, id est *οἶνος*.

99. ARGITISQVE MINOR quantum ad solam pertinet speciem.

101. DIS ET MENSIS ACCEPTA SECVNDIS grata et sacrificiis et mensis secundis, pomorum scilicet. *et aliter 'dis secundis' intellegitur, hoc est propitiis, aliter 'mensis* (*secundis*'), *quae post inferuntur: per quas significat et esui et potui bona.*

102. BVMASTE uva in mammae bovis similitudinem.

103. SED NEQVE QVAM MVLTAE SPECIES NEC N. Q. S. scit apud diversos lecta esse innumerabilia vitium genera: quibus offensus

5 nec dextrae] A. VII 498 | 6 Sallustius] hist. II 15 Dietsch. 22 Kritz. || 17 de Lucilio] ex libr. inc. v. 42 p. 137 Muell.

2 vinus] uinis et *V* | 3 dicitur *V* | uinis *V* | 4 *οἶνος*] ouinos *V* | 6 afuit *PH*: affuit *AM* aufuit *V*. quod penitus dicere non possumus, cum Allecto femininum sit *add. Fabr.* | qui *om. V* || quis] qui *P* | seritorio *A* | 7 idoneus *H* || 8 subaudiendo *V* | 10 vitibus *om. A* (*add. a*) || tmolus *P* | 11 montes ... consisi] sunt autem montes thmolius et faneus uitibus consiti *V* | 13 fraudes *PHM* || scilicet quem Ascanium *H* | et *AV*: *om. PHM* | tmolus (i *supra*) *A* tmolus *P* tmolius autem *M* | 14 philiciae *V* || promuncturio *PV* (promunturio *p*) promunctorio *H* | Chii] insula est *add. V* | 16 honore *V* | alicui *A* | assurgere *vulgo* | consuerunt *AV* | 17 lucillio *AM* || EXIOC YEAYNACTHC *A* exiocte AYNACTHC *P* XIOC TAYNACTHC *V* EXIOCTE AYΠACTHC *H* XIOCTΛYNACTHE *M* || 18 *οἶνος*] ohoc *H* || 19 speciem] CVI NON CERTAVERIT VLLA id est nulla se ei in his, quae sequuntur, comparare contendat. AVT TANTVM FLVERE id est tam abundans esse. *add. Fabr.* || 21 scilicet] RHODIA Rhodos insula est, cuius nunc vinum laudat. TVMIDIS RACEMIS turgentibus *add. Fabr.* | et aliter ... bona *in duo scholia discerpsit Vrsinus, quem fugit, 'et aliter' hoc loco non esse positum ad aliud scholium inducendum* | intelligit *Vrsinus* | 22 secundis *addidi* || 23 quas *ego*: quos *V* quod *Vrsinus* | 24 bouis *ex* boues *P* | similitudine *V*

ait, colligere tanta vitium genera nec utile est nec possibile. qui enim conatur universa cognoscere, debet etiam inpossibilia scire, ut est harenarum vel fluctuum numerus.

104. *REFERT aut interest, aut prodest.*

105. *LIBYCI ipse alibi litus harenosum Libyae dixit.*

109. NEC VERO TERRAE FERRE O. O. P. aut generale est, sicut ait in primo ⟨53⟩ et quid quaeque ferat regio: aut ad superiora pertinet, ut talis sit sensus: non prodest nosse cuncta vitium genera; nec enim omnia procreantur in omnibus terris.

110. CRASSIS PALVDIBVS lutosis naturaliter.

112. LITORA MYRTETIS LAETISSIMA locum posuit pro ipsis arboribus, sicut salictum ⟨13⟩ pro salicibus: nam myrtetum est locus, arbor ipsa myrtus vocatur. DENIQVE APERTOS B. A. C. hinc est, quod vites amant montium laxiora.

114. ASPICE ET EXTREMIS D. C. O. intuere etiam extremum orbem cum suis cultoribus domitum: nam subaudimus 'cum'. et per transitum maiestatem Romani laudat imperii.

115. EOASQVE DOMOS ARABVM Arabia, Panchaia, Sabaeorum gens eadem est, apud quam tus nascitur, ut ⟨117⟩ solis est turea virga Sabaeis, item ⟨139⟩ totaque turiferis Panchaia pinguis harenis, Plautus Arabico ture. PICTOSQVE GELONOS stigmata habentes: populi Scythiae, ut pictique Agathyrsi.

116. PATRIAE regiones, ut Italiam quaero patriam. SOLA INDIA NIGRVM F. H. atqui et in Aegypto nascitur; sed Indiam omnem plagam Aethiopiae accipiamus. sane et 'haec hebenus' et 'hoc

---

5 alibi] A. IV 257 ‖ 21 Plautus] cf. Mil. glor. II 5, 2 ‖ 22 pictique] A. IV 146 ‖ 23 Italiam] A. I 380 ‖ 24 atqui ... accipiamus; p. 230, 2 hebenus ... in lapidem] exscr. Isid. or. XVII 7, 36 ‖ 25 sane ... postes] cf. comm. Luc. X 117

---

3 arenarum *PVH* ‖ 4 *scholia ad v.* 104 *sq. edidit Fabr.* ‖ 5 LIBICI *V.* id est Africani *add. Fabr.* ‖ arenosum libiae *V* ‖ 7 ait] aut *V, om. H* ‖ regio] et quid quaeque recuset *add. V* ‖ 9 enim *om. M* ‖ in omnibus locis uel terris *V* ‖ 10 *ad v.* 111 *hoc scholium edidit Fabr.* STERILES SAXOSIS MONTIBVS ORNI non solum in omnibus terris minime (*lege* minime omnia) nascuntur, sed etiam ea, quae propria sunt singulis regionibus, non ubique in eis proveniunt, sed distinctis propriisque locis nascuntur, ut quaedam iuxta flumina, quaedam in montibus, non nulla in locis palustribus oriantur. si ergo una regio arbores sibi naturaliter insitas non in quibuscumque locis, sed distinctis et certis profert, multo magis una provincia vel regio non potest universas arbores diversi generis continere ‖ 12 sicut] et sicut *V* ‖ pro ipsis salicibus *H* pro salicibus posuit *V* ‖ 13 arbor vero ipsa *vulgo* ‖ hinc ... montium *om. A* ‖ 14 laxiora] scapulas *V* laxiora vel scopulos *Fabr., qui haec addit* nam dicit Bacchum colles amare, ut significet, vineas in montibus plerumque fertiliores existere, licet etiam planities plurimae vino sint fertiles. ET FRIGORA TAXI taxus est arbor venenata. et 'taxi' hic pluralis est numerus. et hoc dicit: 'Bacchus amat colles' id est vites uberiores sunt in montibus, 'taxi amant aquilonem', qui est ventus frigidus ‖ 16 si audiuimus *A* (subaudimus *a*) ‖ 17 magestatem *VH* ‖ 18 DOMVS *H* ‖ Sabaeorum] et sabeorum *VM* ‖ 19 eidem *H* ‖ 25 haec ebanus et hoc

hebenum' dicitur. hic neutro usus est, Lucanus vero ait ⟨X 117⟩ hebenus Mareotica vastos non operit postes. hebenus autem arbor est, quae caesa durescit in lapidem.

119. BALSAMAQVE 'que' vacat, ut dixitque et proelia voce diremit. sane balsamum est arbor ipsa, opobalsamum sucus collectus ex arbore — nam ὀπός dicitur sucus —, xylobalsamum lignum ipsius arboris. probatio autem opobalsami, ut dicit Plinius, haec est, si contra solem feratur et corruptum non sit, manum ferentis exurit. SEMPER FRONDENTIS ACANTHI arbor in Aegypto, semper frondens, ut oliva, laurus; acanthos dicta, quia spinis est plena. abundat hac etiam Cercina insula.

121. VELLERAQVE VT FOLIIS D. T. S. apud Aethiopiam, Indos et Seras sunt quidam in arboribus vermes et bombyces appellantur, qui in aranearum morem tenuissima fila deducunt, unde est sericum: nam lanam arboream non possumus accipere, quae ubique procreatur. DEPECTANT decerpant; sed alii 'depectat' legunt: quod si est, 'Seres' posuit pro 'Ser', sicut 'trabes' pro 'trabs'. sic Lucanus ⟨I 19⟩ sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes.

122. *GERIT pro 'habet', ut alibi virginis os habitumque gerens.* OCEANO PROPIOR GERIT INDIA L. haec enim habet arbores magnas, quae est iuxta Oceanum: hinc est 'extremi sinus orbis'.

123. *VBI AERA 'aera arboris' nunc pro cacumine: aut aerem eum dicit, qui circa cacumen est.*

125. NON TARDA id est strenuissima: nam litotes figura est.

126. MEDIA FERT TRISTES SVCOS 'di' sine sibilo proferenda est: graecum enim nomen est, et Media provincia est. TRISTES

4 dixitque] A. V 467 ‖ 5 sane balsamum ... arboris] cf. Isid. or. XVII 8, 14 et diff. verb. 79 ‖ 7 Plinius] cf. n. h. XII § 111 sqq. ‖ 9 arbor ... plena] cf. Isid. or. XVII 9, 20 ‖ 20 virginis] A. I 315 ‖ 23 aera ... cacumine] cf. Non. p. 241, 24

ebanum *M* ‖ 1 hic *ex* hac *P* hinc *M* ‖ 2 ebenos *M* ‖ potes *P* ‖ 3 lapidem] Nasci: *add. H* ‖ *ad v.* 117 *sq. haec scholia edidit Fabr.* SOLIS EST TVREA VIRGA SABAEIS apud Sabaeos tus nascitur, qui, ut supra dictum est, iidem sunt et Arabici et Panchaici. ODORATO SVDANTIA LIGNO id est quorum ligna odoriferum succum referunt ‖ 4 que ... ut] modo quae uacat ut est *V* ‖ ut] ut alibi *vulgo* ‖ 5 sane *om. P* ‖ 6 onoc *A* (οποc *a*) hoc *H* ‖ xylobalsamum] XYLO *P* ξύλον lignum unde Xylobalsamum *Fabr.* ‖ 9 ACHANTI *PHM* AGANTHI *V* ‖ acanthus arbor est in Aegypto *vulgo* ‖ 10 achantos *PHM* ‖ plena est *M*, est *om. V* ‖ plena] ἄκανθος enim spina est; nam est spinosa arbor *add. Fabr.* ‖ 11 hac *AP*: haec *VHMp* ‖ certina *P* circina *AH* in circina *VM* in certina *p* ‖ 13 seres *P Va* ‖ et] qui *VM* ‖ 14 araneorum *P* arenearum *H* aranarum *M* ‖ deducant *M* ‖ 15 quae] quia *H* ‖ 16 DEPECTANT ... Araxes *post* orbis (*lin.* 22) *hab. libri* ‖ depectant *HM* ‖ 18 subiugatam *V* ‖ iam b. i. a. *AVHM* ‖ 22 hinc] haec *P* ‖ 26 'di'] media di *V* ‖ 27 TRISTES] et tristes *V*

SVCOS amaros, ut ⟨I 75⟩ tristisque lupini. **TARDVMQVE SAPOREM F. M.** apud Medos nascitur quaedam arbor, ferens mala, quae medica vocantur: quam per periphrasin ostendit, eius supprimens nomen. hanc plerique citrum volunt; quod negat Apuleius in libris, quos de arboribus scripsit, et docet longe aliud esse genus arboris. 'tardum' autem 'saporem' dicit vix intellegibilem, quod illi ad carnem mediam citri referunt: nam prima et interior facile suum ostendit saporem. *et aliter: ('tristes') austeros, amaros. et 'tardum' gravem aut diu palato inhaerentem.*

127. **FELICIS MALI** secundum eos, qui dicunt citrum, fecundi: nam haec arbor, id est citri, omni paene tempore plena est pomis, quae in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore sunt posita. aut certe 'felicis' salubris: nulla enim efficacior res est ad venena pellenda. **FELICIS MALI fertilis, fecundi: aut quod a morte revocet.**

128. **SAEVAE NOVERCAE** aut hae quae saevae sunt: aut epitheton est omnium novercarum.

129. **NON INNOXIA V.** litotes, id est nocentissima. et est augmentum, quasi parum putent venena miscere, nisi etiam magicos cantus addiderint.

130. **MEMBRIS AGIT ATRA VENENA** radices, nuces, lupini, citrum, apium prosunt contra futurum, non contra iam acceptum venenum: unde etiam ante ullas alias epulas haec solebant mensis apponere. apparet ergo non eum de citro loqui, cum dicit 'membris agit atra venena' iam data.

131. **FACIEMQVE SIMILLIMA LAVRO** figura Ciceronis, qui ait in Caesarianis sed simillimum deo iudico. sane etiam haec probant citrum non esse: nam citri arbor et multum non potest crescere, et multo habet folia maiora quam laurus.

132. **ALIVM LATE I. O.** et infinitum emittit suum odorem, et alium.

134. **FLOS AD PRIMA TENAX** prime, maxime. et est nomen pro

2 apud Medos e. q. s.] cf. Macrob. Sat. III 19, 3 sqq. || 8 tardum gravem ... inhaerentem] cf. Non. p. 410, 20 || 11 nam haec arbor ... pellenda] exscr. Isid. or. XVII 7, 8 || 26 Ciceronis in Caesarianis] pro Marcello III 8

1 tristesque *V* || 3 medica vocantur] medicantur *H* || 6 uis *V* || 7 nam *om. A* || 10 citrum dicunt *V* || fecundi *PH*: fecundum *A* fecundam *M*, *om. V*, *qui inter* dicunt *et* nam *haec habet* felicis mali. fertilis ... reuocet || 12 in flore sunt] inflorescunt *V* || 18 litotes] figura est *add. Fabr.* || 23 etiam] antiquitus *add. vulgo* || alias *om. V* || 24 apponi *vulgo* || ergo] enim *V* || eum non *VM* || loqui] in praesenti *add. vulgo* || 25 iam data] id est iam data *P* || 30 et in infinitum *A* || et mittit *A* emittat *P* || et longe alium quam laurus *vulgo* || 32 prime *APH*: apprima *V* adprima *M* apprima id est *vulgo*

adverbio, sicut 〈III 499〉 et pede terram crebra ferit pro 'crebro'. ANIMAS *δύσπνοιαν*, id est pulmonis vitiosum anhelitum, quod exprimit subdens 'senibus medicantur anhelis'. OLENTIA ORA putentia, id est *δυσωδίαν* oris. notandum sane, uni tantum arbori incubuisse Vergilium et expressisse ubi sit, qualis sit, cuius potestatis sit, sicut in quarto 〈271〉 de herba amello: quod qui de arboribus aut herbis dicunt in omnibus exsequuntur. **et aliter: 'olentia' et ad animas est referendum, et subaudiendum 'male olentia': sic Plautus in milite glorioso* 〈III 1, 53〉 ***tum in Apulis non sum natus, non sum animula.*** *'anhelis' autem illis, qui anhelant et deficiunt.**

136. SED NEQVE MEDORVM SILVAE iam incipit laus Italiae, quam exsequitur secundum praecepta rhetorica: nam dicit eam et habere bona omnia et carere malis universis.

137. GANGES Indiae fluvius, per quem provincia significatur. HERMVS Lydiae fluvius, harenas aureas trahens.

138. LAVDIBVS ITALIAE CERTENT figurate: nam 'certo tecum' dicimus. BACTRA regio iuxta Assyrios: unde et populi Bactriani.

139. PANCHAIA Arabia, ut diximus supra 〈115〉. *PANCHAIA regio Arabiae, ubi et templum Triphylii Iovis: ipse alibi* 〈IV 378〉 ***Panchaeis adolescunt ignibus arae.***

140. NON TAVRI SPIRANTES N. I. I. S. I. D. H. quales fuerunt in Colchide, civitate Scythiae: nam hoc habet fabula. Iason Colchos profectus ad tollendum vellus aureum, quod dicaverat Marti Phryxus, Medeae auxilio et pervigilem draconem occidit et eius dentes sevit, iunctis tauris ignem efflantibus: unde nati armati sunt, qui primum fecerunt impetum in Iasonem frustra, postea mutuis se vulneribus conciderunt. has autem ei condiciones Aeetes rex

---

23 Iason Colchos profectus ... in templo] exscr. mythogr. I 25. cf. Luct. Plac. in Stat. Ach. I 65

---

1 pro crebro *om. H* ‖ 2 ANIMAS *δύσπνοιαν* ... exsequuntur] OLENTIA MEDI ORA FOVENT ILLO olentia putentia. et senibus medicantur ANHELIS. DYCWDIAN ORIS. id est pulmonis uitiosum anhelitum ... anhelis et aliter olentia et ad animas ... deficiunt. notandum sane ... exsequuntur *V* ‖ AYCΠNOIAN *AM* AYCIT-NOIAN *P* AYΠOIAN *H* ‖ 3 subdens] dicens *ex* dens *P* ‖ 4 putentia] Huc putentia *A* ‖ dycwdia oris *A* AYCWAIAN OPIC *P* DYCWΛIAN OPIO *H* dycwdianoris *M* ‖ uni] huic uni *vulgo* ‖ 5 ubi sit *P*: sit *om. AVHM* ‖ 7 dicunt] scripserunt *vulgo* ‖ exequuntur *H* exsequntur *M* ‖ 10 animata *Vrsinus* ‖ 13 exequitur *H* ‖ 15 GANGENS *P* ‖ 18 assiriam *M* ‖ Bactriani dicuntur *vulgo* ‖ 19 supra] Arabia autem est regio, ubi est templum Triphyllaei uobis (*sic*) habent, ut scribit Euemerus. ipse alibi 'Panchaeis adolescent ignibus arae' *add. Fabr.* ‖ 20 Triphylii] *cf. Diodor.* V 42 *sqq.* triffili *V* Triphyli *Vrsinus* ‖ 22 H.] Y. *libri* ‖ 25 Phryxus] frixus *AVM* fryxus *P* fretus *H* Phryxus fretus *vulgo* ‖ 27 mutuis se uulneribus *Pa*: mutuis uulneribus *AH* se mutuis uulneribus *V* mutuis uulneribus se *M* ‖ 28 aetes *A* aet̄ *PH* etas *V* aeter *M*

proposuerat, cui Apollo responderat, tam diu eum fuisse regnaturum, quam diu illud vellus fuisset in templo. *et aliter: ut factum est in Colchide. et hic est hydrus, quem Cadmus in Boeotia occidisse fertur, cuius dentes ipse partim ibidem sevit, partim Aeetes in Colchide, ex quibus utrique seges armatorum hominum nata est. tauri autem hi sunt, quos ignem flantes Aeetae imperio Iason iunxit, unguento usus, quod ei Medea dederat.*

142. VIRVM SEGES HORRVIT non placuit. 'seges' autem, quia de semine.

143. GRAVIDAE FRVGES largae, abundantes. MASSICVS VMOR vinum Campanum, a Massico, monte Campaniae. *HVMOR vinum a montibus Falernis, qui Massici dicuntur.*

146. HINC ALBI CLITVMNE GREGES vocativus est 'Clitumne'. Clitumnus autem fluvius est in Mevania, quae pars est Vmbriae, partis Tusciae: de quo fluvio, ut dicit Plinius in historia naturali, animalia quae potaverint, albos creant. *CLITVMNE Clitumnus amnis est Vmbriam a Tuscia dividens. significat autem boves Mevanienses, qui sunt albi. alii sic: Clitumnus et deus et lacus in finibus Spoletinorum, ex quo bibentia pecora alba fiunt.* MAXIMA TAVRVS VICTIMA quia triumphantes de albis tauris sacrificabant.

147. PERFVSI FLVMINE 'flumine' fluento. 'perfusi' autem tauri, qui ante triumphantes usque ad templa ducebantur: aut certe 'perfusi greges' intellegamus, quod ad equos triumphales potest referri.

148. DVXERE TRIVMPHOS si equi, duxerunt, *id est minavere ante se, quod † admodum enim militum victoria equis reputatur; ergo dum milites ducebant captivos et triumphos, ita et equi eorum:* si boves deduxerunt.

149. HIC VER ADSIDVVM verna temperies; nam ver adsiduum

---

24 si equi ... deduxerunt] exscr. Isid. diff. verb. 156

---

3 ydrus *V* ‖ chadmus *V* ‖ boetiam *V* ‖ 4 aetes *V* ‖ 6 aete *V* ‖ iuncxit *V* ‖ 7 *ad v.* 141 *haec edidit Fabr.* SATIS seminatis. HYDRI serpentis. hic est anguis, quem Cadmus in Boeotia ... enata est ‖ 8 autem] *om. M*, autem dixit *V* ‖ 9 de *om. M* ‖ 11 Campaniae] ARDVVS celsus et eminens *add. Fabr.* ‖ 13 Clitumne] oclitumne *A*, *om. M* ‖ 16 quae] quae eo *V* ‖ potauerunt *P* ‖ albos foetus creant *vulgo* ‖ 17 bobes mebanienses *V* ‖ 19 spolitinorum *V* ‖ 20 de *om. A* ‖ 21 flumine *om. PHM* ‖ 24 duxerunt] duxere *V*. id est minavere ... ita et equi eorum *non sunt ab Vrsino edita, neque antiqui interpretis esse videntur, sed inferiore aetate addita, ut inepta eorum sententia probaretur, qui 'duxere triumphos' ad equos referri posse putabant. scribendum videtur* id est m. a. s., quod ad moderationem militum victoria ab equis reportatur; ergo ut milites *e. q. s., ut sententia sit, equos, ut partem victoriae habuerint, ita et triumphi partem habere.* quod admodum bene militum victoria equis deputatur *coni. F. Schoell, meam de tempore huius scholii sententiam non probans* ‖ 28 ver] proprie *add. Fabricius*

esse non potest: *seu longum: Horatius ver ubi longum tepidasque praebet Iuppiter umbras.*

150. BIS GRAVIDAE P. verum est: inde enim in bucolicis est ⟨II 22⟩ lac mihi non aestate novum, non frigore defit. BIS POMIS V. A. biferae sunt arbores.

151. RABIDAE TIGRES ABSVNT malum Armeniae. SAEVA LEONVM SEMINA malum Libyae. 'semina' autem genera, et est Lucretii sermo; nam quod ait 'saeva' aut cruenta accipimus: aut re vera 'saeva semina'; ut enim dicit Plinius, animalia haec, quae sunt cum acutis unguibus, frequenter parere non possunt; vitiantur enim intrinsecus se moventibus pullis.

152. NEC MISEROS FALLVNT ACONITA LEGENTES mira arte usus est, ut excusaret rem, quam negare non potuit; nam aconita nascuntur in Italia: sed non ea obesse dicit, quia sunt omnibus nota. haec autem herba nata dicitur de spumis Cerberi, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. quae quia in saxis et cotibus nascitur, aconitum dicitur *ἀπὸ τῆς ἀκόνης*, id est a cote: et dicimus *τὸ ἀκόνιτον καὶ τὰ ἀκόνιτα.*

153. NEQVE TANTO SQVAMEVS IN SPIRAM T. S. C. A. sunt quidem serpentes in Italia, sed non tales, quales in Aegypto aut in Africa. 'in spiram' autem in collectionem volubilitatis: quod est a funibus tractum.

155. ADDE TOT EGREGIAS VRBES laudat Italiam a civitatibus, quas et plures habet et maximas et oportunissime collocatas.

157. FLVMINAQVE ANTIQVOS S. L. M. quod laudat etiam Cicero in libris de re publica ⟨II 5, 10⟩. *et aliter: 'subter' pro 'sub'; 'sub' autem 'apud' significat.*

158. AN MARE QVOD SVPRA id est Adriaticum. ALLVIT INFRA id est Tyrrhenum.

159. TE LARI MAXIME Larius lacus est vicinus Alpibus, qui

---

1 Horatius] carm. II 6, 17

---

1 Horatius ... umbras *ediderunt Steph. et Dan.*, seu ... umbras *Fabr., qui haec addidit* ALIENIS MENSIBVS AESTAS id est quando alibi hiems, in Italia paene aestas videtur ‖ 2 brumas *Horatius* ‖ 3 unde *M* ‖ est *om. VH* ‖ 5 HIS *H* ‖ quia sunt bifere *V* id est biferae sunt *M* ‖ 6 RAPIDAE *PHm* ‖ 7 autem *om. M* ‖ 9 plemius *H* ‖ haec *om. P* ‖ 15 nota] unde dicit 'nec fallit legentes', vel quia ea scientes renuunt et reiiciunt, quod omnes scire significat. Aconita autem nata dicuntur esse de spumis Cerberi *e. q. s. Fabr.* ‖ spuma *M* ‖ 16 quae] quod *Fabr.* ‖ 17 ΑΠ ΤΗΟ ΑΚΟΝΗΟ *H* ‖ 23 a *om. A*, ex *a* ‖ 24 collocatas] OPERVMQVE LABOREM quae sunt in muris et moenibus urbium aliisque aedificiis et templis. CONGESTA MANV aedificata et constructa. et hic ipsas urbes non solum ex sua magnitudine, sed etiam ex opere nobili laudat. PRAERVPTIS SAXIS excelsis et magnis. et subaudi 'adde', scilicet ad laudem Italiae *add. Fabr.* ‖ 26 in libris de re publica *V*: in libro d. r. p. *A* in libri d. r. p. *P* in de re publica *H* in re publica *M*

iuxta Catonem in originibus, per LX tenditur milia. et 'Larius' 'Lari' facit, sicut 'Iulius' 'Iuli', 'Mercurius' 'Mercuri'. *et aliter: Larius lacus in Gallia est cisalpina, non amplius centum viginti stadiorum circuitu patens; Benacus in eadem regione mille et ducentorum.*

160. FLVCTIBVS ET FREMITV ADSVRGENS BENACE MARINO Benacus lacus est Italiae, qui magnitudine sui tempestates imitatur marinas. 'adsurgens' autem vocativus est casus 'memorem et te, o Benace adsurgens', id est tumescens fremitu marino: aut certe sit antiptosis pro 'adsurgentem'. *et 'assurgens' hic pro 'assurgentem'; pendet enim ex verbo 'memorem'.*

161. AN MEMOREM PORTVS LVCRINOQVE ADDITA CLAVSTRA in Baiano sinu Campaniae contra Puteolanam civitatem lacus sunt duo, Avernus et Lucrinus, qui olim propter copiam piscium vectigalia magna praestabant. sed cum maris impetus plerumque inrumpens exinde pisces excluderet et redemptores gravia damna paterentur, supplicaverunt senatui. et profectus C. Iulius Caesar ductis bracchiis exclusit partem maris, quae antea infesta esse consueverat, reliquitque breve spatium per Avernum, qua et piscium copia posset intrare et fluctus non essent molesti: quod opus Iulium dictum est. sed hic ambitiose undam Iuliam appellavit frementem contra moles a Iulio oppositas.

162. INDIGNATVM MAGNIS STRIDORIBVS AEQVOR a solita exclusum licentia et indignationem suam stridoribus prodens. *et aliter: Agrippa in secundo vitae suae dicit, excogitasse se, ut ex Lucrino lacu portum faceret. verum huius (operis) gloria Augusto cessit. 'indignatum' autem ideo dixit, quia quo tempore in Lucrinum lacum mare inmissum est, deinde, terra effossa inter ipsum Lucrinum et Avernum, contigit, ut duo lacus miscerentur, [et] tanta tempestas orta est, ut prodigii loco habita sit ac nuntiatum sit, simulacrum Averni sudasse: propter quod pontifices ibi piacularia sacra fecerunt. 'Iulia' autem 'unda' significat portum Puteolanum.* TYRRHENVSQVE FRETIS INMITTITVR AESTVS AVERNIS *ideo dixit, quoniam per Lucrinum mare Tyrrhenum influit in Avernum.* IVLIA VNDA *per prolepsin positum est,*

---

1 iuxta Catonem in originibus] p. 10, 13 Iord. ‖ 5 Benacus . . . marinas] exscr. Isid. or. XIII 19, 7 ‖ 13 Lucrinus qui . . . praestabant] cf. Isid. or. XIII 9, 8

---

1 LX] quadraginta *V* ‖ 2 Lari] larii *P*, Lari vocativum *vulgo* ‖ iulius iulii mercurius mercurii *P* ‖ 7 casus] ut sit *additur vulgo* ‖ 9 sit antiptosis] sit *om. P*, antiptosis est *V* ἀντίπτωσις est id est casus pro casu *Fabr.* ‖ 16 senatum *V* ‖ c.] G. *A, om. V* ‖ 17 bracchiis *M*: brachiis *APVm* braceis *H* ‖ 18 quo *G Burmanni* ‖ 20 hic *om. M* ‖ 24 lacum *V* ‖ 25 operis *addidi* ‖ gloriam *coni. Burmannus* ‖ indignatum autem . . . influit in Avernum *edidit Fabr.* ‖ 28 contigit *post* effossa *hab. V, transposui* ‖ et *seclusi* ‖ 32 Avernis] Estus averni *add. V*

ut loca prius laudet, quam illum, qui ea fecit, ut laudes inveniant auctorem, id est Augustum.

166. AVRO PLVRIMA FLVXIT copiosior fuit in rem pretiosiorem.

168. ADSVETVMQVE MALO LIGVREM id est labori, *(cum) inculta Alpium extrema possederit: 'assuetum' ergo nunc contentum, sic alibi parvoque assueta iuventus.* VOLSCOSQVE VERVTOS Italiae populi sunt. *et aliter: 'malo' pro labore, sicut e contrario laborem pro malo solet ponere, ut ibi ille dies primus leti primusque malorum causa fuit. et 'Vulscos verutos' quod verutis pugnent. hi sunt autem qui olim Ausones dicebantur. de Sabellis Varro in* AGE MODO *sic ait terra culturae causa attributa olim particulatim hominibus, ut Etruria Tuscis, Samnium Sabellis.*

169. EXTVLIT HAEC DECIOS *'extulit' est* creavit. Decii autem duo fuerunt, quorum unus bello Italico, alter Gallico se pro re publica devovere. MARIOS Marii multi fuerunt: quorum unus fuit septies consul. CAMILLOS abusive: nam unus fuit, qui a Gallis sublata signa revocavit.

170. SCIPIADAS pro Scipionibus, ut ducit Amazonidum pro 'Amazonum'. Scipiones autem duo fuerunt, avus et nepos: quorum unus leges victae Karthagini inposuit, alter eandem diruit. haec autem omnia plenius in sexto ⟨843⟩ memoravimus.

172. INBELLEM AVERTIS id est avertendo reddis inbellem. *et aliter: avertis et inbellem facis. an 'inbellem' victum iam, nec bellantem? ceterum quid grande, si inbellem avertis?* ROMANIS autem ARCIBVS a Romanis urbibus, a Romano imperio. † *subfacta ut fertilitatem habentia rora.*

174. MAGNA VIRVM virorum fortium. et iam concludit, laudans a viris, a fertilitate rerum, a Saturni imperio. TIBI INGREDIOR

---

6 parvoque] A. IX 604 ‖ 8 ille dies] A. IV 169 ‖ 10 Varro in Age modo] p. 98, 3 Riese ‖ 18 ducit Amazonidum] A. I 490

---

4 inculta ... iuventus *ab Vrsino not. ad Serv. p.* 288 *edita Serviano scholio addidit Masvicius* ‖ cum *inserui* ‖ 5 postrema possident *Masvicius* ‖ igitur *Masvicius* ‖ contentum *Vrsinus*: contemptum *V* ‖ 6 VVLSCOSQVE *P* VVLSCOS *V* VVLCOSQVE *H* ‖ 7 sunt] iaculo utentes in modum veru, vel quia verutis pugnant *add. Fabr.* ‖ 9 hi sunt *Vrsinus*: his *V* ‖ 10 barro *V* ‖ 14 Italico] Latino *Masvicius* ‖ se deuouere pro re publica *VM* ‖ 16 abusive pluralem numerum pro singulari; nam Camillus unus fuit *e. q. s. Fabr.* ‖ a *om. V* ‖ 18 SCIPIADAS] scipiadas *add. M* ‖ ut ... Amazonum] dixit sicut 'Amazonidum' pro 'Amazonum' alibi posuit *vulgo* ‖ ut dicit *AHM* ‖ 20 uiste *A* (uictae *a*) ‖ 21 memorabimus *A* (memoravimus *a*) ‖ 24 quid *Vrs.*: quod *V* ‖ 25 subfacta ... rora *non edidit Vrs.: pertinere videntur ad v.* 174 *'tibi ... ingredior'. fort.* sensus: faciam ut fertilitatem habeant tua rura. *ad 'Saturnia tellus' referenda esse censet F. Schoell, ut scribatur* ob facta Saturni et f. h. rura ‖ 26 *ad v.* 173 *haec edidit Fabr.* SALVE MAGNA PARENS posteaquam eam diutius laudavit, vertit se ad eam et bene dicit eam laudans 'Saturnia tellus': nam in Italia Saturnus regnavit ‖ 27 laudans] eam *add. Fabr.*

in tuam utilitatem scribo carmen georgicum. 'antiquae' autem 'laudis' vel magnae, vel quod apud maiores in ingenti honore fuerat agricultura.

176. ASCRAEVM Hesiodicum: nam Hesiodus de civitate Ascra fuit.

177. NVNC LOCVS ARVORVM INGENIIS naturis. tempus est, inquit, naturam agrorum describere. et multi hoc loco culpant Vergilium, quod in unum coegit quattuor librorum propositionem; nam et de arvo et de consito et de pascuo et de floreo in isto loco commemorat: quod ideo non est reprehendendum, quod non ea late exsequitur, sed capitatim et breviter transit quae latius explanat in singulis. QVAE ROBORA CVIQVE quae sit uniuscuiusque possibilitas.

178. QVIS COLOR quae species, quo modo dicimus 'quo colore ille recitavit': licet breviter sit dicturus etiam de colore terrarum.

179. DIFFICILES PRIMVM T. paene steriles, parum creantes. MALIGNI infecundi, *quia malignum veteres exiguum dicebant, ut ipse alibi quale per incertam lunam sub luce maligna est iter in silvis.*

180. TENVIS VBI ARGILLA sine umore, quia est et pinguis. CALCVLVS lapis brevis terrae admixtus, dictus calculus, quod sine molestia sui brevitate calcetur.

181. VIVACIS OLIVAE diu viventis. hinc supra ⟨II 3⟩ tarde crescentis olivae: res enim diu duratura tarde crescat necesse est.

182. TRACTV plaga, regione. (**TRACTV S. O. F. P. id est) ubi fertilis sit.*

184. DVLCIQVE VLIGINE uligo proprie est naturalis terrae umor, ex ea numquam recedens. bene autem 'dulci' addidit ad discretionem amarae. uliginosus ergo ager est semper uvidus; nam umidus dicitur, qui aliquando siccatur. *et aliter: uligo dicitur naturalis terrae umor.*

---

5 Ingeniis naturis] cf. Non. p. 322, 32 ‖ 16 Maligni infecundi] cf. Non. p. 346, 1 ‖ 17 alibi] A. VI 270 ‖ 20 dictus calculus ... calcetur] exscr. Isid. or. XVI 3, 5; XVIII 62 ‖ 26 uligo ... siccatur] exscr. Isid. or. XV 13, 14

---

4 Hesiodus] ascraeus *add.* *M* ‖ ascrea *A* ‖ 5 naturis ... describere] nunc tempus est ... describere. 'ingeniis' naturis *Fabr.* ‖ naturis] ingeniis naturis *V* ‖ 6 uergilium *V* ‖ 7 coegit *AM*: cogit *PVH* ‖ 8 floro *PM* (floreo *p*) florido *Fabr.* ‖ 9 reprehendendus *V* ‖ quia non *H* ‖ 10 capitatim *PVHam*: capitatem *A* captatim *M* carptim *vulgo* ‖ quae] his *add.* *H* ‖ 14 recitavit] id est specie *add.* *Fabr.* ‖ 16 quia malignum ... in silvis *edidit* *Vrsinus l. l.* ‖ exiguum] infecundum *Vrsinus* ‖ 21 sui] sub *V* ‖ 24 TRACTV ... id est *inserui* ‖ 25 fertilis sit *ego*: fertile sit *V* ‖ *ad v.* 182 OLEASTER olea silvestris. PLVRIMVS abundans. STRATI AGRI operti. BACIS SILVESTRIBVS olivis ex oleastro natis *Fabr.* ‖ 26 uligo] terrae uligo *AHM* ‖ 28 ager est semper] aggerem super *H* ‖ uvidus *APH*: humidus *VM*. *cf. Serv. ad buc.* X 20 ‖ 29 umidus *A*: humidus *VMa* uuidus *P* huidus *H*

187. HVC *pro* 'illuc'.

188. FELICEM LIMVM terrarum scilicet, id est fertilem: nam fluminum limus est noxius.

189. ET FILICEM CVRVIS INVISAM P. A. radices enim eius sibi in vicem sunt nexae et avulsae renascuntur.

190. OLIM quovis tempore.

192. PATERIS ET AVRO pateris aureis: ἓν διὰ δυοῖν, ut molemque et montes.

193. PINGVIS TYRRHENVS victimarum scilicet carnibus: **Plautus in Aulularia* ⟨II 5, 6⟩ *tibi dabitur pinguior tibicina, quae propter assidua sacrificia pinguescit.** EBVR autem tibiarum dicit, quibus in aurem sacerdotis cani solebat.

194. LANCIBVS PANDIS aut patulis aut extorum pondere curvatis. *et aliter: 'reddimus', quia debentur. et 'pandis' cavis, ut ipse alibi* ⟨445⟩ *et pandas ratibus posuere carinas.* REDDIMVS EXTA sacerdotum usus est verbo; reddi enim dicebantur exta, cum probata et elixa arae superponebantur.

195. *SIN ARMENTA quare de armentis dicit, cum tertius liber ad pecudes divisus sit? solvitur sic: varietatis causa, ne uniformis narratio esset. nunc et 'armenta' non de his dicit, sed de terra, quae utilis sit armentis. ante enim posuit quae nutriantur, et sic quae nutrit.*

196. VRENTES CVLTA CAPELLAS omne enim, quod momorderint, urunt: unde est ⟨II 379⟩ et admorso signata in stirpe cicatrix.

197. SATVRI TARENTI aut fecundi aut quod est iuxta oppidum Saturum; Tarentum enim et Saturum vicinae sunt sibi Calabriae civitates: Horatius me Satureiano vectari rura caballo. *et aliter: fertilis, quia regio eius herbosa est. alii dicunt agrum, in quo condita est Tarentus, Saturum vocari.*

---

7 molemque] A. I 61 ‖ 27 Horatius] sat. I 6, 59

---

1 *scholia ad v.* 187—189 *om. A* ‖ HVC illuc *post* noxius *hab. libri* ‖ 2 fertilis *V* ‖ 4 radices ... renascuntur] filicis radices sibi invicem nexae, etiam cum avulsae fuerunt renascuntur *Fabr.* ‖ 7 endiadyin *A V* endiadyn *P* ENDOAΘYIN *H* enniadin *M* (Endiadin una res in duas diuisa *in marg. m*) ‖ 9 carnibus] ut Plaut. in Aul. 'tibi dabitur pinguior fidicina'. quia propter assidua sacrificia pingues fiunt *edidit Fabr.* ‖ Plautus ... pinguescit *post* montes *hab. V* ‖ 10 aulolaria *V* ‖ tibi cena *V* ‖ 11 assiduos *V* ‖ pinguescunt *V* ‖ 12 canere solebant *V* ‖ 13 aut ex patulis *M* ‖ incuruatis *V* ‖ 21 nutriantur *ego*: nutriant *V* ‖ 23 urunt] et exiccant *add. Fabr.* ‖ admorso *A* (admorsu *a*) amorso *PHV* amorsu *M* ‖ 25 SATIRI *M* ‖ 26 satyrum *VM* ‖ enim *om. V* ‖ satyrum *VM* ‖ 27 me] ne *H* ‖ satur iano *A* saturaelano *H* satyriano *M* ‖ vectari] libet *add. V* ‖ 29 satyram *V* ‖ *ad v.* 198 *et* 199 *haec scholia edidit Fabr.* ET QVALEM INFELIX A. M. C. quando scilicet Augustus agros Mantuanos cum agris Cremonensium militibus suis dedit. dicit autem campum aptum ad pascenda animalia. NIVEOS

200. LIQVIDI FONTES puri, sine pestilentia.

201. ET QVANTVM LONGIS C. A. D. E. T. G. R. N. R. ut in Aeneide ⟨VII 712⟩ diximus, hoc dicit Varro fuisse in Rosulano agro, postquam Velinus siccatus est lacus: ubi longam perticam magnitudo superabat herbarum.

207. AVT VNDE IRATVS infecunditati diuturnae. *et aliter: quod tam diu locus cessavit.*

209. ANTIQVASQVE DOMOS aut re vera antiquas, aut caras: Sallustius tantum antiquitatis curaeque maioribus pro Italica gente fuit. est autem ecbasis in ista descriptione.

212. IEIVNA GLAREA sicca et sterilis terra. casia autem et ros marinus apibus aptae sunt herbae. *et aliter: rorem, quem marinum vocant, dicit. et est humile virgultum, quod in exilibus agris nascitur.*

214. TOPHVS SCABER lapis asperrimus: unde et scabies dicitur ab asperitate. NIGRIS nocentibus, *noxiis.*

215. NEGANT scilicet Solinus et Nicander, qui de his rebus scripserunt.

216. *DVLCEM ordo est 'aeque dulcem', hoc est tam dulcem.*

217. QVAE TENVEM EXHALAT NEBVLAM dicit agrum omnium rerum feracem: quattuor enim genera agrorum imitatur qui solus potest, quod illi quattuor, sicut sequentia indicant. FVMOSQVE VOLVCRES quasi fumos: scilicet ex umore.

219. SVO GRAMINE naturali scilicet, non coacto.

---

9 Sallustius] hist. I 14 Dietsch I 15 Kritz. cf. Fronto de orat. p. 162 Nab.

CYGNOS candidos. HERBOSO FLVMINE pratis iuxta flumen positis ‖ 3 hoc dicit Varro: tantam ubertatem fuisse ... lacus, ut ibi ... superaret herbarum *Fabr.* ‖ ros///ulano *H* (*una littera erasa*) ‖ *ad v.* 203—206 *haec scholia edidit Fabricius* NIGRA FERE non per omnia nigra, sed pene. PINGVIS TERRA crassi et abundantis humoris. PVTRE SOLVM solubile. HOC IMITAMVR ARANDO haec arando inspicimus et uidere solemus. OPTIMA FRVMENTIS subaudi, est huiusmodi terra. AEQVORE id est agro vel campo. PLVRA DOMVM TARDIS plura comparativum est: nam dicit huius modi terram tantae fertilitatis esse, ut ex nullo agro amplius agricola aliquis frumentum colligat, quam ex ea quae huiuscemodi est. DOMVM DECEDERE id est ad domum redire. TARDIS IVVENCIS gravatis pondere ex copia frumenti ‖ 6 infecunditate diuturna *P V* infecunditati diuturno *H* ‖ 9 antiquitas *P* ‖ maioribus] meatibus *H* ‖ 10 haecbasis *PH* ‖ descreptione *P* discriptione *ex* inscriptione *H* ‖ *ad v.* 210 *et* 211 *haec edidit Fabr.* ENITVIT fertilitate iucundus extitit. IMPVLSO VOMERE immisso aratro, scilicet ab agricolis ‖ 11 casia autem] CASIAS casia autem *V* CASIAS ROREMQVE casia *vulgo* ‖ 17 Solinus] Philinus *coni. G. Knaack Herm.* XVIII (1883) *p.* 33 *conl. Plin. n. h.* XX 247 *et Athen.* XV *p.* 681 *sq. cf. E. Rhode Rhein. Mus.* XXVIII *p.* 273 *sqq.* ‖ 19 DVLCEM F. C. ordo est ... tam dulcem *edidit Fabr.* ‖ 20 dicit] nunc dicit *Fabr.* ‖ 23 scilicet *om. V* ‖ 24 ᶜᵒacto *M* ‖ coacto] nam cum ager alia, quam ei natura dederit, aut amplius profert, per studium culturae cogi videtur. hic autem de eo dicit, qui herbis naturaliter abundat. VIRIDI SEMPER SE GRAMINE VESTIT id est herbis semper est plena, non per semen acceptis, sed naturaliter prolatis *add. Fabr.*

220. SCABIE ET S. L. R. F. proprie: nam rubigo quasi scabies ferri est.

224. DIVES CAPVA ideo 'dives', quia 'talem arat'. VESAEVO Vesaevus mons est Liguriae, sub Alpibus positus: nam Campaniae Vesuvius dicitur, pro quo multi Vesaevum positum volunt. *et aliter: Campaniaę mons Vesaevus. et hoc emendavit ipse, quia Nolam posuerat: nam postea offensus a Nolanis, qui eidem aquam negaverant, 'ora' pro 'Nola' posuit.*

225. VACVIS CLANIVS NON AEQVVS ACERRIS Acerrae civitas est Campaniae, haud longe a Neapoli, quam Clanius praeterfluit fluvius, cuius frequens inundatio eam exhaurit: unde ait 'vacuis', id est infrequentibus. *et aliter: Acerrae est civitas Campaniae, ex parte a Campanis, ex parte a Sidicinis condita. Clanius autem amnis. hic cum increvit, agros paludes facit, interdum ingressus oppidum recedere municipes cogit, et ideo vacuae Acerrae. alibi sic: constat Acerranos ab Hannibale secundo bello Punico captos et necatos, unde ait vacuas Acerras.*

227. SVPRA MOREM abundanter, plus aequo. isti autem versus incomparabiles sunt: tantam habent sine aliqua perissologia repetitionem. *et aliter: ordo est: si requiras, rara sit, an supra morem sit densa. et 'supra morem' hic pro 'valde' est positum, hoc est 'supra modum', 'supra iustum'.*

229. DENSA MAGIS CERERI bene addidit 'magis'; nam hoc vult ostendere, quid ubi melius nascitur: potest enim et frumentum in rara et vinum in densa, sed non feliciter, nasci.

230. CAPIES eliges, ut aut capere aut captas iam despectare videntur. *et aliter: id est eliges, ut nunc terras ordine longo.*

231. IN SOLIDO ne ager sit concavus.

234. APTIVS VBER aptior ubertas et fertilitas.

236. CVNCTANTES validas, magnas, graves, ut avidusque refringit cunctantem.

---

6 et hoc emendavit ipse ... posuit] cf. Gell. VI 20, 1 sqq. ‖ 26 Capies eliges] cf. Non. p. 253, 6 ‖ aut capere] A. I 396 ‖ 31 avidusque] A. VI 210

---

1 ET] AVT *AH* ‖ prope *H* ‖ 3 VESAEVO uesaeuus *AM*: VESEVO ueseuus *P VH* ‖ ‖ 4 est *om. M* ‖ Campaniae] campanus *M*, Campaniae mons quidam *Fabr.* ‖ 5 uesubius *V* uesuius *a* ‖ uaesaeuum *A* ueseuum *PV* ueseuium *H* ‖ positum] esse positum *Daniel* ‖ 6 ueseuus *V* ‖ 7 *malim* qui ei aquam denegaverant ‖ 10 neopoli *P* neapolim *H* ‖ 12 et aliter Acerrae ... Acerras *non edidit Vrsinus* ‖ 13 condicta *V, correxi* ‖ 14 increbit *V* ‖ 15 *malim* alii sic ‖ 18 illi *V* ‖ 19 tantum *AP* ‖ 23 addit *PH* ‖ 24 quod *A* (quid *a*) ‖ nascatur *V* ‖ 25 raro *V* ‖ 26 despectare] di. *H* ‖ 30 aptius *V* ‖ 31 refringit *ex* refingit *P* refrigit *M*

237. EXPECTA proba, ut et rebus expectata iuventus.

238. (*SALSA AVTEM TELLVS*) *ET QVAE PERHIBETVR AMARA hyperbaton, id est 'salsa tellus tale dabit specimen'. et 'specimen' pro argumento.*

239. MANSVESCIT ARANDO dum aratur: alibi de arboribus ita ⟨II 51⟩ exuerint silvestrem animum.

240. SVA NOMINA propriam generositatem, ut et nos aliquod nomenque decusque gessimus.

241. *TALE DABIT* SPECIMEN *documentum*, *δεῖγμα*, probationem talem. SPISSO VIMINE spissi viminis.

242. COLAQVE PRELORVM qualos, per quos vinum defluit, qui et ipsi a colando dicti sunt. prela autem sunt trabes, quibus uva calcata iam premitur.

244. ELVCTABITVR cum mora egredietur.

247. AMAROR amaritudo: et est sermo Lucretii ⟨IV 224⟩. et vera lectio ipsa est: nam multi 'amaro' legunt, ut sit 'sensu amaro'.

250. *AD DIGITOS pro 'inter digitos'. et* HABENDO dum habetur. LENTESCIT id est cohaeret.

251. IVSTO LAETIOR ultra modum, plus quam oportet.

252. A NIMIVM NE SIT MIHI FERTILIS ILLA scilicet ne herbae, plus aequo crescentes, spem adimant frumentorum: unde ait in primo ⟨112⟩ luxuriem segetum tenera depascit in herba.

253. PRIMIS ARISTIS herbis surgentibus, quarum luxuries futuris frugibus nocet, quas culmi tenues ferre non possunt.

256. ET QVISQVIS COLOR vera lectio haec est: nam male quidam 'et quis cuique' legunt, excludentes 'at', ut sit 'et quis cuique color: sceleratum exquirere frigus difficile est'. alii 'colos' legunt, ut excluso 's' fiat synalipha et scandamus 'et quis cuique colat sceleratum', ut sic sit, quemadmodum inter se coisse viros et decernere ferro. quod non procedit: tunc enim 'r' in 's' muta-

---

7 et nos] A. II 89 ‖ 11 qualos ... premitur] exscr. Isid. or. XX 14, 12 sq. ‖ 15 et vera ... amaro] cf. Gell. I 21 ‖ 29 inter se] A. XII 709

---

1 expectata *libri, nisi quod* expecta *H*, spectata *a* ‖ 6 animam *H* ‖ 7 ut *om. H* ‖ aliquid *ex* aliquando *H* ‖ 9 tale dabit specimen documentum. Specimen dignam probationem *V* ‖ *δεῖγμα scripsi*: dignam *libri, om. Fabricius* ‖ 10 talem *om. VM* ‖ 11 qualas *H* ‖ qui] quae *P* quia *V* ‖ 12 et ipsi cola a colando *P* ‖ trabes *om. P* ‖ 14 egreditur *H* ‖ 15 AMARO *H* ‖ 16 multi *om. P* ‖ 17 habentur *M* ‖ 18 cohaeret] HVMOR quae humore abundat et aqua *add. Fabr.* ‖ 24 nocent *A* ‖ possunt] IPSO TACITAM SE PONDERE PRODIT id est si manu teneatur eius aliqua pars, statim sciri potest ex pondere, gravem et validam esse terram *add. Fabr.* ‖ 25 VT *A* (ET *a*) ‖ quidam male *A* ‖ 26 et quisquque *H* (et quis cuique *h*) ‖ quis] qui *H* ‖ 27 frigus] quibus *add. VM* ‖ colo *H* ‖ 28 synalipha *PH* synalifa *A* sinalympha *V* sinalifa *M* ‖ scandamus ita *vulgo* ‖ 29 coiisse *V*

tur, cum longa opus est syllaba, ut 'color colos' 'labor labos'; hic autem non solum longam non facit syllabam, sed etiam excluditur 's' cum superiore vocali: unde legendum est 'et quisquis color', quod nec obscuritatem adfert nec fidem derogat lectioni. SCELERATVM nocens, omnia exurens.

258. HEDERAE PANDVNT VESTIGIA NIGRAE hederae indicant frigus; nam 'vestigia' appellavit indicia. 'nigrae' autem ad albarum discretionem, ut hedera formosior alba. *et aliter: frigidae terrae argumenta demonstrat.*

259. HIS ANIMADVERSIS agri qualitate deprehensa. TERRAM MVLTO ANTE MEMENTO E. hoc dicit, non esse eo anno ponendas vites, quo fodiuntur scrobes, sed post annum, ut calore, frigore, labore rustici possit terra putrefieri.

262. INFODIAS obruas.

263. *OPTIMA PVTRI* (*ARVA SOLO*) *sensus: optima arva sunt si putrefit solum. et quia rem difficilem videbatur praecepisse, adiecit et 'id venti curant gelidaeque pruinae', per quod docuit nos, oportere ut solibus et pruinis coquatur: ipse alibi* ⟨204⟩ *et cui putre solum, namque hoc imitamur arando.*

264. ET LABEFACTA MOVENS hypallage: movens et labefaciens. *et aliter: nota figura, movendo labefaciens, aut movens et labefaciens.*

266. ANTE LOCVM SIMILEM EXQVIRVNT dicit, in translatione arborum similem terram esse requirendam.

267. ARBORIBVS SEGES quia de seminario loquitur, arborum bene segetem appellavit. DIGESTA FERATVR ordinata, ut digerit in numerum atque antro seclusa relinquit. *et aliter: antistrophe, hoc est translata digeratur.*

---

8 hedera] buc. VII 38 ‖ 25 digerit] A. III 446

---

1 labos] quando mutas r in s *add. H,* honor et honos *additur vulgo* ‖ hinc *H* ‖ 2 longam ... syllabam] longa non fit syllaba *P* ‖ 3 s] etiam *P, om. V* ‖ superiori *AH* ‖ uocabuli *H* ‖ unde] ut diximus *add. V* ‖ et quisquis] et quis *P* ut quisquis *H* ‖ 4 SCELERATVM ... exurens] EXQVIRERE FRIGVS nocens omnia exquirens *V* ‖ 5 exurens] excludens *M* (at. exurens *supr. vers. m*). EXQVIRERE FRIGVS DIFFICILE EST id est terram, cui frigus dominatur, exquirere difficile est *add. Fabr.* ‖ 6 HEDERAE *om. APHM* ‖ hederae] terrae *V. fortasse* hederae terrae ‖ indicat *V* indiciant *H* ‖ 11 E.] et *PVH* ‖ 12 frigore] et frigore *V* ‖ 13 labore] et labore *M, om. V* ‖ rustico *V* ‖ 14 obruas] ODSTRVAS *A* OBSTRVAS *a.* VITIS GENVS id est ita fac scrobes, ut eodem anno quo factae fuerint hieme contegantur, et anno sequenti vites ponas. OPTIMA PVTRI id est ad vites ponendas putre solum, id est solubile, optimum est. et quia ... ut cui putre solum *add. Fabr.* ‖ 15 putrescit *Vrsinus* ‖ 17 per] propter *idem* ‖ 18 ut cui *V* ‖ 20 ypallage *libri* ‖ 21 figuram *Vrsinus* ‖ 24 ARBORIBVS ... appellavit] *om. M.* VBI PRIMA PARETVR ARBORIBVS SEGES id est ubi arbores, ante hac fructuosae vel etiam agrestes, degeneres effectae, fructuosae et saporis congrui existere possint. et bene, quia de seminario loquitur, arborum segetem appellavit *Fabr.* ‖ 26 antro] h. *AH* ‖ 27 digerantur *V*

268. MATREM terram, ut antiquam exquirite matrem.

269. *IN CORTICE plantae scilicet.*

271. AXI septentrioni; nam ἅμαξα dicitur. *et aliter: id est septentrionali.*

273. COLLIBVS AN PLANO MELIVS SIT P. V. Q. P. atqui supra ait ⟨112⟩ denique apertos Bacchus amat colles; sed etiam in vallibus poni posse vites superius indicavit, ut ⟨190⟩ hic tibi praevalidas olim multoque fluentes sufficiet Baccho vites: unde modo utrumque conplectitur et dicit quemadmodum in plano, quemadmodum in collibus vites ponere debemus.

274. METABERE eliges. et longe alia significatio est 'metor metaris' — unde Lucanus ⟨I 382⟩ Hesperios audax veniam metator in agros — et alia 'metior metiris'; illud enim 'metatus sum', hoc 'mensus sum' facit.

275. DENSA SERE pro dense, ut ⟨III 499⟩ et pede terram crebra ferit.

276. *COLLESQVE SVPINOS et hic subaudiendum 'metabere'.*

277. INDVLGE ORDINIBVS da operam, ut indulgent vino, et eos effice largiores: nam de plano ait 'densa sere'. *et aliter: da spatia.* *NEC SECIVS minus.* IN VNGVEM ad perfectionem. et est translatio a marmorariis, qui iuncturas *marmorum* unguibus probant: Horatius ad unguem factus homo.

278. ARBORIBVS POSITIS vitibus ordinatis. SECTO LIMITE ducto: unde et sectae philosophorum dicuntur, id est ductus. QVADRET consentiat, congruat: translatio a quadris lapidibus, qui sibi bene conveniunt.

281. FLVCTVAT splendet.

284. NVMERIS ordinationibus.

285. PASCAT PROSPECTVS delectet, ut atque animum pictura pascit inani.

288. FORSITAN ET SCROBIBVS QVAE S. F. Q. ut etiam supra

---

1 antiquam] A. III 96 ‖ 17 indulgent] A. IX 163 ‖ 18 et aliter: da spatia] cf. Non. p. 326, 8 ‖ 21 Horatius] sat. I 5, 32 ‖ 28 atque animum] A. I 464

2 IN CORTICE plantae scilicet *ed. Vrs. not. ad Serv. p.* 288 ‖ 3 nam amaxa *A*: nam axa *PH* nam axis *V* nam grece axa *Ma* ‖ 8 sufficient *V* ‖ 9 quemadmodum et in plano quemadmodum et in collibus *V* ‖ 12 metiris *M* (metaris *m*) ‖ esperios *V* ‖ 13 metator *ex* metotor *A* ‖ metiar *P* (metior *p*) metor *V* ‖ meteris *V* ‖ enim] etiam *P* ‖ 14 mensus sum *PM*: messus sum *AV* mersum *H* ‖ facit] ut (*A.* XI 68) messum e pollice florem *add. V* ‖ 15 pedem terram *A* terram pede *VM* pedem terra *H* ‖ 16 ferit] pro crebro *additur vulgo* ‖ 18 uinos *V* ‖ 19 eos] ordines *Masvicius* ‖ 26 bene] inuicem *V* ‖ 29 PROSPECTVS] I. *add. A,* id est *P* ‖ 30 inani] VIRES AEQVAS id est fertilitatem aequalem omnibus viribus. IN VACVVM in apertum et patulum. EXTENDERE excrescere *add. Fabr.*

⟨50⟩ diximus, 'scrobes' masculini sunt generis: nam et Cicero in oeconomicis sic dicit, et Plautus ait sexagenos *in dies* scrobes. minor autem est Lucani et Gracchi auctoritas: nam Lucanus ait ⟨VIII 756⟩ exigua posuit scrobe, Gracchus abunde fossa scrobis est, quod exemplum in Terentiano est. QVAE SINT FASTIGIA fastigium et summae et imae partis possumus dicere, sicut altum et mare et caelum dicimus: hinc est caelumque profundum, cum et puteus sit profundus. *'fastigia' infimas altitudines dixit, 'scrobibus' pro humillima scrobe posuit, ut* ⟨23⟩ *hic plantas tenero abscidens de corpore matrum deposuit sulcis et rursus* ⟨61⟩ *omnibus est labor impendendus et omnes cogendae in sulcum ac multa mercede domandae.*

289. AVSIM ausus sim, audebo. SVLCO fossae.

291. AESCVLVS IN PRIMIS arbor est glandifera: quae licet ab esu dicta sit, tamen 'aes' per 'ae' est, sicut et 'caelatum', licet a celo habeat derivationem.

293. NON FLABRA hoc nomen tantum pluralem recipit numerum. ab eo vero, quod est 'flamina', 'flamen' possumus dicere: licet sit vitandum propter aliam significationem; nam dicitur flamen Dialis, flamen Martialis. *et aliter: 'flabra' producta prima syllaba legendum.*

295. *DVRANDO diu vivendo.*

299. CORYLVM SERE radices enim eius nocent vitibus. *et aliter: corylos antipharmacon esse aiunt, quod infra manifestum facit dicendo* ⟨396⟩ *in veribus torrebimus exta colurnis, scilicet ut*

1 Plautus] Amphitr. fragm. VI p. 116 Goetz. ‖ 4 in Terentiano] v. 987. cf. Keilii adnotatio ‖ 5 fastigium ... dicere; 7 fastigia ... dixit] cf. Non. p. 302, 9; 463, 27. comm. Luc. IV 296 ‖ 6 caelumque] buc. IV 51 ‖ 13 arbor est glandifera e. q. s.] cf. Isid. or. XVII 7, 28

2 eoconomicis *AH* oectonomicis *V* ‖ sexagenos in dies scrobes *V* ‖ 3 minor] non minor *V* ‖ Lucani *unus P habet, om. reliqui* ‖ grachi *AVM* (gracchi *a*) ‖ 4 grachus *VM* ‖ 5 scobis *M* (scrobis *m*) ‖ exemplo *A* (exemplum *a*) ‖ terrentiano *AH* ‖ 6 fastigium *om. A* (*supr. vers. add. a*) ‖ et summas et imas partes *V* ‖ partes *A* (partis *a*) ‖ 8 fastigia ... domandae *post* aut ego (*l.* 12) *hab. V* ‖ 13 ausus sum *P* ‖ audebo] aut ego *V* ‖ SVLCO fossae *om. V* ‖ fossae *P*: fossa *AHM* ‖ 14 est *om. V* ‖ grandifera *H* ‖ 15 aesu *V* ‖ 'aes' per 'ae' est *ego*: aspera est *A* e. a. praeest *P* (ea aspera est *man. saec. XV supr. vers.*) aes per dypthongon scribitur *V* spe est *H* per ae *M* per ae scribitur *am et vulgo* ‖ 16 celo] caelo *HM*, celo celas *vulgo* ‖ derivationem] tamen alterius (altius *M*) est sensus: nam caelum dicimus quod uidemus et omnibus (uidentibus *add. M*) patet, caelatum autem dicitur quod a uisu absconditur *add. H. eadem inter* caelatum *et* licet *hab. M* ‖ *ad v.* 292 *hoc scholium edidit Fabr.* TANTVM RADICE IN TARTARA TENDIT id est quantum altior summitate sui consurgit, tantum etiam radicibus ima terrae profundius penetrat. ‖ 17 NON FLABRA ... significationem *om. A, in marg. super. add. a* ‖ recipit] retinet *V* ‖ 19 nam ... Martialis] nam masculino genere flamen significat sacerdotem flamen dialis flamen martialis *M* (dicitur *post* nam *supr. vers. add. m*) ‖ 23 CORILVM *AVM*

hostia nocens eo virgulto coquatur, quod vitibus nocet. NEVE FLAGELLA S. P. flagella dicuntur summae arborum partes ab eo, quod ventorum crebros sustinent flatus.

300. *EX ARBORE PLANTAS 'plantas' sagittas dicit, id est sarmentum de summa parte praecisum.*

301. TANTVS AMOR TERRAE sic diligenter a rustico ager colendus est. (*TANTVS A. T.*) **etenim quae propinqua terrae sunt praecipue comprehendunt et valida sunt.** (*NEV*) *FERRO LAEDE RETVSO* (*SEMINA*) *quare 'retuso'? solvitur: quoniam hebes ferrum vulnerat magis, quam secat. 'retuso' hoc est gurdo, quo magis vites quassantur, non putantur. et 'semina' hic pro plantis posuit.* FERRO LAEDE RETVSO 'retuso' obtuso, quo vites quassantur potius, quam putantur.

302. NEVE OLEAE SILVESTRES I. T. non quo non prosit, sed, ut etiam ipse dicit, propter casum incendii.

303. INCAVTIS PASTORIBVS neglegentibus, circa alia occupatis.

308. ET RVIT ATRAM egerit, emittit, ruere facit: nam modo agentis est *'nubem de se ruit atram'. 'ruit nubem' fert: ipse alibi totumque a sedibus imis una Eurusque Notusque ruunt. et nove 'ruit ad caelum' dixit.*

310. A VERTICE ab aquilone, ut ⟨I 242⟩ hic vertex nobis semper sublimis.

311. FERENS flans, ut fieret vento mora nequa ferenti.

312. HOC VBI subaudis 'contigerit'. *et aliter: quidam distinguunt 'hoc ubi non', et erit sensus: ubi oleae in oleastrum insitae non fuerint, etiam si incendio conflagrarint, exustae a trunco reviviscent et caesae reverti possunt atque ima similes revirescere terra. insitae autem cum summe perierint, oleastri truncus remanet.*

314. SVPERAT superest, ut quid puer Ascanius? superatne?

2 flagella ... flatus] exscr. Isid. or. XVII 5, 8; 6, 19. cf. diff. verb. 575 || 16 Ruit egerit e. q. s.] cf. Non. p. 380, 15 || 18 totumque] A. I 84 || 22 fieret] A. III 473 || 28 quid] A. III 339

3 crebro *M* || flatus] AVT SVMMA DEERINGE AB ARBORE PLANTAS dicit, non esse summitatem vitium amputandam, ut tantum plantae fiant *add. Fabr.* || 6 diligenter *om. V* || 7 TANTVS A. T. etenim ... pro plantis posuit] *sic scholium constitui:* FERRO LAEDE RETVSO quare tuso (retuso *v*) ... quam secat. LAEDE RETVSO retuso (*ex* retunso) hoc est gurdo ... non putantur. SEMINA NEVE OLEAE etenim ... et ualida sunt. et semina ... posuit *V. ex his nihil Vrsinus edidit, nisi* FERRO ... quam secat. || 8 comprehendunt] *i. e. adhaerescunt. cf. Colum. d. r. r.* III 5 *p.* 118 *et* V 6 *p.* 217 *ed. Bip.* || 11 *Servianum scholium ad* FERRVM L. R. *om. V* || 12 RETVNSO *A* || retuso *H*: retunso *A, om. PM* (.s.tuso *add. m*) || obtuso *PH*: obtunso *A* optuso *M* || 13 quo *APHM*: quia *V* quod *a* || non *om. M* || prosint *V* || sed *om. A* (*add. a*) || 14 dixit *P* || 16 ruere] reuere *AP* (*corr. a*) et ruere *vulgo* || modo] ruit *additur vulgo* || 17 nube deseruit atram *pro lemmate V* || 19 nove ruit *ego*: nouerit *V* || 22 FVRENS *a* || fieret] at feret *supr. vers. m* || furenti *A* || 23 contigerit] INFELIX infoecundus et sterilis *add. Fabr.* || 24 insite *V* || 27 *an* summae? || 28 superatne] uescitur aura *add. V*

315. NEC TIBI TAM PRVDENS QVISQVAM P. A. dicit quo tempore ponendae sint vites: et probat tolerabilius autumno, melius verno; nam dicturus est ⟨323⟩ ver adeo frondi nemorum, ver utile silvis, *id est valde.*

316. *MOVERE non arari prohibet: neque enim hic de arvis loquitur, sed scrobes fieri vetat.*

317. *NEC SEMINE IACTO syllepsis per adsumptionem casus: nam ex ablativo, id est 'semine', assumendus nominativus, hoc est 'semen', et erit sic: nec semine iacto patitur semen radicem terrae affigere. 'concretam' vero utrum 'quae concreverit', an commixtam dixit? et 'iacto semine' hic est 'deposito'.*

318. CONCRETAM RADICEM ante enim quasi gutta quaedam est, ex umore et terra procreata, quae postea tenditur in radicem.

319. VERE RVBENTI floribus splendido.

320. CANDIDA VENIT A. L. I. C. Iuvenalis ⟨XIV 74⟩ serpente ciconia pullos nutrit.

323. *VER ADEO FRONDI 'adeo' abundat. et 'utile' bis subaudiendum.*

324. VERE TVMENT TERRAE ET GENITALIA S. P. Asper simpliciter accipit, ut 'terrae' nominativus pluralis sit; Donatus vero 'terrae' genetivum vult esse singularem, ut sit sensus mutata distinctione 'vere tument silvae' — scilicet a superioribus — 'terrae et genitalia semina poscunt', id est tument silvae et genitalia semina terrarum requirunt. sed melius Asprum sequimur, ut 'genitalia semina' quae nos iacimus intellegamus, non quae ex terra silvae suscipiunt. 'genitalia' autem dicimus 'semina', quibus aliquid procreatur et gignitur. 'tument' suspenduntur.

325. PATER OMNIPOTENS F. I. A. C. I. G. L. D. interdum pro aere Iuno, pro aethere Iuppiter ponitur; aliquotiens et pro aere et pro aethere Iuppiter, Iuno vero pro terra et aqua: sicut hoc loco intellegimus; nam aether non habet pluvias. unde Aetherem pro Iove accipimus, cui tribuuntur aer et aether: quae duo mixta terrae

2 tolerabilius *AVM*: tolerabili *P* tolarabilibus *H* tolerabiliter *Steph. et Dan.* ‖ 7 NEC SEMINE IACTO σύλληψις est per assumptionem casus . . . affigere *edidit Fabr.* ‖ sillempsis *V* ‖ 8 nominativus] *immo* accusativus ‖ 9 concreta *V* ‖ 10 utrumque concreverit *V, correxi* ‖ an] autem *Vrsinus* ‖ 'iacto semine' hic est *ego*: iacto hic semine id est *V* ‖ 13 humore *libri* ‖ 15 CANDIDA . . . nutrit] CANDIDA VENIT AVIS id est ciconia. LONGIS INVISA COLVBRIS id est odiosa eis: nam interficit illos et comedit. Iuvenalis . . . pascit *Fabr.* ‖ 16 nutrit] n. *libri* ‖ 17 subaudiendus *V* ‖ 20 putata *H* ‖ 21 a *om. A* (*add. a*) ‖ 23 requierunt *AH* (*corr. a*) ‖ 24 semina] duo mixta terrae et umori uni *add. P* ‖ non] nam *H* ‖ 26 'tument' suspendunt (*sic*) *post* subaudiendus *hab. V* ‖ 28 ponitur *om. V* ‖ et *ante* pro aere *om. M* ‖ 29 pro *ante* aethere *om. APH* ‖ Iuppiter] ponitur *add. V* ‖ 30 pluuiam *V* ‖ unde] unde et *A* ‖ 31 quae] per *H* ‖ duo . . . universa *in contextu omissa in marg. super. hab. P* ‖ terra et humore *V*

et umori universa procreant. dicit autem verno tempore esse pluvias, quibus cuncta nascuntur: unde 'fecundis imbribus' dixit, quibus terra fecundatur.

327. MAGNO COMMIXTVS CORPORE FETVS pro 'corpori', ut haeret pede pes, item alibi et magno se corpore miscet: licet possimus accipere, commixtus terrae magno suo corpore, id est aetherio. *et aliter: corpore aut suo aut terrae: si terrae, ('corpore') pro 'corpori'.*

329. ET VENEREM CERTIS R. A. D. statutis, legitimis, a natura arcana quadam ratione dispositis, ut tractat Lucretius, qui dicit rationem hanc ex aetherio calore descendere. *et aliter: 'certis' pro 'his, neque aliis ullis'.*

330. ALMVS AGER ab eo, quod nos alat. ZEPHYRI favonii: alibi ⟨I 44⟩ et zephyro putris se glaeba resolvit, Horatius solvitur acris hiemps grata vice veris et favoni.

331. *LAXANT ARVA SINVS exprimere voluit naturam lactis animalium. nam 'laxant arva sinus' dicens, partum significat: deinde statim humorem superare, quo alatur fetus, intulit.*

332. NOVOS SOLES dies vernales.

333. *NEC METVIT quomodo non metuit, si surgunt? solvitur: 'nec surgentes metuit' est 'nec surgunt'. hoc dixit: non metuit, ne tempestate opprimatur.* NEC METVIT variat: nam supra ait 'audent *se* gramina *campo*'. *et aliter: Celsus ait 'germina' reliquisse Vergilium; loquitur enim de omnium arborum fetu: unde male quidam 'gramina' legunt. et 'nec metuit' utrum non metuit, ne surgant, an ideo non metuit, quia non surgunt? quod magis puto.*

335. TRVDIT propellit, effundit in folia.

336. NON ALIOS PRIMA C. O. M. hoc secundum licentiam poe-

5 haeret] A. X 361 ‖ et magno] A. VI 727 ‖ 10 Lucretius] II 991—1001 ‖ 14 Horatius] carm. I 4, 1

1 umori] pro quibus Iuno ponitur *add. Fabr.* ‖ creant *V* ‖ 3 fecundatur] CONIVGIS IN G. L. D. in terram, quae intelligitur per Iunonem, in gremium suum. ALIT nutrit, fovet *add. Fabr.* ‖ 4 MAGNO ... FETVS *V*: MAGNO SE CORPORE MISCET *reliqui* ‖ ut heret pes pede pro pedi *M* ‖ 6 mixtus *PH* ‖ terrae] terra uel terrae *H* ‖ 7 aetherio] AVIA VIRGVLTA in quibus non est via, vel deserta. TVM vere scilicet. RESONANT AVIBVS CANORIS rem dicit naturalem, quod veris tempore amplius solent aves cantus edere tam ex serenitate temporis, quam ex herbarum frondiumque innovatione et naturalis voluptatis *add. Fabr.* ‖ sic terrae pro corpori *V, correxi* ‖ 9 statis legimis *H* ‖ 10 lucreus *A* (*corr. a*) ‖ 11 colore *H* ‖ 15 sacris *A* ‖ hiems *Ma* ‖ fauonii *libri* ‖ 16 SINOS *V* ‖ 18 alat *V, correxi* ‖ faetus *V* ‖ 20 nec *ego*: neque *V* ‖ 21 est *ego*: sed *V* sed ne surgant *Vrsinus* ‖ 22 opprimantur *V, corr. Vrsinus* ‖ uariat *P*: uarie *reliqui* ‖ 24 gramina] AVT ACTVM C. M. A. I. id est nullos calores, aut etiam pluvias tunc vites timent: quippe temperie *add. Fabr.* ‖ 24 faetu *V* ‖ 25 ne *ego*: ut ne *V* ‖ 27 TRVDIT ... folia *om. M*

ticam dixit; nam falsum est. constat enim post factum mundum ex qualitate solis tempora esse divisa. *et aliter: si crescit, deficit: in quo videtur secutus Epicurum, qui ait, omnia, quae orta, occidunt et aucta senescunt. Varro autem in satura, quae inscribitur de salute, sic: mundum haud natum esse, neque mori; Plato autem, non natum aut mori; Metrodorus autem, neque natum neque mori; Zenon, ex hoc mundo quamvis aliqua intereant, tamen ipsum perpetuo manere, quia inhaereant ei elementa, e quibus generantur materiae, ut dixit crescere quidem, sed ad interitum non pervenire, manentibus elementis, a quibus revalescat.*

337. TENOREM ductum, *hic continuationem.*

338. VER ILLVD ERAT absoluta elocutio: quicquid illud fuerit, ver fuit. *VER MAGNVS (AGEBAT O.) quomodo dicunt, homines diem festum agere. magnum orbem potest et zodiacum circulum dicere, qui faciat divisionem temporum: quod si est, 'agebat' pro 'circumagebat' accipiendum erit.*

339. HIBERNIS FLATIBVS asperis, saevis. *et aliter: hic 'parcebant' pro 'abstinebant'.*

340. VIRVMQVE FERREA PROGENIES procreata ex lapidibus ad laborem, *quia creditum est, primo homines e terra natos, a qua humo homines existimabant dictos:* alibi ⟨I 63⟩ unde homines nati, durum genus.

342. *INMISSAEQVE FERAE SILVIS 'immissae' pro 'innatae': neque enim ab alio immissae sunt.* INMISSAEQVE F. S. ET SIDERA CAELO hunc ordinem propter Arcadas tenuit, qui se proselenos esse adserunt, id est ante lunam natos: quod et Cicero in Fundaniana commemorat et Statius, qui ait Arcades astris lunaque priores.

343. HVNC LABOREM vel frigoris vel caloris. *PERFERRE LABOREM crescendi scilicet.*

344. QVIES tranquillitas. et est veris definitio 'caeli indul-

---

1 constat . . . divisa] cf. Isid. or. V 35, 2 ‖ 4 Varro . . . de salute] p. 115,11 Riese ‖ 26 Cicero in Fundaniana] vol. IV p. 932 Or. ‖ 27 Statius] Theb. IV 275

---

1 dicit *VM* ‖ 4 inscribitur *Broukhusius*: scribitur *V* ‖ 5 sic: mundum *distinxit Vahlen coniect. p.* 196 ait, mundum *Preller. fort.* dicit, mundum ‖ 6 aut] at *Commelinus* ‖ 8 ut dixit] *fortasse* quem secutus Vergilius dixit, crescere quidem (*i. e. mundum*) *e. q. s.* ‖ 10 revalescat *ego*: revalescant *V* ‖ 11 hic continuationem *edidit Vrsinus l. l.* ‖ 12 locutio *H* ‖ 13 ver fuit] VER MAGNVS A. ORBIS idest magnus orbis tunc vernale tempus ducebat, in sui scilicet primordio. potest et magnum orbem zodiacum circulum dicere . . . accipiendum erit *add. Fabr.* ‖ MAGNVM *V* ‖ 16 erit] orbis *add. V, seclusi* ‖ 20 quia . . . dictos *dubium est, utrum ad* virumque terrea (*sic M² Vergilii*) progenies, *an ad* duris caput extulit arvis *pertineant* ‖ 25 ercadas *H* ‖ prosolonos *M* ‖ 26 et *ante* Cicero *om. PH* ‖ fundamina *V* ‖ 28 HVNC . . . caloris *om. V* ‖ 30 diffinitio *A* ‖ caeli indulgentia *APH*: cum ſcti indulgentia *M, om. V*

gentia'. SI NON TANTA QVIES IRET FRIGVSQVE CALOREMQVE INTER *id est interveniret. fuit autem prior lectio 'frigusque calorque', ut Plautus neque frigus neque calor metuo neque ventum neque grandinem: aliter hypermetrus versus erit.*

345. CAELI INDVLGENTIA TERRAS *'terras' id est fetus terrae. et nove indulgentiam dixit; veteres enim indulgitatem dicebant, ut Coelius in septimo consuetudine uxoris, indulgitate liberum.*

346. QVOD SVPEREST non quod deest, sed quod sequitur. PREMES *pro 'presseris'. et aliter:* demerges, infodies. QVAECVMQVE VIRGVLTA sive de plantariis sive de arboribus.

348. LAPIDEM BIBVLVM qui harenarius vocatur. *et aliter: verbum 'infode' venit ab eo quod est 'fodio fodis fodit', unde Plautus in Rudente* ⟨I 2, 12⟩ *luto usus multo multam terram confode. et 'infode conchas' circa radices scilicet. 'lapidem' autem 'bibulum' ('bibulum') hic non lapidis epitheton est, sed (ostendit) ex lapide beneficium, id est per quem terra umorem possit ad radices vitis admittere.* cocleae autem propter admittenda spiramina infodiuntur, lapis vero harenarius et propter spiramina et propter hauriendum umorem, si forte nimius fuerit. SQVALENTES sordidas.

350. ANIMOS TOLLENT sument ab his rebus magnanimitatem. IAMQVE REPERTI scilicet diligentiores. *et aliter: urget 'iamque reperti'. et 'iam' hic pro 'praeterea'. et utrum saxo et testa *, an illud sensit, testam cavam, lapidem superiorem * hoc enim fit. 'sata'*

---

2 Plautus] Merc. V 2, 19 ‖ 6 Coelius in septimo] p. 161, 7 Peter ‖ 9 Premes demerges] cf. Non. p. 365, 24

---

ad v. 344 sq. haec scholia edidit Fabr. FRIGVSQVE CALOREMQVE INTER dicit oriente vere idcirco temperamentum fuisse, ut res novae tunc orientes et adhuc tenerae nec hiemis frigora nec aestatis calores ferre sufficerent. EXCIPERET acciperet. CAELI INDVLGENTIA id est serenitas et temperatio. et nove indulgentiam dixit . . . liberum ‖ 5 faetus *V* ‖ 7 in septem *V* ‖ 8 deest] est *V* ‖ 9 PREMES . . . infodies] QVAECVMQVE PREMES pro quod sequitur. et premes pro presseris. et aliter demerges defodies *V* ‖ 11 aerenarius *P* arenarius *V* ‖ 14 bibulum *et* ostendit *inserui* ‖ 15 sed est lapidis beneficium *v* ‖ 16 humorem *V* ‖ ammittere *V* ‖ 17 clocleae *A* (*corr. a*) CONCHAS cocleae *V* ‖ autem] tum *V* ‖ ammittenda *V* acmittenda *H* ‖ infodiuntur . . . spiramina *om. A* (infodiuntur *add. a*) ‖ 18 harenarius *M*: aerenarius *P* arenarius *VH* ‖ et p. s.] aut p. s. *M*, et *om. H* ‖ et p. h.] aut p. h. *M* uel aut p. h. *H* ‖ 20 sumunt *H* ‖ magnitudinem *M* (at. magnanimitatem *supr. vers. m*) ‖ 21 urget 'iamque reperti'] *esse videtur 'animum legentis ad ea quae sequuntur intendit'. an* auget *i. e. maius aliquid infert?* ‖ 22 pro praeterea *ego*: pro proterea *V* pro propterea *Vrsinus* ‖ et utrum . . . fit] *lacunas indicavi. dubitasse videtur interpres, utrum lapidibus et testis iuxta diversa latera fossarum, in quibus virgulta deponerentur, per imum solum dispositis aquas hiemis et vapores aestatis radicibus propulsari voluerit poeta* (*Columellae* III 15 *verbis usus sum*), *an ita adversus imbres et aestus muniri virgulta, ut supra terram aut lapis inclinaretur a latere, aut cava testa imponeretur: id enim fieri.* hoc munimen fit *in* hoc enim fit *latere suspicatur F. Schoell, unde scribi possit* et utrum saxo et testa hoc munimen fit, an illud sensit, testa cava aut lapide superiore

autem dicit virgulta, quae presseris. et 'hoc' bis repetitum; non enim duo sunt, sed unum iteratum, ac si diceret, hoc munimentum contra imbres et aestus.

352. EFFVSOS MVNIMEN AD I. contra nimias pluvias.

353. HIVLCA A. nimiis caloribus fissa.

354. *SEMINIBVS POSITIS iterum 'seminibus' pro 'arboribus' accipi oportet. et 'superest' sequens est.*

355. AD CAPITA positarum scilicet vitium. 'iactare' autem 'bidentes' ad comminuendas pertinet glebas. *dicit autem circumfodiendum esse et ad ipsa capita plantarum terram adducendam. et 'saepius' ideo, quia et vento et imbri a capite terra descendit.*

357. FLECTERE LVCTANTES I. V. I. cum quadam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiant.

358. LEVES CALAMOS nitidos. dicit autem et cannas et virgas radendas, ne ex corticibus rubigo, adversa vitibus, possit creari.

361. SEQVI TABVLATA tabulata sunt rami effusiores et in plana tendentes, non in altiora crescentes. *et aliter: nunc tabulata dicit dispositionem ramorum, per quos vitis usque ad summum ascendit. et est relatio facta ad domos, in quibus extructiones singulae tabulata dicuntur.*

362. *ADOLESCIT crescit.*

364. PER PVRVM per aerem. *et 'per purum' quasi inane.*

365. IPSA ACIES NONDVM FALCIS T. si 'acies', sensus hic est: teneris adhuc vitibus, nondum est falcis acies necessaria: si 'acie', subaudimus virgulta, ut sit, ipsa virgulta nondum falcis acie temptanda sunt.

367. *INDE VBI IAM VALIDIS STIRPIBVS hic 'radicibus'. alii stirpem pro ipsa materie vitium positam volunt, ut idem alibi* ⟨379⟩ *et ammorso signata in stirpe cicatrix.* STIRPIBVS solidioribus palmitibus, id est truncis.

---

5 Hiulca ... fissa] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 708 ‖ 6 seminibus ... oportet] cf. Non. p. 457, 30

---

5 IVLCA *M* ‖ nimis *A* ‖ 8 vitium] uictum *V* ‖ 'iactare' autem 'bidentes'] IACTARE VIDENTES iactare autem uidentes *V* ‖ 9 ad] hoc ad *vulgo* ‖ commovendas *M* communeendas *H* ‖ pertinent *P* ‖ dicit autem ... descendit *edidit Vrsinus not. ad Serv. p.* 288 ‖ 13 concutiant *AP*: concutiantur *VM* concutient *H* ‖ 14 dicit autem] ET RASAE H. V. praecipit *Fabr.* ‖ 15 ne scorticibus *H* ‖ poscit *A* (*corr. a*) posset *M* ‖ 18 ascendit *in marg. add. v* ‖ et est ... dicuntur *edidit Fabr.* ‖ 19 ad domos *Masvicius*: ad omnes *V* a domibus *Fabr.* ‖ 21 *schol. ad v.* 362 *edidit Vrsinus l. l. p.* 289 ‖ 22 et ... inane *edidit Vrsinus l. l.* ‖ inanem *legit idem* ‖ 24 nondum *PH*: non *AVM* ‖ est *om. V* ‖ 28 materiae *V* ‖ 29 v. STIRPIBVS *A* VLMOS STIRPIBVS *M* VLMVS *V* ‖ 30 truncis] alii stirpem ... cicatrix. DVRA EXERCE I. aut laboriosa, aut quasi durum sit ipsis vitibus ferro amputari *add. Fabr.*

371. *TEXENDAE SAEPES insuper etiam pecus prohibendum.* TEXENDAE SAEPES ETIAM alii hic distingunt, alii separant 'texendae saepes, etiam et pecus omne tenendum'.

372. FRONS TENERA 'fronds' est vera lectio *et antiqua:* Lucretius ⟨I 18⟩ frondiferasque domos avium. hodie vero et a fronde et a fronte unus est nominativus 'frons', sicut etiam 'lens' et a lente et a lende, capitis breviore peduculo.

373. POTENTEM intolerabilem, *gravem.* 'indignas' autem 'hiemes' saevas.

374. SILVESTRES VRI boves agrestes, qui in Pirenaeo monte nascuntur, inter Gallias et Hispanias posito. sunt autem, exceptis elephantis, maiores animalibus ceteris, dicti 'uri' *ἀπὸ τῶν ὀρέων*, id est a montibus. CAPREAEQVE SEQVACES persecutrices, ut Maleaeque sequacibus undis: **seu quod vites avidius persequantur.**

377. INCVMBENS SCOPVLIS etiam saxa caloribus penetrans.

379. ADMORSO participium est, ac si diceret 'abroso'.

380. NON ALIAM OB CVLPAM BACCHO C. O. A. victimae numinibus aut per similitudinem aut per contrarietatem immolantur: per similitudinem, ut nigrum pecus Plutoni; per contrarietatem, ut porca, quae obest frugibus, Cereri, ut caper, qui obest vitibus, Libero, item capra Aesculapio, qui est deus salutis, cum capra numquam sine febre sit. 'aris' autem 'omnibus' non sine causa dixit; nam cum numinibus ceteris varie pro qualitate regionum sacrificetur — ut Veneri Paphiae tantum de ture, unde est haud equidem tali me dignor honore, Genetrici vero, id est Romanae, etiam de

---

4 fronds est vera lectio] cf. Non. p. 114, 2; 486, 10 ‖ 13 Maleaeque] A. V 193 ‖ 17 victimae ... sine febre sit] exscr. mythogr. II 61; III 6, 26. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 159 ‖ 22 nam cum numinibus ... ubique caper immolatur] exscr. mythogr. III 6, 26 ‖ 24 haud equidem] A. I 335

---

1 *scholium ad v.* 371 *post* peduculo *hab. libri* ‖ 2 distringunt *H* distinguunt *M* ‖ 4 FRONS TENERA *P*: FRONDS (e supra S) I. L. *A* (e *supr. vers. add. a*) DVM FRONS TENERA *V* FRONDET *H* DVM ERONS T. *M* ‖ FRONDS *A* (frondes *a*): frondis *PH* frons *VM*. *cf. Ribbeckii ad Vergilii vers. adnotat.* ‖ est uera lectio et antiqua *V*: uera lectio est *APH* uera lectio *M* ‖ 5 avium] autum *H*. apud antiquiores enim singularis nominativus erat 'frondis' *add. Steph. et Dan., non hab. Fabr.* ‖ 6 'frons'] ut frons frontis et frons frondis *add. Fabr.* ‖ 7 lende] lendine *V* ‖ pediculo *vulgo* ‖ 8 POTENTEM ... saevas] INDIGNAS saevas. SOLEMQVE PATENTEM intolerabilem grauem *V* ‖ 10 VIRI *H* ‖ uobes *V* ‖ pyrineo *V* ‖ 11 autem *om. M* ‖ 12 uiri *H* ‖ aponereon *A* (apo ton oreon *a*) apo ton ereon *PH* a poto noreon *V* APO TON OREON *M* ‖ 13 persecutrices] seu qđ uites auidius psequantur *add. V, edidit Vrsinus l. l.* ‖ 16 DENTIS ET AMORSO *V* ‖ est *om. H* ‖ 18 immolabantur *V* ‖ 20 ut] et *V* ‖ 21 item capra Aesculapio *M*: item et esculapio capra *V* item aesculapio *APH*. *fortasse* item Aesculapio, qui ... salutis, capra, cum ... sit. *ceterum cf. Roscheri Lex. graec. et rom. mythol.* I *p.* 629 ‖ 23 per qualitate *V* (qualitatem *v*) ‖ 24 ut] et *A* ‖ de ture *APM*: detur *H* insula detur *V* ‖ 25 genitrici *V* ‖ id est *om. V*

victimis —, Libero ubique caper immolatur. *quia vites, quae in honore ipsius fuerant, ab eo comestae sunt, iratus Liber pater eum occidi fecit et ei tolli utrem, in quo mitti vinum fecit pro eius vindicta.*

381. VETERES INEVNT PROSCAENIA LVDI primi ludi theatrales ex Liberalibus nati sunt: ideo ait 'veteres ludi'. proscaenia autem sunt pulpita ante scaenam, in quibus ludicra exercentur. *et aliter: proscaenium procul dubio pulpitum dicit. 'veteres ludi' Dionysia; antiquissimi enim, quod rustici confecta vindemia faciebant.*

382. PAGOS ET COMPITA C. per quadrivia — quae compita appellantur ab eo, quod multae viae in unam confluant — et villas, quae pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν appellantur, id est a fontibus, circa quos villae consueverant condi: unde et pagani dicti sunt, quasi ex uno fonte potantes. 'compita' unde ludi compitalicii.

383. THESIDAE Athenienses, qui primi ludos instituere Liberalia. *et aliter: quidam legunt 'ingeniis', ut sit, praemia posuerunt ingeniis. dabatur autem hircus praemii nomine: unde hoc genus poematis tragoediam volunt dictam. et 'Thesidae posuere' ideo, quia primi Athenienses Liberalia statuerunt. Thesidae dicti a rege Theseo.*

COMPITA ut Trebatio placet, locus ex pluribus partibus in se, vel in easdem partes ex se vias atque itinera dirigens, sive is cum ara, sive sine ara, sive sub tecto, sive sub divo sit, ubi pagani agrestes, bucina convocati, solent certa inire concilia: hinc et lares compitalicii et feriae compitaliciae.

384. MOLLIBVS IN PRATIS VNCTOS SALVERE P. V. unctos vel oleo vel lexiva. 'in pratis' autem ideo, ne laederentur cadentes. utres vero fiebant ad insultationem etiam mortuorum caprorum, ne quid ex his esset, quod non sentiret iniuriam. SALVERE PER VTRES secundum artem locutus est: nam 'salio salui' dicebant, unde et Cicero ait in Miloniana ⟨X 29⟩ cum hic de reda reiecta paenula desiluisset. sic etiam ab eo, quod est 'cano', non

---

1 quia vites ... vindicta *edidit Vrsinus l. l.* ‖ 6 ludridam *H* ‖ exercentur] VETERES LVDI Dionysia ... vindemia faciebant *add. Fabr.* ‖ 9 CONPITA *PH* ‖ quadriuia *AM*: quadruuia *PH* quadrubia *V* ‖ conpita *APH* ‖ 10 unum *Va* ‖ confluant] unde ludi compitalicii *add. V* ‖ 11 ΑΠΟ ΤΟΝ ΠΑΓΟΝ *A* ΑΠΩ ΤΟΝ ΠΗΓΑ et *H* ‖ 12 uno] imo *M* ‖ 13 conpita *PM* ‖ compitalicit *H* compitaliti *M. ceterum* COMPITA autem sunt, unde ludi compitalitii vocantur *vulgo* ‖ 14 liberalia *PH*: liberales *AM* et liberalia *V* ‖ 17 thesidem posuerunt *V* ‖ 19 ut Trebatio *Salmasius exerc. Plin. p.* 150: ut relatio *V* Verrii *vel* Varronis relatio *Wagner de Iunio Philarg.* I *p.* 29 ‖ 20 via atque itinere *Vrsinus* ‖ 22 compitalici *V* ‖ 24 SALVERE *APHM*: SALIERE *V* ‖ 25 lexiua *PVHMa*: laxiua *A* lixivia *vulgo* ‖ delerentur *A* (lederentur *a*) ‖ 26 fiebant *om. M* ‖ 27 SALVERE *PMa*: SALIERE *A VH* ‖ 28 nam] nam antiqui *Fabr.* ‖ salui] saliui *M et Fabr., qui post* dicebant *haec edidit* nunc autem et 'salui' ‖ 29 miloniana *A*: meloniana *reliqui* ‖ deredare ieta *A* (iecta *a*) ‖ 30 resaluisset *V*

'cecini', sed 'canui' dicebant, unde Sallustius cornua occanuerunt.

385. NEC NON AVSONII T. G. M. C. V. I. L. hoc est etiam Romani haec sacra celebrant et canunt: nam hoc est 'versibus incomptis ludunt', id est carminibus Saturnio metro compositis, quod ad rhythmum solum vulgares componere consuerunt: Horatius libertasque recurrentes accepta per annos lusit amabiliter.

386. RISVQVE SOLVTO id est cachinno.

387. ORAQVE CORTICIBVS SVMVNT H. C. quia necesse erat pro ratione sacrorum aliqua ludicra et turpia fieri, quibus posset populo risus moveri, qui ea exercebant propter verecundiae remedium hoc adhibuerunt, ne agnoscerentur, ut personas factas de arborum corticibus sumerent.

388. ET TE BACCHE VOCANT hymnos in tuum canunt honorem.

389. TIBIQVE OSCILLA EX ALTA S. M. P. 'mollia' pensilia, ut pilentis matres in mollibus. oscillorum autem variae sunt opiniones; nam alii hanc asserunt fabulam. Icarus Atheniensis, pater Erigonae, cum acceptum a Libero patre vinum mortalibus indicaret, occisus est a rusticis, qui cum plus aequo potassent, debriati se venenum accepisse crediderant. huius canis est reversus ad Erigonam filiam, quae, cum eius comitata vestigia pervenisset ad patris cadaver, laqueo vitam finivit. haec deorum voluntate inter astra relata est, quam virginem vocant. canis quoque ille est inter sidera collocatus. sed post aliquantum tempus Atheniensibus morbus inmissus est talis, ut eorum virgines furore quodam compellerentur ad laqueum; responditque oraculum, sedari posse illam pestilentiam, si Erigonae et Icari cadavera requirerentur. quae cum diu quaesita nusquam invenirentur, ad ostendendam suam devotionem Athenienses, ut etiam in alieno ea quaerere viderentur elemento, suspenderunt de arboribus funem, ad quem se tenentes homines hac atque illac agitabantur, ut quasi et per aerem illorum

---

1 Sallustius] hist. I 71 Dietsch; inc. 82 Kritz ‖ 6 Horatius] epist. II 1, 147 ‖ 16 pilentis] A. VIII 666 ‖ 17 Icarus Atheniensis e. q. s.] exscr. mythogr. I 19; II 61. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 655 et 691; XI 644

1 hoc canuerunt *V* ‖ 5 quod ad rhithmi usum vulgares *V* ‖ 6 consueuerunt *VM* ‖ 7 recurrentis *M* ‖ 8 chacinno *P* cacinno *VH* ‖ 9 pro *om.* *H* ‖ 11 risus *ex* risum *H* ‖ qui ea *AHMp*: quia *P* qui uero ea *V* ‖ uerecundiam *VM* ‖ 16 matris *VM* ‖ 18 erigonae *A*: origonae *P* erigonis *VM* erigonenis *H* ‖ 19 debriati *M*: debriati *APV* clebriati *H* inebriati *vulgo* ‖ 21 Erigonam] erigonem *APVM* erigonen *H* ‖ 22 finiit *AM* ‖ 23 quam in uirginem *H* ‖ 24 in sidera *H* ‖ 27 erigonis *APVM* erigones *H* ‖ 28 quaesita *om.* *H* ‖ 29 etiam *om.* *M* ‖ ea in alieno *M* ‖ ea *om.* *V* ‖ 30 ad quem] atque *V* ‖ 31 et] etiam *V*, *om.* *M*

cadavera quaerere viderentur. sed cum inde plerique caderent, inventum est, ut formas ad oris sui similitudinem facerent et eas pro se suspensas moverent. unde et oscilla dicta sunt ab eo, quod in his cillerentur, id est moverentur ora: nam 'cillere' est movere, unde et furcillae dictae sunt, quibus frumenta cillentur. alii dicunt oscilla esse membra virilia de floribus facta, quae suspendebantur per intercolumnia ita, ut in ea homines, acceptis clausis personis, inpingerent et ea ore cillerent, id est moverent, ad risum populo commovendum. et hoc in Orpheo lectum est. prudentioribus tamen aliud placet, qui dicunt sacra Liberi patris ad purgationem animae pertinere. omnis autem purgatio aut per aquam fit aut per ignem aut per aerem, sicut et in sexto ait ⟨740⟩ aliae panduntur inanes suspensae ad ventos, aliis sub gurgite vasto infectum eluitur scelus aut exuritur igni: ut nunc per oscilla genus purgationis, quod est maximum, intellegamus; nam primum est aquae, secundum ignis, tertium aeris. *et aliter: 'mollia' hic pro 'mobilia'. et videtur Vergilius opinionem illorum sequi, qui in honorem Liberi patris putant oscilla suspendi, quod eius sit pendulus fructus. oscilla autem dicta, sive quoniam capita et ora hostiarum in summis perticis figebantur, sive quia hunc lusum Osci dicuntur frequenter exercuisse et rem per Italiam sparsisse.*

390. HINC OMNIS L. P. V. F. post haec sacra celebrata.

392. HONESTVM pulchrum.

393. ERGO RITE SVVM B. D. H. iuste igitur Liberi celebrabimus sacra. *et aliter: 'ergo' veteres pro 'merito' dicebant: hinc Plautus in Milite glorioso ⟨I 1, 61⟩ hicine Achilles est inquit mihi. immo eius frater: ergo mecastor pulcer est. et erit sensus: merito, inquit, sacra faciemus ei, cuius beneficio vineta proveniunt.*

394. CARMINIBVS PATRIIS id est Romana lingua; pleraque enim sacra pro gentium qualitate, pleraque secundum suum ritum coluntur: nam hymni Libero apud Graecos Graeca, apud Latinos Latina voce dicuntur; hymni vero matris deum ubique propriam, id est Graecam, linguam requirunt.

---

3 unde et oscilla dicta sunt ... cillentur] exscr. Isid. or. XI 1, 65; XX 14, 11 ‖ 5 alii dicunt ... tertium aeris] exscr. mythogr. II 61

---

1 plerique *om.* *P* ‖ 2 formas] vel personas *add.* *Fabr.* ‖ 3 mouerentur *H* ‖ et *om.* *A* ‖ 4 in his] in his oribus *V* ‖ cillentur (re *supra*) *A* cillerentur *H* ‖ ora *om.* *V* ‖ 5 cillentur *APV*: cillantur *H* cilluntur *M* ‖ 7 intercolumnia] id est inter duas columnas *add.* *M* ‖ ita (ut *supra*) *V* ‖ 8 ore] ora *P* re *V* hora *H* ‖ 12 et *om.* *M* ‖ 15 purgationis] videlicet aeris *additur vulgo* ‖ 23 HONESTVM pulchrum *post* sacra (*lin.* 25) *hab. libri praeter* *V* ‖ 24 celebremus *V* ‖ 25 et aliter *e. q. s.*] *cf. schol. Dan. ad buc.* V 58 ‖ 26 achillis *V* ‖ 31 liberi *a*

395. STABIT SACER H. A. A. placebit: tunc est enim aptum sacrificium, cum dedicatum animal victimae patiens invenitur, unde alibi sic ait et statuam ante aras aurata fronte iuvencum, id est placere faciam, contra Lucanus ⟨VII 165⟩ discussa fugit ab ara taurus. 'sacer' autem execrabilis, ut auri sacra fames. *et aliter: inprobant enim aruspices hostiam, quae admota altaribus reluctatur.*

396. IN VERIBVS T. E. COLVRNIS quia, sicut etiam caper inimicus est vitibus, ita eis nocet et corylus: unde ait supra ⟨299⟩ neve inter vites corylum sere.

397. EST ETIAM ILLE LABOR C. V. A. iam paulatim tendit ad vitium vituperationem, dicens et infinitum esse earum laborem, ut cui numquam exhausti satis est, et incertum fructum, ut ⟨419⟩ et iam maturis metuendus Iuppiter uvis, et ipsum etiam fructum perniciosum, ut ⟨455⟩ Bacchus et ad culpam causas dedit.

398. CVI NVMQVAM EXHAVSTI SATIS EST exhaustionis, finitionis: quod quia asperum visum est, se ad figuram transtulit et ait 'exhausti', ut et servantissimus aequi pro 'aequitatis'. OMNE SOLVM continens scilicet vites.

400. AETERNVM semper, perpetuo. et absolute locutus est. LEVANDVM FRONDE NEMVS relevandum, spoliandum. omne autem nemus dicit et arborum et vitium, unde paulo post dicturus est ⟨410⟩ bis vitibus ingruit umbra. *et aliter: 'levandum' hic putandum.*

401. LABOR ACTVS IN ORBEM id est in anni circuitum labor se invicem sequitur rusticorum.

403. OLIM quandoque. significat autem finale tempus autumni. SERAS FRONDES sero cadentes: tarde enim spoliantur frondibus vites. *et aliter: vetulas, aridas.*

404. FRIGIDVS ET SILVIS AQVILO D. H. Varronis hic versus est.

405. ACER non quilibet, sed acer et diligens. CVRAS VENIENTEM EXTENDIT I. A. quasi in tempore alieno praemeditatur futurum laborem.

---

1 tunc est enim ... reluctatur] cf. Macrob. Sat. III 5, 8 ‖ 3 et statuam] A. IX 624 ‖ 5 auri] A. III 57 ‖ 19 et servantissimus] A. II 427 ‖ 31 Varronis hic versus est] Argon. lib. II fragm. 6 p. 333 Baehr.

---

2 unde et alibi *VM* ‖ 4 placere] nocere *H* ‖ 5 turus *P* ‖ 8 VERVBVS *V* ‖ etiam *om. H* ‖ 9 unde et ait *V* ‖ 15 pernitiosum *AHM* pernetiosum *a* ‖ ad culpas causam *V* ‖ 18 et ait *Va*: ait *AHM* ait autem *P* ‖ 19 et *post* ut *om. PVM* ‖ 20 vites *om. H* ‖ 28 finale *om. H* ‖ 29 enim] autem *P* ‖ 31 ET] E *M* ‖ 33 quasi] quia *A* ‖ praemeditabitur *H*

406. ET CVRVO SATVRNI DENTE id est falce, quae est in eius tutela. nam Saturnus dicitur patri Caelo virilia falce amputasse, quae in mare cadentia Venerem creaverunt: quod ideo fingitur, quia, nisi umor de caelo in terras descenderit, nihil creatur. alii Saturnum deum esse temporum dicunt, quae, sicut falx, in se recurrunt. alii vero dicunt Saturnum in progressu nihil nocere, cum retrogradus est, esse periculosum; ideoque eum habere falcem in tutela, quod et ipsa protenta nihil valet, retro acta vero, quicquid ei occurrerit, secat. RELICTAM scilicet a se paulo ante desertam. *et aliter: 'relictam' neglectam, non putatam.*

407. FINGITQVE P. componit, ut fingitque premendo.

408. PRIMVS HVMVM FODITO hoc est ad laborem primum te esse convenit, ultimum ad fructus legendos: vinum enim factum de uvis inmaturis cito acescit. et hoc loco inest vitium vituperatio, quarum fructus aut inmaturi collecti depereunt, aut si eorum fuerit expectata maturitas, nihilo minus pereunt; nam dicturus est ⟨419⟩ et iam maturis metuendus Iuppiter uvis. *et aliter: per hoc intellegendum, primus puta et inutiles palos sub tecta referto, pro quibus novos posueris.*

409. VALLOS P. S. T. R. vitium sustentacula, quae nonnullis locis in tecta portantur, ne imbribus cito depereant.

410. *POSTREMVS* METITO *postremus* vindemiato. *per hoc dicit, maturam uvam debere colligi.* BIS VITIBVS INGRVIT VMBRA vitis et arboris, ut dempta folia solem admittant, quo possint uvae maturescere.

411. BIS SEGETEM D. O. S. H. semel autumnali, semel verno tempore.

412. DVRVS VTERQVE L. et vellendarum herbarum et frondium secandarum. LAVDATO INGENTIA RVRA EXIGVVM COLITO hoc

---

2 nam Saturnus ... nihil creatur] exscr. Isid. or. VIII 11, 79 ‖ 6 alii Saturnum ... secat] exscr. mythogr. II 1. cf. Isid. or. VIII 11, 31 sq. ‖ 11 Fingit componit] cf. Non. p. 308, 19 ‖ fingitque] A. VI 80

---

3 quia] quam *V* ‖ 4 terram *VH* ‖ descenderet nihil crearetur *PH* ‖ 6 in progressum *PH* pro ingressu *V* (recto incessu *v*) ‖ 8 protenta] potentia *H* ‖ quidquid *P* ‖ 13 fruges *H* ‖ etenim *P* ‖ 15 inmaturo *M* ‖ collecti *om. H* ‖ earum *vulgo* ‖ 16 nihilhominus *libri praeter M* ‖ 20 in nonnullis *vulgo* ‖ 21 ne in imbribus *VM* ‖ 22 vindemiato] uindemato *AP.* per hoc dicit maturam uuam debere colligi *edidit Vrsinus,* et *ante* per *addens* ‖ 24 arboris] quae amputanda est *add. Fabr.* ‖ dempta folia *PMa* demta folia *A* denta folia *H* demptis foliis *V. fortasse* ut densa folia solem non admittant, quo *e. q. s. possis et* ut dempta folia solem admittant, quo possint uvae maturescere *post* secandarum (*lin.* 29) *collocare* ‖ 25 et semel uerno *V* ‖ 28 vellendarum] euellandarum *V* euellendarum *a*

etiam Cato ait in libris ad filium de agricultura. quod ideo dictum est, vel quia maiores agros incultos 'rura' dicebant, id est silvas et pascua, agrum vero, qui colebatur, ut intellegamus, laudato ingentes silvas, colito agrum minorem: vel, quod melius est, quia ait in primo ⟨71⟩ alternis idem tonsas cessare novales et segnem patiere situ durescere campum, quod fieri non potest, nisi fuerint spatia maiora terrarum; nam et Cato, ut diximus, et Cicero in oeconomicis ob hoc laudat praedia latifundia: vel quod, ut dicit Donatus, etiam non culta praestant aliquid domino.

413. RVSCI virgultum est, unde vites ligantur. et commemorat labores, qui, licet circa alia, tamen pro vitibus exercentur.

415. INCVLTIQVE E. C. S. quasi cum indignatione ait, causa vitium cura nos etiam sponte nascentium rerum fatigat.

416. FALCEM ARBVSTA REPONVNT putatae sunt nec falcem requirunt.

417. IAM CANIT EFFECTVS EXTREMOS VINITOR ANTES melius est 'effectus' legere, quam 'effectos', ut quidam legunt. et 'antes' alii extremos vinearum ordines accipiunt, alii macerias, quibus vineta cluduntur, quae maceriae fiunt de assis, id est siccis, lapidibus: unde et 'assae tibiae' dicuntur, quibus canitur sine chori voce. dicuntur autem antes a lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad materiem sustentandam: nam proprie antes sunt eminentes lapides vel columnae ultimae, quibus fabrica sustinetur, et appellantur antes ἀπὸ τοῦ ἀντιστήκειν: ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere, qui ante stant. hoc autem dicit: iam cantat rusticus labore finito; tamen deesse non potest, quod exercere circa culturam vitium debeat. **et*

1 Cato ... de agricultura] p. 79, 4 Iord. ‖ 2 quia maiores ... colebatur] exscr. Isid. or. XV 13, 7

2 rura agros incultos *VM* ‖ 8 economia *V* oeconomia *M* ‖ ab hoc *A* (ob hoc *a*) ‖ laudant *V* ‖ 9 ut donatus quoque dicit *P* ‖ 10 RVSTI *V* ‖ ruscum virgultum est *vulgo* ‖ 12 causa] causam *V* scilicet pro *supr. vers. scrips. a* ‖ 13 nascentum *PM* ‖ 14 putatae sunt] putate ubi fuerint *V* ‖ 16 EFFECTVS EXTREMOS *AMH*: EXTREMOS EFFECTVS *P* (EFFECTAS *p, ut videtur*) EFFECTOS EXTREMOS *V* ‖ 17 effectus legere quam effectos *AVHM* (*nisi quod* effectus *supr. vers. add. m*): effectus (effectas *p, ut videtur*) legere quam effectus *P*. *distinxisse videtur Servius* iam canit effectus extremos vinitor, antes ‖ legunt] et aliter cato de re militari ... partes. EXTREMOS · VINITOR ANTES extremi ordines uinearum seu maceriae quibus uineta clauduntur siue eminentes lapides uel columne quibus fabrica sustinetur uel extreme quadrarum partes *add. V* ‖ 19 clauduntur *VMa* ‖ quae] quia *H* ‖ siccis] sectis *A* ‖ lapidibus] papiribus *H* ‖ 20 assetiae tibiae *V* ‖ 22 materiem *A*: maceriem *VMa* maceriam *PH* ‖ sustentandam] licet Cato ... duces (*sic*) *add. Fabr.* ‖ 24 ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΝΤΙCΤΗΚΕΙΝ *A* ΑΠΟ (ΑΝΟ *H*) ΤΟΥ ΑΝΤΙCΤΗΚΕΙΝ *PH* ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΝΤΙϤΙΗΙΝ *V* ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΝΤΙCΓΗΚΙΝ *M* ‖ acthimologiam *vel* ethimologiam *libri* ‖ 27 debeat] et quod dicit 'iam canit extremos antes'

*aliter: Cato de re militari pedites quattuor agminibus, equites duobus antibus ducas. sunt autem extremae quadrarum partes.**

418. PVLVISQVE MOVENDVS genus ipsum culturae pulveratio vocatur, quo inminutae glebae vitibus applicantur.

419. METVENDVS IVPPITER VVIS aer, more suo: cuius varietas plerumque laborem decipit rusticorum. et tacite videtur admonere, quod aperte dixit in primo ⟨338⟩, sacrificiis tempestates esse pellendas.

420. NON VLLA EST OLEIS C. id est nulla. alii 'non nulla' legunt, hoc est aliqua, non, ut vitibus, nimia. *et aliter: subaudiendum 'talis cultura'. ceterum et oliveta coluntur. et quod ait 'nec curvam expectant falcem', extrinsecus subaudiendum 'omni anno', quia et ipsa ex intervallo radi solent.*

421. PROCVRVAM EXPECTANT F. ut putentur: quod tamen ad curam refert anniversariam; nam necesse est, licet tarde, olivam putari. RASTROS TENACES ad fodiendum scilicet, *quia cum trahitur rastrum per agros, omnem spurcitiam secum colligere videtur.* neglegentiam autem ferunt oleae, cum iam coeperint esse valentiores: nam adhuc parvae nimiam curam requirunt.

422. AVRASQVE TVLERVNT 'ferre auras' proprie est adsuescere aeris varietati, quae obest rebus teneris nimium.

423. IPSA SATIS TELLVS C. D. R. V. S. V. hoc dicit, aratum olivetum et oleis prodest et exinde frumenta gignuntur.

424. SVFFICIT VMOREM scilicet subministrat arboribus. GRAVIDAS CVM VOMERE FRVGES 'cum' abundat: nam hoc dicit: subministrat fruges vomere, id est per vomerem: Ennius effudit voces proprio cum pectore sancto, id est proprio pectore; nam 'cum' vacat. Vrbanus tamen sic accipit: 'gravidas cum vomere', id est statim post arationem.

1 Cato de re militari] p. 81, 16 Iord. | 2 sunt ... partes] cf. Non. p. 30, 4
26 Ennius] ann. v. 530 p. 77 Vahl.

ita sentiendum, quasi dicat: iam quod ultimum et finitum esse videtur in vineis, cultor rusticus complevit: nam et ultimam partem vineae per columnas et macerias struxit: ultimum enim videtur esse: et inde quasi iam securus sui laboris canit et gaudet; tamen adhuc debet esse sollicitus nec umquam in omnibus esse securus *add. Fabr.* | 1 coto *V*, *corr. Vrsinus* | 7 quod ... sacrificiis] quod aperte dixit in primis nenerare deos et sacrificiis *V* | in primo] in primis *H* | pellandas *AP* (*corr. a*) | 9 NON NVLLA *A* (*corr. a*) | id est nomina aliqua *V* id est nulla, non aliqua *Lion* | 10 vitibus *PH*: in uitibus *AVM* | 15 refert *APM*: refertur *VH* | licet *om. A* | 16 TENACES] id est efficaces *supr. vers. m* | fodiendam *A* (*corr. a*) | quia cum trahitur rastrum per agros omnem spurcitiam secum colligere uidetur *edidit Vrsinus l. l.* | 18 coeperunt *H* | 21 uarietaetes *H* | 24 arbori *H* | 26 effundit *M* | 27 id est proprio pectore *om. H*

425. HOC hac re. NVTRITOR autem pro 'nutri'; nam pro activi imperativo praesenti passivi futurum posuit.

427. VIRES SVAS quia tenera virgulta solent religari fustibus validioribus, sicut supra ait de vitibus ⟨360⟩ viribus eniti quarum et contemnere ventos.

429. FETV NEMVS OMNE G. id est utilitate; nam omnis utilitas fetus est. illuc autem tendit laus ista silvarum, ut et probet non mirum esse, si et poma et olivae sine ulla cultura praebeantur, et crescat vitium vituperatio, circa quas tantus inpenditur labor.

430. AVIARIA secreta nemora, quae aves frequentant. 'bacas' autem 'sanguineas' accipimus poma silvestria.

431. TONDENTVR CYTISI virgulta a Cyto insula, ubi abundant, nominata.

434. *QVID MAIORA SEQVAR SALICES HVMIL⟨ESQVE GENESTAE⟩ salicis hoc genus. † quomodo 'maiora', si salices plus sunt humiles, quam mirice. solvitur: hic sensus est et haec subdistinctio: quid maiora sequar? et transit iam ad illa, quae putes esse contemnenda: multum possunt et salices et myricae sive genestae prodesse.*

435. AVT ILLAE PECORI FRONDEM id est salices et genistae. multi autem 'tiliae' legunt, ut tria dixerit, salices, tilias et genistas.

437. VNDANTEM BVXO S. CYTORVM *'undantem' fluctuantem. 'Cytorum'* montem Macedoniae, in quo abundat buxus, quae vento mota aestus imitatur undarum.

438. NARYCIAEQVE PICIS a loco, in quo abundant piceae. *et aliter: 'Naryciae' piceae, ut hic et Narycii posuerunt moenia Locri.*

---

10 Aviaria ... frequentant] exscr. Isid. or. XVII 6,9 ‖ 25 hic et] A. III 399

---

1 autem] aut *P* ‖ nam pro actiuum imperatiui praesentis *H* ‖ 5 contempnere *AVM* ‖ 6 G.] fetu *add. V* ‖ 8 oliua *P* ‖ prebebantur *M* ‖ 9 tantus *om. M* ‖ 10 nemorum *P* ‖ frequentabant *M* ‖ bachas *A* (baccas *a*) ‖ 12 CYTHISI *PVm* ‖ cytho *PVa* ‖ 13 nominata] ET DVBITANT HOMINES S. A. I. C. id est non est necesse hominibus his arboribus et siluis curam impendere, quippe sua sponte proveniunt. et hoc dicit, ut ex obliquo vitium vituperatio subaudiatur. QVID MAIORA SEQVAR quid de maioribus multum dicam arboribus, cum minora quaeque virgulta humanis usibus multam commoditatem praestent, sine ullo cultu provenientia? *add. Fabr.* ‖ 14 QVID ... genus] Quod malora sequar. SALICES HVMIL: quid maiora sequar. salicis hoc genus *V* ‖ 15 quomodo *e. q. s.*] *fortasse* et quomodo 'maiora', si salices (et, quae) plus sunt humiles quam (salices), myricae (*scil. commemorabuntur*)? solvitur: hic sensus est et haec subdistinctio: 'quid maiora sequar'? ‖ 17 iam ad illa *F. Schoell*: etiam illa *V*. *ego* iam ad alia *scribendum et* et transit ... contemnenda *post* prodesse *collocanda esse conieceram. ceterum usus esse videtur interpres Vergilii exemplari, in quo supra 'humilesque genestae' ex buc.* IV 2 *adscriptum erat 'humilesque myricae'.* ‖ 19 et genistae *APH* (genestae *a*): aut genestae *V* aut genista *M* ‖ 20 multi tamen 'et tiliae' legunt *vulgo* ‖ autem] aut *PH* ‖ genestas *PVa* ‖ 21 CYTHORVM *HM* ‖ citorum *V* ‖ 24 NARICIAEQVE *libri* ‖ 25 nariceae briceae *V, correxi*

439. NON OBNOXIA non debitricia, nihil labori nostro debentia. *et aliter: 'obnoxia' egentia.*

440. CAVCASIO STERILES I. V. S. Caucasus, mons Scythiae, est positus pro quibuslibet asperrimis montibus. 'steriles' autem ait silvas comparatione pomiferarum arborum.

442. *DANT ALIOS ALIAE FETVS id est utilitatem.*

444. HINC de silvis scilicet: nam nullus de cupresso efficit rotas aut radios. TRIVERE tornavere, composuere de torno. TYMPANA P. tecta vehiculorum. *et aliter: rotas ex solidis tabulis factas tympana appellavit. et 'agricolae' necessario distinguunt.*

445. PANDAS curvas.

446. VIMINIBVS SALICES FECVNDAE legitur et 'fecundae frondibus ulmi'.

447. AT MYRTVS VALIDIS HASTILIBVS alibi et pastoralem praefixa cuspide myrtum. ET BONA BELLO CORNVS apta est enim etiam cornus hastilibus.

448. ITVRAEOS TAXI C. I. A. 'in arcus Ituraeos', id est in Ituraeorum arcuum similitudinem. 'Ituraeos' autem dicit Parthicos.

449. *NEC TILIAE LEVES AVT TORNO RASILE BVXVM 'buxum' lignum, non arborem dixit, quamvis Ennii exemplo et arborem potuerit dicere neutro genere; ille enim sic in septimo longique cupressi stant sectis foliis et † amore corpore buxum.* NEC TILIAE LEVES ordo est 'nec non', hoc est etiam.

452. MISSA PADO *pro 'in Padum'.* species est pro genere.

453. VITIOSAEQVE ILICIS ALVO cariosae. vult autem probare etiam putres arbores habere aliquam utilitatem. sane pro 'alveo' per synaeresin 'alvo' dicimus.

454. QVID MEMORANDVM AEQVE B. D. T. quid similiter laudandum tulerunt dona Liberi, sicut silvae multa sponte procreantes?

---

14 alibi] A. VII 817 ‖ 15 apta... hastilibus] exscr. Isid. or. XVII 7, 16 ‖ 18 Ityraeos... Parthicos] exscr. Isid. or. XVII 7, 46 ‖ 20 Ennius in septimo] XXI v. 267 p. 40 Vahl.

1 debetricia *V* ‖ 3 AVCASEO *A* (CAVCASEO *a*) CASAIO *P* ‖ mons est Scythiae, positus hic pro *e. q. s. vulgo* ‖ 6 FETVS dant id est *V* ‖ *fortasse* utilitates ‖ 7 nam de cupresso aut de cedro nullus umquam efficit *Fabr.* ‖ 8 aut radios *om. V* ‖ 10 et agricolae necessaria distinguunt *V, correxi. post 'agricolae' distinguendum esse docet interpres* ‖ 11 AGRICOLAE ET PANDAS RATIBVS P. CARINAS pandas incuruas *V* ‖ 16 etiam *om. M* ‖ 17 ITVREOS *H*: ITYREOS *A* YTYRAEO *P* YTIREOS *V* ITYRAEOS *M* ‖ ituraeos *P*: ityreos *AH* ytireos *V* ityraeos *M* ‖ ytireorum *V* ityraeorum *vel* ityreorum *reliqui* ‖ 18 ityreos *AHm* ityraeos *P* ytireos *V* itereos *M* ‖ 19 signum *Vrsinus* ‖ 22 rectis *Vrsinus* ‖ amaro *Vrsinus. an* morso? ‖ 23 *Servianum scholium om. V* ‖ ordo est, nec non tiliae leves aut rasile buxum torno formam accipiunt. NEC NON dicit, hoc est etiam *Steph. et Daniel* ‖ 25 ALVEO *A* (ALVO *a*)

alii legunt 'et quae', ut sit sensus, quid dicendum est quae tulerunt, id est attulerunt, ipsa etiam dona Baccheia: ut hoc dicat, parum est quod vites tantum laborem requirunt, etiam munera earum causas praestant furoris.

455. ILLE FVRENTES CENTAVROS L. D. atqui in Aeneide ait ⟨VII 304⟩ Mars perdere gentem inmanem Lapithum valuit. sed hoc solvit Horatius, dicens nec Semeleius cum Marte confundet Thyoneus proelia: nam re vera, licet irarum causas Mars habuerit, Lapithae tamen et Centauri in furorem sunt ebrietate conpulsi. deinde hoc loco Centauros ait in furorem actos a Libero, non Lapithas.

456. *CENTAVROS LETO DOMVIT RHOETVMQVE PHOLVMQVE hic quaestio est, cur Pholum inter Centauros interfectum dicat, quem Hercules etiam hospitem habuerit nec umquam infestaverit. sed peremptis Centauris cum sagittas eius Pholus miraretur, una earum supra pedem ipsius cecidit et ei letalis fuit. inter Lapithas autem et Centauros bellum fuit propter Hippodamiam, sive Deianiram, et cum ad rapiendam virginem insolentes Centauri fuissent, a Lapithis sunt attriti.*

457. LAPITHIS CRATERE MINANTEM bonum schema; ita enim pinguntur, quasi poculis bella tractantes.

458. O FORTVNATOS NIMIVM S. S. B. N. A. non est abruptus transitus ad laudem vitae rusticae, nam ad superiora pertinet. post vituperationem enim vini ista quasi consolatio est, per quam ostenditur, quantas voluptates rusticis natura praestiterit. quod autem ait 'fortunatos nimium', non ad fortunam, sed ad fortunae pertinet quantitatem: nam hoc dicit, quantum in re est, maximas eis natura praestitit voluptates: quas si nossent, essent non fortunati, sicut nunc sunt, sed nimium fortunati *agricolae.*

459. PROCVL DISCORDIBVS ARMIS longe a civitatibus, plenis iurgio et rapinis.

460. IVSTISSIMA TELLVS proprie: nam si iustus est, qui quod acceperit reddit, terra utique iustissima *res* est, quae maiore fenore semina accepta restituit. *'iustissima tellus' quomodo, si alibi dicit* ⟨I 279⟩ *Coeumque Iapetumque creat saevumque Typhoea?*

7 Horatius] carm. I 17, 22 ‖ 12 hic quaestio est e. q. s.] cf. mythogr. I 61 et Luct. Plac. ad Stat. Ach. II 41 p. 441 Lindenbr.

4 praestent *P* ‖ 5 FVRENTIS *P* ‖ 7 se melius *M* semel melius *V* se mars melius *PH* (*in A* semeleius *evanuit*) ‖ confudit *V* ‖ 8 tyoneus *PHM* chioneus *V* ‖ proelia *om. libri praeter M* ‖ 12 ROETHEVMQVE POLVMQVE *V* ‖ 14 nec umquam *ego*: et necdum *V* necdum *Masvicius* nec eum *Burmannus* ‖ 17 yppodamiam *V* 21 abrutus *M* ‖ 24 ait] dicit *M* ‖ 26 re] se *a* ‖ 27 essent non] non essent *V* ‖ 30 et] ut *A* (*corr. a*) at. aut *supr. vers. m* ‖ 32 accepit *A* ‖ 33 restituet *A* ‖ 34 coe-

solvitur: ideo 'iustissima', quia cum decimis reddit fructus, quod est magnae iustitiae.

461. SI NON INGENTEM FORIBVS D. A. S. ut etiam in laude fecit Italiae, non solum vitam laudat rusticam, sed etiam contrariam, id est urbanam, vituperat. nam ista, quae de urbibus dicit, opinabilia sunt bona, non vera, sicut rustica. multum enim interest inter verum et opinatum malum seu bonum: unde Iuvenalis ⟨X 2⟩ pauci dinoscere possunt vera bona.

463. INHIANT habere desiderant. et dicimus 'inhio illam rem'. *et aliter: 'inhiant' mirantur. et subaudiendum 'salutantes'.* PVLCHRA TESTVDINE id est Indica, unde postes ornabantur vel lectuli: Lucanus ⟨X 120⟩ foribus testudinis Indae terga sedent fulvo maculas distincta smaragdo.

464. INLVSASQVE AVRO V. in quibus artifex auro ludens aliqua depinxerat. male autem quidam 'inclusas' legunt. EPHYREIAQVE AERA Corinthia, quae laudat et Cicero: nam Ephyre est Corinthus.

465. ASSYRIO FVCATVR LANA VENENO Assyrii populi sunt adiacentes Syriae, apud quos primum usus inventus est purpurae. VENENO colore.

466. NEC CASIA LIQVIDI C. V. O. casia herba est, de qua fit unguentum. mire autem ait 'usus olivi corrumpitur'. nam oleum generalem usum habet: quod cum in unguentum fuerit corruptum, uni rei tantum aptum esse incipit.

467. ET NESCIA FALLERE VITA aut quia innocentes sunt, aut quoniam inmobilis est status vitae eorum: urbanorum enim fortuna aut insidiis aut proscriptione variatur.

468. LATIS FVNDIS fundus dicitur ab eo, quod sit rerum omnium fundamentum.

469. SPELVNCAE VIVIQVE LACVS id est bona naturalia, non sicut in urbibus, labore quaesita: unde Iuvenalis ⟨III 17⟩ et speluncas dissimiles veris. FRIGIDA TEMPE Tempe sunt proprie loca amoena Thessaliae, abusive cuiusvis loci amoenitas.

19 apud quos ... purpurae] cf. Isid. or. XIV 3, 10

thumque lapithumque *V* ‖ 3 laude *A*: laudem *reliqui* ‖ 8 vera bona] MANE SALVTANTVM hoc est si non patiantur advenientem multitudinem, sicut faciunt hi, qui in urbibus consistentes frequentiam multorum quotidie patiuntur *add. Fabricius* ‖ 11 Indica *om. H* ‖ 12 indae *M*: inde *AVH* indi *P* ‖ 13 maculis *H* ‖ 14 ludens auro *P* ‖ 15 quidam *om. H* ‖ PHYREAQVE *A* EPHYREAQVE *Ha* EFYREAQVE *M* EPYRAEAQVE *P* EPYREAQVE *V* ‖ 16 efyre *HM* efire *A* epyre *V* ephirus *P* ‖ 17 corinthos *M* ‖ 18 FVSCATVR *a* ‖ assiri *V* ‖ 24 uni *om. P* ‖ 25 VITAM *PH* ‖ 26 quoniam] quia *P, om. M* ‖ fortuna] futura *P* ‖ 28 omnium rerum *VM* ‖ 31 et in speluncas *A* ‖ 32 uiris *V* ‖ propria sunt *V* proprie sunt *M* ‖ 33 abusive

470. MOLLESQVE SVB ARBORE SOMNI *μαλακοὶ δὲ ὑπὸ δένδρεσιν ὕπνοι.*

471. ILLIC SALTVS venationes, quae penitus in urbibus non sunt. LVSTRA FERARVM bene 'ferarum' addidit, quoniam sunt in urbibus lustra meretricum. PARVOQVE ADSVETA non ut urbana, quae est segnis et prodiga.

473. SACRA DEVM SANCTIQVE PATRES duo dicit: sacra deum sancta apud illos sunt, sancti etiam parentes.

474. EXTREMA PER ILLOS IVSTITIA E. T. V. F. hoc Aratus dicit, iustitiam primo et in urbibus, postea tantum in agris fuisse, ubi eam inducit loquentem, cur abscedat e terris.

475. ME VERO diu quaesitum est, utrum philosophiae, an rusticitatis esset vita felicior, unde nunc dicit primam esse philosophiam, post ipsam rusticam vitam. suam autem personam pro quocumque ponit: sic paulo post ⟨485⟩ rura mihi pro 'cuilibet', sic in primo ⟨456⟩ non illa quisquam me nocte per altum ire, in tertio ⟨435⟩ nec mihi tunc molles sub divo carpere somnos. et hoc est, quod dicit Horatius in arte poetica ⟨46⟩ hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor. *et aliter: et 'primum' et 'ante omnia', ut primus ibi ante omnes.*

476. *QVARVM SACRA FERO sacrum dici volunt, quod sit cum timore religiosum, sanctum, quod cum amore.* QVARVM SACRA FERO poeta enim quasi musarum sacerdos est.

477. CAELIQVE VIAS aut artes, ut inveni germana viam: aut certe circulos, quibus sidera continentur.

478. DEFECTVS SOLIS VARIOS atqui uno modo tantum sol deficere nobis videtur, tunc scilicet, cum luna plena e regione eius obstiterit radiis et eos nobis fecerit non videri: unde varios accipimus defectus, non quia varia ratione contingunt — nam ratio una est, ut diximus —, sed quia vel variis temporibus fiunt vel varie; interdum enim duobus, interdum quattuor, interdum pluribus

9 Aratus] Phaen. 100 sqq. ‖ 20 primus] A. II 40 ‖ 24 inveni] A. IV 478

...amoenitas] unde omnia loca amena per abusionem tempe cognominantur *V* ‖ 1 mamκοια ΥΠΟ ΑΕΠΝΑΡΕCIΠ ΥΤΙΝΟΙ *A* ΜΑΛΚΟΙ ΔΕ ΥΠΟ ΔΕΝΔΡΕCIN ΥΠΝΟΙ *P* ΜΑΛΑΚΟΙ ΔΕ ΥΠΟ ΛΕΝΛΡΕCIN ΥΠΝΙΟΙ *VH, nisi quod* ΥΠΝΟΥ *H* ΜΑΛΑΚΟΙ ΛΕ ΥΠΟ ΑΕΝΛΡΕCIN ΥΤΙΝΟΙ *M* ‖ 4 quoniam] quae *V* ‖ 5 non ut] id est ut non *P* id est non ut *M* ‖ 7 deorum *V* ‖ 11 e terris] a terris *A* *οὐδ' ἔτ' εἰσωπὸς ἐλεύσεσθαι καλέουσιν οἵην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο χειροτέρην add. Fabr.* ‖ 12 est *om. APH* ‖ 14 ipsam] istam *Carolir. 186* ‖ 15 mihi] placeant *add. V* ‖ 17 in tertio] in terentio *P* in terrentio *H* ‖ nec *H*: ne *AVMp, om. P* ‖ tunc] tam *PH* ‖ somnos sub diuo carpere molles *M* ‖ 19 promissi] quod promisi *P* quod promisi *H* ‖ 21 QVORVM *V* ‖ 22 *Servianum lemma om. V* ‖ 24 uia *H* ‖ 26 atqui *PMa*: aque *A* at *V* atque *H* ‖ 27 plena luna *PH* ‖ e *om. AH* (*add. a*) ‖ 31 enim *om. APH*

deficit digitis. *et aliter: 'varios defectus' secundum Epicurum, qui ait, non unam causam pronuntiandam, qua sol deficere videatur, sed varias: potest enim fieri ut extinguatur, ut longius recedat, ut aliquod eum corpus abscondat. 'lunae' autem 'labores' dicit, cum amittit lumen. et aliter: 'sidera' utrum ea quae cum caelo feruntur infixa, an vaga, quae contraria caelo cursus conficiunt, an omnia? 'caeli viae' † nocte sunt, a sinistra austri, septemtrionis a dextera. ('lunae labores') quod vulgo dicunt 'laborat luna'. hinc Varro in Cynistore* eclipsis quando sit, cur luna laboret. *et si hoc ridicule credunt dicant quod laborant.* LVNAEQVE LABORES vel errores, quia non recta incedit: vel defectus, qui contingunt lunae, quotiens terrae altitudo interveniens radiis solis eam inluminari non patitur, a quibus dicitur lumen accipere.

479. VNDE TREMOR TERRIS variae sunt opiniones. alii dicunt ventum esse in concavis terrae, qui motus etiam terram movet: Sallustius venti per cava terrae citati, Lucanus ⟨III 460⟩ quaerentem erumpere ventum credidit. alii aquam dicunt genitalem sub terris moveri et eas simul concutere, sicut vas aquae, ut dicit Lucretius ⟨VI 552⟩. alii σπογγοειδῆ terram volunt, cuius plerumque latentes ruinae superposita cuncta concutiunt. QVA VI MARIA ALTA TVMESCANT OBICIBVS R. alii sic accipiunt, quod ruptis obicibus, id est Calpe et Atlante montibus Hispaniae et Mauretaniae, Oceanus eruperit et ista fecerit maria. quod non procedit: si enim hoc esset, non diceret 'tumescant', sed 'tumuerint', cum eruperunt Oceani maria. unde aestuaria Oceani accipimus, qui per Hispanias et Gallias in infinitum erumpit, contempta lege riparum, ad quas rursus recurrit: cuius rei opiniones Lucanus in primo ⟨412⟩ commemorat, dicens ventus ab extremo pelagus sic axe volutet

4 lunae ... lumen] cf. Macrob. comm. in somn. Scip. I 15, 12; Isid. or. III 58; comm. Luc. VI 492 | 8 Varro in Cynistore] p. 152, 1 Riese | 14 alii dicunt ... concutiunt] exscr. Isid. or. XIV 1, 2 sq. | 16 Sallustius] hist. II 43 Dietsch, II 52 Kritz

---

1 digitis] i. e. monitis *supr. vers.* *m* | varios defectus ... abscondat *edidit Fabr.* | 2 videtur *Vrsinus* | 3 potest] *malim* posse | 4 demittit *Vrsinus* | 5 infixa *idem*: in rixa *V* | 6 an omnes caeli viae notae sunt *Vrsinus* | nocte] *fortasse* II (*i. e. duo*) axes. *cf. Isid. or.* III 32; *de nat. rer.* 12, 6. χορεῖαι *F. Schoell* | 7 'lunae labores' *addidi* | 8 Cynistore *Vrsinus; ego* cynistrore *legi* Synistore *Popma* Ciniflone *Ritschl opusc.* III *p.* 412 | 9 fit *Vrsinus* | cūr, *ut supra bis* ãn, *V* cum *Riese* | ridiculum *Riese* | quid *Vrsinus*: quid laboret *Riese* 12 patiatur *A* | 16 concaua *Ma* | citati *PM*: citatu *AVH* | 17 dicunt *om. V* 18 mouere et eam simul *V* | 19 fongoiden *A* (spongoiden *a*) fungoiden *PM* fungoid *V* fundoidē *H* | 20 concutiunt] concutiuntur *P* mouent siue concutiunt *M* | 21 quod ruptis *P*: corruptis *AHM* arruptis *V* | 22 calpa *PH* | 23 erupit *M* | 24 tumuerit *P* | 28 axe] ex se *A* exe *H*

destituatque ferens, an sidere mota secundo Tethyos unda vagae lunaribus aestuat horis, flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas, erigat Oceanum fluctusque ad sidera ducat, quaerite quos agitet mundi labor.

479. (*QVA VI MARIA ALTA TVMESCANT OBICIBVS RVPTIS . . . VEL QVAE*) *TARDIS MORA NOCTIBVS OBSTET Celsus Oceanum significari ait, qui aestu suo diffidit terram inter Mauretaniam et Hispaniam, ut hoc sit 'obicibus ruptis'. causa autem brevium dierum est, quod signa hiemalia transversa oriantur atque occidant, causa longorum dierum, quod aestiva recta oriantur et occidant.* (*'tardis'*) *tarde venientibus, aestivis accipiendum: unde et 'vel' dixisse videtur, ne bis unum tempus significaret.*

481. QVID TANTVM OCEANO PROPERENT S. T. S. H. circulorum hoc efficit ratio, ut etiam in Aeneide ⟨I 745⟩ diximus. TARDIS autem NOCTIBVS tarde venientibus, id est aestivis.

483. NATVRAE ACCEDERE PARTES physicae philosophiae, unde sunt illa quae dixit.

484. FRIGIDVS OBSTITERIT CIRCVM PRAECORDIA SANGVIS secundum physicos, qui dicunt stultos esse homines frigidioris sanguinis, prudentes calidi. unde et senes, in quibus iam friget, et pueri, in quibus necdum calet, minus sapiunt.

486. INGLORIVS comparatione philosophiae: sic in Aeneide ⟨XII 397⟩ et mutas agitare inglorius artes, non quod nulla gloria medicinae est, sed quod minor, quam divinitatis et augurandi, quae ei Apollo obtulerat munera, ut ⟨XII 394⟩ augurium citharamque dedit celeresque sagittas.

487. SPERCHIVSQVE *Sperchius* fluvius Thessaliae. *BACCHATA ubi bacchatae sunt. et non haec optat, sed talia.*

488. TAYGETA mons Laconum, Libero et Bacchis sacratus.

---

26 Bacchata ubi bacchatae snnt] cf. Non. p. 78, 24

---

1 secunda *V* ‖ thethsios *V* thetios *M* ‖ 2 estuet *M* ‖ oris *AHM* ‖ Titan] tytan *VM* tn *H* ‖ 3 unda *A* (*corr. a*) ‖ fluctusque ad sidera ducat (tollat *V*) *PV*: f. q. a. s. t. *AHM* ‖ 4 quaerite . . . labor *P, om. reliqui* ‖ 6 TARDIS . . . significaret *post Servianum ad v.* 481 *scholium hab. V* ‖ 7 mauritaniam *V* ‖ 10 'tardis' *addidi* ‖ tarde venientibus . . . videtur *scripsi conl. Servio ad Aen.* I 746: tarde venientibus accipiendum. unde et aestiuis dixisse uidetur *V* ‖ 11 significaret] et aliter tardis noctibus id est tarde venientibus id est aestiuis *add. V* ‖ 12 QVID] QVOD *V* QVID ob quam caussam TANTVM *e. q. s. Fabricius. cf. Serv. ad Aen.* I 745 ‖ 13 TARDIS . . . aestivis *om. V.* TARDIS M. N. tarde venientibus, et aestivis dixisse videtur, ne . . . significaret *Vrsinus l. l.* ‖ 15 PARTES id est partes physicae philosophiae *Fabr.* ‖ 19 calidioris *HM* ‖ 20 sapiunt] MIHI PLACEANT pro cuilibet *add. Masvicius. cf. Serv. ad v.* 475 ‖ 21 sic et in *A* ‖ 22 multas *AVH* non quod] non qm *A* non quo *M* ‖ 23 medicina *H* ‖ 24 optulerat *VM* ‖ 25 sagittas] i. u. d. *add. AM* ‖ 26 SPERCHEVSQVE *A* ‖ BACHATA *et* bachate *V* ‖ 28 bacchis *M*: bachis *A* bachi *V* baccho *P* bacho *H* ‖ consecratus *ap*

HAEMI montis Thessaliae, in qua sunt Tempe. *et aliter: 'qui' est pro 'aliquis'. et subaudiendum 'deus'.*

490. FELIX QVI POTVIT R. C. C. repetitio est superioris coloris; nam hoc dicit: et rustici felices sunt, et qui tribuunt operam philosophiae. 'rerum causas' id est physicam philosophiam.

491. INEXORABILE FATVM alibi Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum.

492. SVBIECIT PEDIBVS calcavit 'fatum', ex fato venientia. ACHERONTIS AVARI omnem mundum in mortem trahentis. *et aliter: 'strepitum Acherontis' id est opinionem formidolosam, quae vulgo sit de Acheronte.*

493. DEOS QVI NOVIT AGRESTES qui abstinet civicis malis et aut rura habitat aut cum suis numinibus rura describit.

494. NYMPHASQVE SORORES non Panis vel Silvani, sed inter se sorores, ut Aetnaeos fratres, inter se scilicet.

495. POPVLI FASCES honores, qui a populo praestabantur. proprie autem locutus est, ut fasces populi, regum purpuram diceret.

496. INFIDOS AGITANS DISCORDIA FRATRES discordiam posuit pro avaritia: ab eo, quod praecedit, id quod sequitur. 'infidos' autem 'fratres' ideo ait, quod avaritiae causa dissentiunt.

497. AVT CONIVRATO D. D. AB HISTRO id est non eum sollicitat coniuratio barbarorum. Hister autem fluvius est Scythiae. *et aliter: Aufidius Modestus legisse se affirmabat, hunc morem esse Dacorum, ut cum ad bella proficiscerentur, non prius rem capesserent, quam de Histro certum modum haurientes ore in modum sacri vini, iurarent, non se ad patriae sedes regressuros nisi hostibus caesis; et idcirco Vergilium familiari sibi hypallage usum dixisse Histrum coniuratum, apud quem Daci coniurare consuerunt.*

498. NON RES ROMANAE PERITVRAQVE REGNA regna scilicet barbarorum; nam duo dicit: rusticum nec Romanum imperium movet, id est ad ambitum cogit, nec barbarorum regna peritura: non enim Romano male dixit imperio. licet alii dictum hoc velint ex

6 alibi] A. VIII 334 ‖ 15 Aetnaeos] A. III 678

1 montis *vulgo*: montes *VH* mon////s *M* mons est *P*, *om.* *A* ‖ in qua *APH*: in quibus *V* in quo *M*, in quo etiam *Fabr.* ‖ 3 superbioris *A* ‖ coloris] sermonis *P* ‖ 6 fortunam *A* ‖ 8 Fatum *M*: fata *PH* mala *V*, *om.* *A* ‖ fato] facto *V* ‖ 12 qui] hoc est qui *V* ‖ civicis] aquibus *H* ‖ et aut rura habitat, sicut rustici, aut etiam, sicut philosophi, suis *e. q. s.* *Masvicius* ‖ 13 nominibus *H* ‖ 20 causae *A* ‖ dissentiant *V* ‖ 23 aufidus *V* Antidius *Vrsinus* ‖ 25 istro *V* ‖ 26 sedem *Vrsinus* ‖ 27 hypalage *V* ‖ usum *Vrsinus*: usu *V*. *possis et* familiari sibi hypallages usu ‖ istrum *V* ‖ 28 aput *V* ‖ consueverunt *Vrsinus* ‖ 29 regna *om.* *A* (*add.* *a*) ‖ 32 Romano] de romano *V*

generali venire sententia, quod omnis magnitudo imperii periculis subiacet, unde etiam Iuvenalis ait ⟨X 112⟩ ad generum Cereris sine caede et sanguine pauci descendunt reges et sicca morte tyranni.

499. AVT DOLVIT MISERANS INOPEM AVT INVIDIT HABENTI Cicero in Tusculanarum quinto libro hoc tractat, in quem cadit una mentis perturbatio, posse in eum omnes cadere, sicut potest omni virtute pollere, cui virtus una contigerit. unde nunc Vergilius noluit rustico adsignare misericordiam, ne ei daret etiam ceteras animi passiones, quas novimus et a bonis et a malis rebus venire: a bonis opinatis duas, unam praesentis temporis, ut gaudium, et unam futuri, ut spem; a malis similiter duas, unam praesentis, ut dolorem, et unam futuri, ut metum: quas passiones esse animi non dubium est, unde etiam ipse ait in sexto ⟨733⟩ hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, Sallustius etiam in Catilinae bello ait ⟨51, 1⟩ omnes homines, qui de rebus dubiis consultant, ab odio amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. nam animus haud facile verum providet, ubi illa officiunt. ergo aut secundum Ciceronis tractatum hoc dixit; aut, quod absolutius est, intellegamus, ideo rusticum paupertatem non dolere, quod eam malum esse non credit, sed munus deorum: Lucanus de paupertate ⟨V 528⟩ o munera nondum intellecta deum. est et aliud, quod possumus accipere: ideo rusticum nec bonis nec malis alienis moveri, quia eis non interest, quippe qui ab urbibus est remotus. *et aliter: non crudelem rusticum inducit, qui inopis non misereatur, sed qui sciens paupertatem malum non esse, pauperis non doleat sortem: et ideo adiecit 'aut invidit habenti', quia non invidet, sciens divitias bonas non esse.*

501. FERREA IVRA dura, inexorabilia, inmutabilia. *et aliter: quia veniam dare non norunt.*

502. INSANVMQVE FORVM litigiosum. POPVLI TABVLARIA ubi actus publici continentur. significat autem templum Saturni, in quo et aerarium fuerat et reponebantur acta, quae susceptis liberis

---

2 cereris *PMa*: ceteris *A* ciceronis *V* Creterii *H* ‖ 6 quinto] .u. *V* v *H* ‖ tractat] dicens *add. Fabricius* ‖ 8 contingerit *P* ‖ 10 et *ante* a bonis *om. P* ‖ a *ante* malis *om. V* ‖ 11 opinatis] id est dubiis *supr. vers. m* ‖ 13 metus *V* ‖ quas omnes passiones *V* ‖ 15 cupiunt *P* ‖ 16 homines *om. V* ‖ 18 haut *M* aud *H* ‖ 19 ubi illa] unde illa *V* ubi illa aut unde illa *M* ‖ officiant *PV* ‖ 20 quod ... non dolere *om. A* (*in marg. sup. add. a*) ‖ paupertate *V* ‖ 21 malum *PH*: malam *AM* mala *V* ‖ 22 o *V*: et *reliqui* ‖ munere *APH* ‖ 23 et *om. VM* ‖ possumus *PVH*: possimus *A* posimus *M* ‖ 24 eis] eius *vulgo* ‖ 26 malorum *Lion* ‖ 29 inmutabilia *om. P* ‖ 30 norit *Vrsinus* norint *Broukhusius* ‖ 31 litigosum *M* ‖ 33 et *ante* aerarium *om. VM* ‖ et ubi reponebantur *vulgo* ‖ reponebantur] renouantur *H* ‖ acta] i. e. libri *supr. vers. m*

faciebant parentes: Iuvenalis ⟨IX 84⟩ tollis enim et titulis actorum spargere gaudes argumenta viri. *et aliter:* (*ubi reponebantur*) *negotia publica et rationes populi, quae in tabulis scribuntur, unde tabularia dicta.* *VIDIT expertus est, ut illic Aetnaeos vidit Cyclopas Vlixes.*

503. CAECA FRETA subito in tempestatem surgentia.

504. PENETRANT AVLAS ET LIMINA R. *ut amici sint,* id est profitentur satellitium. 'limina' autem ait interiorem familiaritatem: Turnus sic stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.

505. PETIT EXCIDIIS VRBEM incertum, alienam, an suam.

506. GEMMA BIBAT gemmeo poculo, non gemmato. SARRANO OSTRO Tyria purpura: quae enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur a pisce quodam, qui illic abundat, quem lingua sua sar appellant: Iuvenalis ⟨X 38⟩ aut pictae Sarrana ferentem ex umeris aulaea togae.

508. HIC STVPET ATTONITVS ROSTRIS scilicet ut contionetur: corripuit enim hunc gẽminatus per cuneos plausus, et plebis et patrum. *HVNC PLAVSVS HIANTEM sensus: hic audet contionari et in rostris conventum populi favoremque miratur.*

511. EXILIOQVE DOMOS voluntario, scilicet propter avaritiam.

512. ALIO SVB SOLE sub alio climate.

514. HINC ANNI LABOR ex agricultura habet totius anni substantiam. HINC PATRIAM Donatus villam intellegit, non re' vera patriam.

515. MERITOSQVE IVVENCOS sui consortes labores.

516. NEC REQVIES id est numquam potest rusticus omni parte destitui. *et aliter: nec requiescit nec intervallum est.*

517. CEREALIS MERGITE C. manipulos spicorum mergites dicimus. *et aliter: mergites fasces culmorum spicas habentium, quos metentes bracchiis sinistris complectuntur. quidam cavos dicunt.*

---

4 illic] A. XI 263 ‖ 9 stirpem] A. VII 579 ‖ 12 quae enim ... appellant] exscr. Isid. or. XII 6, 38 ‖ 18 sensus ... miratur] cf. Non. p. 318, 29

---

1 titulis] libris *Iuvenalis* ‖ 2 auctorum *A* ‖ spargere *AV*: aspergere *P* aspargere *HM* ‖ gades *A* ‖ uirili aliter *V, correxi* ‖ ubi reponebantur *addidi* ‖ 4 ethneos *V* ‖ 7 ut amici sint *om. Vrsinus* ‖ satellicium *H* satellitum *M* (*corr. m*) ‖ 11 geminato *A* gemimato *H* ‖ SERRANO *P* SAR(RA)NVS *H* ‖ 12 tyrus *V* ‖ 14 aut] et *Iuvenalis* ‖ pic//// *A* picte *VH* picta *Ma* ‖ sarrane *a* ‖ 15 humeris *libri* ‖ aulea *AVM* ‖ to//// *A* toge *Va* ‖ 16 ut contionetur. PER CVNEOS GEMINATVS ENIM PLEBISQVE PATRVMQVE CORRIPVIT ordo est: corripuit *e. q. s. vulgo* ‖ 17 hanc *P* ‖ 19 rimatur *Broukhusius* ‖ 21 clymate *VM* elimmate *H* ‖ 22 habes *A* ‖ substantiam] i. e. laborem *supr. vers. m* ‖ 25 NEPOTES PARVOSQVE PENATES meritos sui ... laboris *V. fortasse* NEPOTES alii legunt 'parvosque penates'. MERITOS ... laboris ‖ sui *om. A* ‖ labori *H* ‖ 28 CERIALES *P* CEREALES *H* ‖ spicorum *AP*: spicarum *VH* ‖ 29 quas *V, correxi* ‖ 30 brachiis *V*

519. SICYONIA BACA TRAPETIS oliva, a civitate Laconicae Sicyone, ubi abundat olea. 'trapetis' autem molis olivaribus. et declinatur 'trapetum' sicut 'templum': Terentianus ⟨299⟩ quo supersidens trapeto signa gyris temperat; quod metrum aptum est olivam terentibus. *et aliter: quoniam oleum Sicyonium magno in pretio est. Sicyon urbs Peloponnesi. 'trapetis' autem molis lapideis, ubi oliva molitur.*

520. ARBVTA poma silvestria.

522. *MITIS IN APRICIS C. V. S. 'mitis coquitur' familiaris est figura pro 'coquitur ut mitescat'.*

523. PENDENT CIRCVM OSCVLA NATI contra illud ⟨511⟩ exilioque domos et dulcia limina mutant.

524. CASTA PVDICITIAM S. D. non ut in urbibus inpudica.

527. IPSE DIES AGITAT suspendendum et sic inferendum 'festos': nam hoc dicit, omnes dies sic habet, ut festos putes. alii dicunt, festos dies cum religione concelebrat. *et aliter: non cum festi venerint, sed omnes dies quasi festos agit, id est laetos.*

528. *IGNIS VBI IN MEDIO ET SOCII CRATERA CORONANT 'in medio ubi ignis'. et proprie 'coronant', usque ad coronam summam implent.*

531. AGRESTI PALAESTRA rustica luctatione. palaestra autem dicta est vel ἀπὸ τῆς πάλης, id est a luctatione, vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc est a motu urnae; nam ducti sorte luctantur.

533. FORTIS ETRVRIA CREVIT secundum historiam: nam constat Tuscos usque ad fretum Siculum omnia possedisse. *et aliter: maximum enim imperium Etruscorum in Italia fuit, ut ait Livius, ab Alpibus usque ad fretum Siculum: unde totum mare, quod a dextra Italici litoris est, Tyrrhenum dicitur. hoc Varro doctius dividit in provincias marinas.*

---

1 oliva ... olea] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 50 ‖ 2 trapetis ... olivaribus] cf. Isid. or. XX 14, 12 ‖ 20 palaestra autem ... luctantur] cf. Isid. or. XVIII 24 ‖ 25 ut ait Livius] V 33, 7

---

1 SYCIONIA *AH* SYTIONIA *P* ‖ laconiae *A* lacone *V* ‖ sycione *AVH* sicione *P* ‖ 2 abundat olea *AV*: abundant oleae *P* habuntlant oleae *H* ‖ molis olivaribus *AP*: mole oliuarum dicuntur *V* † mollis mobilis oliuaribus *H* molis mobilibus oliuaribus *Masvicius* ‖ 3 templum] templi *add. V* ‖ terrentianus *AH* terentius *V* ‖ quos *Serviani libri* ‖ super sides *V* super insidens *APH* ‖ 4 trapeto *AV*: trapetos *PH* ‖ giris *PVH* ‖ 5 sycionium *V* ‖ 6 sicyon *Vrsinus*: ipsico *V. forte* ipsa Sicyon ‖ peloponesi *V* ‖ 9 *fortasse* familiaris est Vergilio figura. *cf. ad v.* 497 ‖ 11 NATI] id est non solum aliis rebus, sed etiam filiorum adspectu et frequentia gaudent *add. Fabr.* ‖ 14 suspendendum] hic est suspendendum *Fabr.* ‖ inferendos *H*, festos *omittens* ‖ festus *H* ‖ 15 putes *AP*: putet *V, om. H* ‖ 16 concelebrant *H* ‖ 18 *fortasse* ordo 'in medio, ubi ignis' ‖ 19 coronantur *et* implentur *Vrsinus* ‖ 21 ΠΑΛΕΝ *PVH* ‖ 22 ducta *H* ‖ 25 libius *V* ‖ 27 tyrrenum *V* ‖ in prouinciis marinis *V, correxit Vrsinus*

536. ANTE ETIAM S. DICTAEI REGIS antequam regnaret Iuppiter, qui est in Dictaeo Cretae monte nutritus.

537. IMPIA QVAM CAESIS GENS EST E. I. Arati est hoc, qui dicit, quod maiores bovem comesse nefas putabant.

538. *AVREVS HANC VITAM id est aureum saeculum.*

539. NECDVM INPOSITOS DVRIS C. I. ENSES Iuvenalis ⟨XV 168⟩ nescirent primi gladios extundere fabri.

541. ET IAM TEMPVS EQVVM F. S. C. allegorice hoc dicit: debemus fatigato ingenio parcere et facere finem carminis. sane non est comparatio, sed translatio, sicut etiam in primi fine ⟨514⟩ diximus. et plerumque volunt, ideo eum dixisse hoc loco carmini georgico finem se esse facturum, quod duo sequentes libri pastorales sunt, non georgici, ut etiam in prima huius carminis parte memoravimus.

---

3 Arati est hoc] Phaenom. 132

---

1 et antequam *V* ‖ Iuppiter *om. H* ‖ 3 Oratii *V* ‖ 4 comesse] si comedissent *V* ‖ qui dicit maiores bovem comedere nefas putasse: *πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων Fabr.* ‖ 5 AVREAS *V* ‖ 6 nescierint *et* extendere *Iuvenalis libri* ‖ 8 allegorice *V*: allegoricos *APH* ‖ 11 ut plerique *V* ‖ 14 EXPLIC̄ LIB̄ SECVNDVS INCIPIT LIB̄ T̄TIVS GEORGICŪ *A* LIB̄ II̅ EXPL INCIPIT LIBER TERTIVS *P* Explicit liber secundus georgicorum Incipit tertius *V* EXPLIC̄ LIB̄ II GEORGECON *H*.

SERVII GRAMMATICI

IN VERGILII GEORGICON LIBRVM TERTIVM COMMENTARIVS.

1. TE QVOQVE MAGNA PALES invocat deam pabuli dicturus de animalibus, sicut de frumentis dicturus et vitibus Cererem invocavit et Liberum. sane non est mirandum, usum esse eum prooemio, sicut est usus in primo: nam aliud quodammodo inchoaturus est carmen, pastorale scilicet, post completum georgicum. deinde etiamsi unum sit, scimus concessum esse scribentibus, ut iteratione prooemii legentum reficiant interdum laborem: nam et Livius frequenter innovat principia, ut incensa a Gallis urbe, ut completis consulibus, et Cicero in Verrinis, qui in frumentaria ⟨I 1⟩ conciliavit auditorum animos iteratione principii, ut omnes qui alterum iudices *nullis impulsi inimicitiis.* Pales autem, ut diximus, dea est pabuli: quam alii Vestam, alii matrem deum volunt. hanc Vergilius genere feminino appellat, alii, inter quos Varro, masculino, ut 'hic Pales'. huic sacra solvuntur XI. Kł. Maiarum die, quae Palilia vocantur.

2. PASTOR AB AMPHRYSO Amphrysus fluvius est Thessaliae, circa quem Apollo, spoliatus divinitate ob occisos Cyclopas, Admeto regi pavisse armenta dicitur: unde eum nunc invocat. qui Nomius

7 Livius] fragm. 64 p. 235 Hertz ‖ 11 Pales autem ... vocantur] exscr. mythogr. III 2, 6 ‖ ut diximus] buc. V 35 ‖ 18 qui Nomius ... chordarum] cf. mythogr. III 8, 17

4 sicut usus est *A* sicut et usus est *V* ‖ nam et aliud *V* ‖ quodammodo] modo *B* ‖ 6 etiamsi unum carmen sit *B* ‖ 7 legentium *BV* ‖ 9 in uernis *P* ‖ 10 omnis *V* ‖ qui alterum] quidem *P* qui altam *H* ‖ 11 indices *PV*: iud. *AH* iudicant *vulgo* ‖ impulsus *V* ‖ 12 uestem *P* ‖ uocant *BV* ‖ 14 genere masculino *B* masculino genere *P*. *cf. Preller Roem. Mythol.* I³ 81 *adnot.* 2 ‖ x. *A* ‖ 15 qua *VH* ‖ palilia *PV*: palia *A* papilia *BH* ‖ 17 expoliatus *PH* ‖ cyclopes *H* ‖ admeti regis *Vh* admeto rege *H* ‖ 18 qui] quia *V* ‖ νομῆς (*p.* 272, 1)] nomiis *A* (*corr. a*) NOMNC *V* HOΛINC *H*

vocatur vel ἀπὸ τῆς νομῆς, id est a pascuis, vel ἀπὸ τῶν νόμων, id est a lege chordarum. SILVAE AMNESQVE LYCAEI κατ' ἐξοχὴν montem Arcadiae posuit, vel quia pecorosa est, vel quia Pan illic est rusticum numen. *'Lycaei' genetivus est singularis.*

3. CETERA QVAE VACVAS T. C. M. hoc est fabulae, quae delectationi esse poterant, et occupare mentes curis solutas, iam descriptae a multis in omnium ore versantur. *et aliter: legitur et 'carmine', et, ut puto, rectius: non enim dicit 'cetera carmina' iam vulgata, sed 'cetera omnia' absolute, id est ceterae omnes res vulgatae.*

4. QVIS AVT EVRYSTHEA DVRVM Eurystheus rex fuit Graeciae, Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, ut varia monstra superaret, quibus posset perire: unde eum durum appellavit, qui potuit ad complendum odium novercale sufficere. *'durum' dura imperantem.*

5. INLAVDATI NESCIT BVSIRIDIS A. Busiris rex fuit Aegypti: qui cum susceptos hospites immolaret, ab Hercule interemptus est, cum etiam eum voluisset occidere. huius laudem scripsit Isocrates: unde 'inlaudati' participium est pro nomine, ut sit inlaudabilis, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruerit, ut est illud in septimo ⟨11⟩ dives inaccessos ubi Solis filia lucos pro 'inaccessibiles', non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debeat. *et aliter: Busiris, Aegypti rex, omnibus annis Iovi hospites immolabat: nam per octo annos sterilitate Aegypto laborante, Pygmalion Cyprius finem futurum non ait, nisi sanguine hospitis litatum fuisset. primus autem Thyestes alienigena immolatus originem sacrificio dedit. alii sic: Busiris, Neptuni filius, rex Aegypti: qui cum Iovi hospites immolaret, pari exemplo mactatus est ab Hercule, ipsum quoque ausus aris admovere.*

6. CVI NON DICTVS HYLAS PVER id est a quo: Horatius scriberis Vario fortis pro 'a Vario'. Hylas autem socius Herculis fuit, qui aquatum profectus, raptus est a nymphis in Mysia.

10 Eurystheus ... sufficere] exscr. mythogr. I 64; III 13, 5 ‖ 15 Busiris ... occidere] exscr. mythogr. I 65; II 157 ‖ 17 huius laudem e. q. s.] cf. Gell. II 6, 3 et 9 sqq.; Macrob. Sat. VI 7, 5 sqq. ‖ 18 inlaudabilis ... meruerit] exscr. Isid. or. X 131 ‖ 22 Busiris Aegypti rex e. q. s.] cf. Apollod. 2, 5, 11, 6; Hygin. fab 56 ‖ 29 Horatius] carm. I 6, 1

1 a *om.* *A* ‖ nonon *A* ‖ 2 a *om.* *AVH* ‖ cordarum *AV* ‖ catexochen *AV* caтexoc *H* ‖ 4 Licei genitiuus *V* ‖ 6 solutas] sollicitas *V* solutis *H* ‖ 7 versantur] ferantur *B* ‖ 11 perseus genere *B* ‖ tintu *P* (instinctu *p*) ‖ 15 BOSIRIS *A* ‖ Bosiridis *A* ‖ 17 socrates *B* ysocrates *V* et socrates *a* ‖ 18 non quia l. n. s. sed quia l. *V* ‖ 19 meruit *BV* ‖ 22 debeat] ARAS in quibus ille hospites immolabat *add. Fabr.* ‖ 23 octo] ἐννέα *Apollodorus* novem *Hyginus* ‖ sterelitate *V* ‖ 24 sanguinem *V, corr. Vrsinus* ‖ 25 thiestes *V* ‖ 31 aquatum] ad aquam hauriendam *V* ‖ misia *PH* misiam *A* mysiam *V*. nam mesia provintia est *add. H*

LATONIA DELOS in qua Latona enixa est Apollinem et Dianam: quam insulam ante vagam Apollo, ut in tertio ⟨76⟩ legimus, Mycono e celsa Gyaroque revinxit, ubi fabulam plenius diximus.

7. HIPPODAMEQVE graeca, quae in η exeunt, plerumque ipsum η in 'ia' solvunt, ut Hippodame Hippodamia, Penelope Penelopia. fabula talis est: Hippodame filia fuit Oenomai, regis Elidis et Pisarum. hic equos habuit velocissimos, utpote ventorum flatu creatos. qui procos filiae multos necavit, sub hac condicione provocatos ad curule certamen, ut aut victus traderet filiam, aut victos necaret. postea cum Pelopem amasset Hippodamia, corrupit Myrtilum, aurigam patris, primi coitus pactione. qui factis cereis axibus cum, victore Pelope, a puella promissum posceret praemium, ab eius marito praecipitatus in mare est, cui nomen inposuit: nam ab eo Myrtoum dicitur pelagus. VMEROQVE PELOPS INSIGNIS EBVRNO Tantalus, pater Pelopis, volens deorum temptare divinitatem, invitatis filium suum epulandum adposuit. a quo omnes dii abstinuerunt, excepta Cerere, quae bracchium eius consumpsit. postea dii, punito Tantalo, cum voluissent eius filium revocare ab inferis, Ceres ei eburneum bracchium restituit. quod ideo fingitur, quia Ceres ipsa est terra, quae corpora universa consumit, ossa tantum reservans.

8. ACER EQVIS *fortis*, victor enim Oenomai. *TEMPTANDA* VIA ratio *ineunda*. ME QVOQVE P. T. H. sicut se alii sustulerunt carminis merito.

9. VICTOR effector propositi: sic paulo post ⟨17⟩ illi victor ego.

10. PRIMVS EGO IN PATRIAM quod ante ipsum nullus Mantuanus fuit poeta: vel quia nullus exinde talis emersit. MODO tantummodo.

---

6 Hippodame ... dicitur pelagus] exscr. mythogr. I 21; II 146 ‖ 13 ab eius marito ... pelagus] cf. Isid. or. XIII 16,8 ‖ 15 Tantalus ... reservans] exscr. mythogr. I 12. cf. II 102

---

2 micono e *A* miconoe *PH* niconoe *B* myconoe *V* ‖ 3 reuixit *BP* ‖ diximus] stabilem fecit *add. vulgo* ‖ 4 Graeca] enim *add. V* nomina *supr. vers. add. m. rec. in A* ‖ η] H. eta *B* hel *H* ‖ ipsum η] ipsum ẽ *A* (ipsum e *a*) ipsa n̄ *B* ipsum h *H* ipsum *V* ‖ 8 conditione *APH* ‖ 9 curale *B* (curile *b*) currile *V* ‖ uictos *PH*: uictor *ABV* ‖ 11 coitus] amoris *mythographi* ‖ 14 myrtoum *Carolir. 186 et mythographi*: myrteum *ABPHV et Isidorus* ‖ 16 invitatis] diis *add. B* eis *add. V* ‖ epulatum *A* ‖ opposuit *P* apposuit *Va* ‖ 17 brachium *et hic et infra libri* ‖ 18 postea ... restituit *om. PH* ‖ dii punito *A*: deponito *Carolir. 186* deponit *B* dii petente *V et mythogr.* I ‖ 21 tantum] tamen *mythographi* ‖ 25 propositi] praepositi *H.* et voti *add. Fabr.* ‖ illic *H* ‖ ego] VOLITARE laudari ab omnibus *add. Fabricius* ‖ 26 quod] quia *BV* ideo 'primus' quod *vulgo* ‖ ipsum *A Carolir. 186 Lips.*: illum *BPVH* ‖ 27 emerserit *BV* (i. e. surrexerit *supr. vers. b*)

11. AONIO v. Boeotio. Heliconia ipsa est Boeotia, in qua est Helicon mons, musis dicatus. *et aliter: 'Aonio' Boeotio, quod ibi primi Aones fuerunt.*

12. IDVMAEAS PALMAS abundantes, quantae sunt apud Idumen, civitatem Phoenices: Lucanus ⟨III 216⟩ et arbusto palmarum dives Idume. *et aliter: Idumaei gens est Syriae. quidam Idumaeas palmas ab Idyma, quae est urbs Lydiae palmarum ferax, dictas volunt. plerique Idumam Syriae Iudaeae civitatem tradunt.*

13. *ET VIRIDI IN CAMPO TEMPLVM hic est campus, de quo ait ⟨II 198⟩ et qualem infelix amisit Mantua campum.*

16. IN MEDIO MIHI CAESAR ERIT T. Q. T. id est ipsi templum dabo. et verbo usus est pontificali: nam qui templum dicabat, postem tenens dare se dicebat numini, quod ab illo necesse fuerat iam teneri et ab humano iure discedere. quod autem dicit 'in medio', eius templum fore significat: nam ei semper sacratus numini locus est, cuius simulacrum in medio collocatur; alia enim tantum ad ornatum pertinent. *TENEBIT 'tenebit' pro 'possidebit'.*

17. *ILLI VICTOR EGO compos voti aut laetus animi.* TYRIO CONSPECTVS IN O. *'conspectus' conspicuus* in habitu pontificis, cuius se officium dicit in templi consecratione sumpturum.

18. CENTVM QVADRIIVGOS A. A. F. C. id est unius diei exhibebo circenses, quia, ut Varro dicit in libris de gente populi Romani, olim XXV. missus fiebant. sed vicesimus quintus dicebatur aerarius, eo quod de collatione populi exhibebatur: qui desiit esse, postquam conferendae pecuniae est consuetudo sublata: unde hodieque permansit, ut ultimus missus appelletur aerarius. ergo 'centum cur-

---

18 Victor compos voti] cf. Non. p. 418, 20 ‖ 22 Varro in libris de gente p. R.] cf. Kettner Varron. Stud. p. 78

---

1 boetio eliconia ipsa est boetia *PH* Boetia eliconia (eliconiae *a*) ipsa est booetia *A* boetico eliconia ipsa est boetia *B* elyconiae. aonia ipsa est dicta boetia *V exspectatur* Boeotio. Aonia ipsa est Boeotia ‖ elicon mons *libri, nisi quod* mons elycon *V* ‖ 2 boetio *V* ‖ 3 fuerint *V, corr. Vrsinus* ‖ 4 quantae sunt] quales sunt et quantae *Fabr.* ‖ idymen *A* ydimen *BVH* idimen *P* ‖ 5 fenices *B*: foenicis *A* fenicis *P* faenicis *V* fenici *H* ‖ 6 idyme *A* ydime *reliqui* ‖ ydimei *V* ‖ ydimeas *V* ‖ 7 ydima *V* ‖ 8 ydimam *V* ‖ iudeae *V* ‖ tradunt] credunt *Vrsinus*. Elicon mons musis dicatus *add. V, quae e Serviano ad v.* 11 *scholio per errorem repetita esse apparet* ‖ 9 *scholium ad v.* 13 *edidit Fabricius; idem ad v.* 14 PROPTER AQVAM id est iuxta aquam *edidit. cf. Non. p.* 367, 18 ‖ 11 et verbo usus est pontificali *e. q. s.*] *cf. A. Pernice zum Roem. Sacralrecht Sitzungsber. der Preuss. Akad. d. Wissensch. phil.-hist. Kl.* 1885 *p.* 1150 ‖ 13 illo] alio *Steph.* ‖ 14 discendere *AB* (*corr. a*) ‖ 15 semper ei *PH* ‖ 17 TENEBIT ... animi] TENEBIT pro possidebit. 'compos voti' autem pro laetus animi *Vrsinus* ‖ 21 dei *A* ‖ 22 Circenses ludos *Fabr.* ‖ populi Romani] pri̅ *AH* ‖ 23 olim ... fiebant] olim *et* missus *om. B* olim XXV. missi exhibebantur *V. ceterum cf. L. Friedlaender in Marquardt Roem. Staatsverw.* III[1] *p.* 494 *adnot.* 3 ‖ aerareus *B* ‖ 24 latione *B* ‖ 26 appellaretur *AH* appellatur *V* ‖ cursus *A* (*corr. a*)

rus' secundum antiquitatem dixit, sicut etiam 'ad flumina'. olim enim in litore fluminis circenses agebantur, in altero latere positis gladiis, ut ab utraque parte esset ignaviae praesens periculum: unde et circenses dicti sunt, quia exhibebantur in circuitu ensibus positis; licet alii a circumeundo dicant circenses vocari.

19. CVNCTA MIHI in honorem meum. et hoc dicit: ex aliis agonibus ad me certatorum multitudo conveniet. per Alpheum autem Iovis Olympici agonem significat: nam Alpheus fluvius est Elidis, quae civitas iuxta Pisas est, in qua colitur Olympicus Iuppiter. LVCOSQVE MOLORCHI id est silvam Nemeam, in qua celebratur agon in honorem Archemori. Molorchus autem pastor fuit, qui Herculem, venientem ad occidendum Nemeaeum leonem, suscepit hospitio. *et aliter: Alpheus fluvius Elidis. eos autem ludos accipimus per Alpheum, qui Olympiaci dicuntur; per lucos Molorchi eos, qui Nemea, ubi Molorchus rex Herculem ad Nemeum leonem tendentem recepit hospitio. LINQVENS participium instantis pro praeterito.*

20. CRVDO CAESTV duro, ut seu crudo fidit pugnam committere caestu.

21. TONSAE OLIVAE minutis foliis compositae, ut tonsisque ferunt mantelia villis. habiturum se autem coronam tonsilem dicit. *et aliter: 'tonsae' compositae, ut Cicero cum saltatrice tonsa.*

24. VEL SCAENA VT VERSIS D. F. apud maiores theatri gradus tantum fuerunt, nam scaena de lignis ad tempus fiebat: unde hodieque consuetudo permansit, ut componantur pegmata a ludorum

---

1 olim enim e. q. s] cf. Isid. or. XVIII 27, 3 ‖ 11 Molorchus ... hospitio] exscr. mythogr. I 52. cf. II 160 ‖ 17 seu] A. V 69 ‖ 19 tonsisque] georg. IV 376; A. I 702 ‖ 21 Cicero] in Pisonem 8, 18

---

2 agebantur *PHa*: agebatur *A* agitabantur *BV* ‖ 4 qui *BH* ‖ 5 positis *om. A* ‖ circumeundo *P*: circueundo *B* circuendo *A* circuiendo *VH* ‖ 7 certatorum multitudo *V*: certaturum m. *A* certatur orum m. *Carolir. 186* certatura m. *B* certatura horum *PH* certatura Graecorum m. *vulgo. possis et* certaturorum m. ‖ 10 LVCVSQVE *AB* (*corr. a*) ‖ silua nemea *B* ‖ nemaeam *A. cf. Serv. ad Aen.* VIII 295 ‖ 11 honore *AB* ‖ Archemori] marchemori *AV* homeri *B* molorchi *a.* cuiusdam pastoris *add. Fabr.* ‖ 12 nemeaeum *A* (nemeeum *a*): nemaeum *B* nemeum *PVH* ‖ 13 hospitium *V* hospicio *PH* ‖ eos ... Nemea *edidit Fabr. ita ut* vocantur *adderet* ‖ 14 olim piaci *V* olim Pythici *Vrsinus* ‖ dicebantur *Vrsinus.* qui olim Pythici dicebantur, vel Olympici qui quinto quoque anno celebrabantur *Commelinus* ‖ LVDOSQVE MOLORCHI per ludos Molorchi accipimus eos, qui Nemei *Vrsinus* ‖ 15 *fortasse* qui Nemea. luci autem Molorchi, ubi *e. q. s.* ‖ rex qui Herculem *Vrsinus* ‖ hercule *V* ‖ 16 LINQVENS ... praeterito *post* dicuntur (*vel* dicebantur) *edidit Vrsinus* ‖ 19 tonsisque] tunsis d f apteq. *H* ‖ 20 se *om. P* ‖ 21 tonse composite *V* ‖ saltratrice *V* ‖ *ceterum* TONSAE compositum, ut ... tonsa *Vrsinus* ut Cicero ... tonsa. TONSA EST id est 'composita *Fabr.* ‖ *ad v.* 23 DELVBRA deorum templa. IVVAT delectat. CAESOS IVVENCOS immolatos in sacrificium *Fabr.* ‖ 22 SCHAENA *P* SCENA *reliqui* ‖ 23 schena *P* scena *reliqui* ‖ ad tempus] tantum *B* tantum ad tempus *vulgo* ‖ fiebant *P* ‖ 24 permansit consuetudo *BPV*

theatralium editoribus. scaena autem quae fiebat, aut versilis erat aut ductilis: versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam convertebatur et aliam picturae faciem ostendebat; ductilis tunc, cum tractis tabulatis hac atque illac species picturae nudabatur interior: unde perite utrumque tetigit dicens 'versis discedat frontibus', singula singulis complectens sermonibus. quod Varro et Suetonius commemorant.

25. PVRPVREA INTEXTI TOLLANT AVLAEA BRITANNI hoc secundum historiam est locutus. nam Augustus postquam vicit Britanniam, plurimos de captivis, quos adduxerat, donavit ad officia theatralia. dedit etiam aulaea, id est velamina, in quibus depinxerat victorias suas et quemadmodum Britanni, ab eo donati, eadem vela portarent, quae re vera portare consueverant: quam rem mira expressit ambiguitate, dicens 'intexti tollant'; nam in velis ipsi erant picti, qui eadem vela portabant. aulaea autem dicta sunt ab aula Attali regis, in qua primum inventa sunt vela ingentia, postquam is populum Romanum scripsit heredem.

26. SOLIDOQVE ELEPHANTO ebore integro, non sectili.

27. GANGARIDVM FACIAM Gangaridae populi sunt inter Indos et Assyrios, habitantes circa Gangen fluvium, unde etiam Gangaridae dicti sunt. hos vicit Augustus, unde est ⟨II 172⟩ inbellem avertis Romanis arcibus Indum. 'Gangaridum' vero pro 'Gangaridarum' posuit, quia 'hic Gangarida' facit. quod autem ait 'victorisque arma Quirini', non est contrarium: nam, ut etiam in primo Aeneidis ⟨292⟩ diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat, quodam tempore tres partes populi, consentiente senatu, obtulisse ei tria nomina, Quirini, Augusti, Caesaris. ille ne unum eligendo alias offenderet partes, primo Quirinus est dictus, inde Caesar, post in nomine permansit Augusti: unde eum Vergilius omnibus istis appellat nominibus; nam Quirinum Romulum accipere non possumus, quia Gangaridas penitus ignoravit. *et aliter: id est Indorum a Gange fluvio.*

6 Suetonius] p. 341, 6 Reiffersch. ‖ 15 aulaea ... heredem] cf. Non. p. 537, 15; Isid. or. XIX 26, 8 ‖ 19 Gangaridae ... dicti sunt] exscr. Isid. or. IX 2, 41 ‖ 25 Suetonius Tranquillus] cf. vit. Aug. 7 et Reiffersch. quaest. Sueton. p. 472

1 schena *P* scena *reliqui* ‖ 6 singula] singulas *BP* ‖ 8 TOLLENT *P* ‖ 9 postquam ... de *om. V* ‖ 10 de] ex *P* ‖ captiuos *V* ‖ 11 id est velamina] id uela mimica *P* uel ami mica *Carolir. 186* ‖ 13 portabant *V* ‖ 16 regis *B, om. reliqui* ‖ 17 is] his *VH* ‖ 18 ex ebore *Fabr.* ‖ 20 gangem *BV* ‖ 21 hos] etiam *add. V* ‖ deuicit *BV* ‖ 22 auertes *BH* ‖ vero *om. BV* ‖ 24 etiam *om. B* ‖ 25 aeneidos *P* ‖ 26 tres partes populi consentientes senatu consciente *B* ‖ 27 optulissent *V* ‖ numina *B* ‖ cyrini *BV* ‖ 29 post in] postea *B* ‖ 31 quia] qui *H*

28. VNDANTEM BELLO quasi non undas, sed bella portantem, propter Antonii et Cleopatrae gravissimum proelium. MAGNVMQVE FLVENTEM *pro* 'magne', ut torvumque repente clamat.

29. AC NAVALI SVRGENTES AERE COLVMNAS *columnas dicit, quae in honore Augusti et Agrippae rostratae constitutae sunt.* Augustus victor totius Aegypti, quam Caesar pro parte superaverat, multa de navali certamine sustulit rostra, quibus conflatis quattuor effecit columnas, quae postea a Domitiano in Capitolio sunt locatae, quas hodieque conspicimus: unde ait 'navali surgentes aere columnas'. nam rostratas Duilius posuit, victis Poenis navali certamine, e quibus unam in rostris, alteram ante circum videmus a parte ianuarum.

30. NIPHATEN Niphates et fluvius est et mons, ut et Cimini cum monte lacum. per Niphaten autem populos iuxta habitantes accipimus: nam nec fluvius umquam nec mons potest pelli.

31. FIDENTEMQVE FVGA PARTHVM tunc enim melius iaculantur sagittas.

32. RAPTA TROPAEA raptim et sine labore quaesita. DIVERSO autem EX HOSTE orientis et occidentis accipimus — unde et ait 'utroque ab litore' —: orientis propter Gangaridarum, occidentis propter Britannorum triumphum. *et aliter: dicendo 'rapta' celeritatem victoriae ostendit: 'utroque' autem 'ab litore', id est Oceani orientalis et occidentalis, ut sit de Aegypto* (*et*) *Cantabris, vel de India et Britannia.*

34. STABVNT ET PARII L. S. S. in templo Caesaris maiorum eius se statuas dicit esse positurum, quas commendat et a pretioso marmore et ab arte, dicens 'spirantia signa': sic alibi vivos ducent de marmore vultus item Pariusve lapis circumdatur auro

35. ASSARACI PROLES D. A. I. G. ponam, inquit, eorum statuas qui a Iove usque ad Assaracum et ab Assaraco usque ad Augustum originem ducunt. Assaracus autem avus Anchisae, pater Capyis

---

3 torvumque] A. VII 399 ‖ 13 et Cimini] A. VII 697 ‖ 27 vivos] A. VI 848 ‖ 28 Pariusve] A. I 593

---

1 undas sed] undasset ad *B* ‖ 3 FLANTEM *A* (*corr. a*) ‖ id est magne *B* ‖ magne] nomen pro adverbio *add. Fabr.* ‖ repente] pro torue, *omisso* clamat, *add. B* ‖ 5 in honorem *Vrsinus* ‖ 9 hodie *V* ‖ 10 duilius *Carolir. 186*: duas uilius *V* iulius *ABPH* Iulius Caesar *Steph.* C. Duillius cos. *Masvicius* ‖ 11 ante *om. PH* (*add. h*) ‖ a parte *BVP*: parte *AH* ‖ 14 monte] montem *A* montem et *VH* ‖ 15 umquam *om. B* ‖ 16 PARTHVM] bene fidentem *add. Fabr.* ‖ 18 RAPTA TROPAEA] ET DVO RAPTA MANVM *V* ‖ TROPHEA *A* TROFEA *B* TPOPHAEA *P* TROFEA *H* ‖ 21 triumphum] tropheum *P* ‖ 22 victoriae *Vrsinus*: victoris *V* ‖ 23 ut sit] *i. e. victoria* ‖ et *add. Commelinus* ‖ 24 brittania *V* ‖ 25 L.] LAPIDIS *P* ‖ 26 eius] aeris *B* ‖ se *P, om. reliqui* ‖ dicit se esse positurum *vulgo* ‖ 30 ab ioue *BV* ‖ 31 avus] abus *V, om. PH* ‖ Capyis *ego*: capycis *Carolir. 186* capis

fuit. *et aliter: ex Iove et Electra, Atlantis filia, nascitur Dardanus, ex quo Erichthonius, cuius Trous, cuius Assaracus, cuius Laomedon et Capys. et Laomedontis Priamus, eius Hector et ceteri; at Capyis Anchises, cuius Aeneas, cuius Iulus, a quo Iulia gens stemmate descendit ad Caesarem. alii sic: per Assaracum Troianos dicit; nam Assaracus avus Anchisae: Ennius* Assaraco natus Capys optimus, isque pium ex se Anchisen generat. *ergo 'Assaraci* (*proles*') *Iulia familia,* (*quae*) *usque ad Augustum pervenit.*

36. TROSQVE PARENS Troianorum rex, Ganymedis pater, a quo Troia nominata est. TROIAE CYNTHIVS AVCTOR vel Apollinem dicit propter muros: vel Cynthium, regem Troiae, quem in Troicis suis Nero commemorat. *et aliter: 'Cynthius' Apollo a Cyntho Deli monte. et utrum quia oraculo eius condita est Troia, an quia muros ipse aedificavit, dictus Troiae auctor?*

37. INVIDIA INFELIX quae invidentes efficit infelices. dicit autem se talia scripturum vel facturum, ut magnitudine sui mereantur invidiam: ipsam tamen invidiam nihil esse nocituram timore poenarum. AMNEM SEVERVM tristem. contra Terentius tristis severitas inest in vultu atque in verbis fides.

38. TORTOSQVE IXIONIS A. quibus religatus ad rotam est, postquam inlicitos Iunonis petivit amplexus.

39. ET NON EXVPERABILE SAXVM quod contra montem Sisyphus volvit. et 'non exuperabile' dixit non quod superari non potest, sed quod exuperare non valet summum montis cacumen.

40. INTEREA DRYADVM S. S. Q. S. I. donec laudandi Caesaris tempus adveniat, interim georgica scribo. *'sequamur' pro 'persequamur'.* 'intactos' autem ait 'saltus', quod ante ipsum nullus latine carmen georgicum scripsit.

---

6 Ennius] ann. v. 32 p. 9 Vahl. ‖ 18 Severum tristem] cf. Non. p. 390, 9 ‖ Terentius] Andr. V 2, 16

ABV capys *PH* ‖ 1 athlantis *V* ‖ 2 ericthonius *V* ‖ Trous *ego, cf. ad Aen.* III 108 *et* V 252: troius *V* Tros *Commelinus* ‖ 3 capis *V* ‖ capis *V* ‖ 4 aenea *V* ‖ 6 capis *V* ‖ 7 hisque *V* ‖ assarici *V* ‖ proles *et* 8 quae *addidi.* Assaraci familia usque *Vrsinus. ceterum* ergo ... pervenit *post* ad Caesarem *collocanda videntur* ‖ 9 a quo et troia *AP* ‖ 11 muros] Troiae ab eo conditos *add. Fabr.* ‖ cinthium *A* cinthyum *H* ‖ 12 cynthio *V* ‖ 18 terentium *P* ‖ tristes *B* ‖ 19 seueritas *V*: ueritas *reliqui* ‖ est *V* ‖ in *om. APH* ‖ atque in verbis fides *om. B* ‖ in verbis fides *P*: i. u. f. *AH* in facie *V* ‖ 20 quibus] videlicet Ixion *add. Fabr.* ‖ aligatus *Carolir. 186* ‖ 21 conplexus *PH* ‖ 23 et *om. B* ‖ non *P*: *om. reliqui* ‖ exuperabile *V* exsuperabile *AB* superabile *PH* ‖ 24 exuperare *BP*: exsuperare *reliqui* ‖ 26 aducniet *H* ‖ 28 *ad v.* 41 HAVD MOLLIA IVSSA non levia, sed quae felicitatem habere possint aut debeant. et subaudi 'sequamur' a praecedente versu, id est prosequamur *edidit Fabr. cf. Non. p.* 347, 1

42. TE SINE NIL ALTVM MENS INCHOAT ac si diceret: non meo ingenio, sed tuo fretus imperio ad hoc carmen accessi.

43. VOCAT INGENTI C. C. hortantur nos ad scribendum illi montes, qui animalibus sunt referti. Cithaeron autem pars Parnasi. *Cithaeron mons Boeotiae, Taygetus mons Laconicae, Epidaurus civitas Peloponnensium, Asclepio sacrata.*

44. TAYGETIQVE CANES Lacones: nam Taygeta civitas est Laconicae. et hoc ideo, quia dicturus est ⟨404⟩ nec tibi cura canum fuerit postrema. EPIDAVRVS Epiri civitas equis nobilis.

45. VOX INGEMINATA REMVGIT duplicata per echo: alibi non canimus surdis, respondent omnia silvae.

46. MOX TAMEN id est postquam georgica scripsero. et 'ardentis pugnas' legendum est: nam male quidam 'ardentis Caesaris' accipiunt, ut 'is' communis sit syllaba. *et aliter: ('ardentis accingar dicere pugnas') hic distingue, ut Aeneida significasse videatur, quia una Actiaca pugna Octaviani Caesaris fuit.*

48. TITHONI PRIMA QVOT A. A. O. C. id est tua facta tot annis celebrabuntur, quot anni sunt a te usque ad mundi principium. et modo Tithonum pro Sole posuit, id est pro Titane: nam Tithonus frater Laomedontis fuit, quem proeliantem Aurora dilexit et rapuit; a quo usque ad Caesarem non valde multum tempus est. *et aliter: ab infinito infinitum, quia Tithoni origo non potest comprehendi. et satis in Caesarem blande.*

49. SEV QVIS OLYMPIACAE MIRATVS P. P. dicturus est de armentis et gregibus. armenta autem sunt equorum et boum, quod haec animalia apta sunt armis, ut scutis boum coria, equi proelio; greges vero capellarum et ovium sunt: ipse paulo post ⟨286⟩ hoc satis armentis: superat pars altera curae, lanigeros agitare greges hirtasque capellas. haec tamen, armenta et greges, sciendum quia plerumque confundit auctoritas. OLYMPIACAE

---

9 Epiri ... nobilis] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 123 ‖ 10 alibi] buc. X 8 ‖ 25 armenta ... ovium sunt] exscr. Isid. or. XII 1, 8 ‖ 30 Olympiacae ... certaminis] cf. Non. p. 347, 22

---

1 NIHIL *PH* ‖ INCOHAT *P* ‖ 3 VOCAT INGENTI C. C.] RVMPE MORAS *V* ‖ 5 boetie *V* ‖ 6 Peloponnesi *Vrsinus* ‖ 7 Lacones] i. e. laconici *V* ‖ laconiae *BPVH* ‖ 11 canibus *H* ‖ 12 conscripsero *vulgo* ‖ et ... est] ARDENTES ACCINGAR DICERE PVGNA (*sic*) ardentes pugnas legendum est *V* ‖ 13 ardentes *B* ‖ 14 ut is] utris *P* ut his *V* ‖ 'ardentis ... pugnas' *addidi* ‖ 15 Aeneida *ego*: aeneadas *V* ‖ 16 attica *V, corr. Vrsinus* ‖ 21 usque a quo *H* ‖ non multum tempus ualde est *A* ‖ 22 *an* ab infinito, in infinitum? *possis et* infinitum *secludere* ‖ tythonis *V* ‖ 26 ut *P*: et *ABH om. V* ‖ scitis *P* ‖ corie qui *A* coria qui *B* ‖ 27 caprarum *H et Isidorus* ‖ 29 haec tamen ... auctoritas] sciendum uero quia haec plerumque confundit auctoritas *V* ‖ haec] hoc *A* ‖ armenta] scilicet *add. Fabr.*

MIRATVS PRAEMIA P. studiosus curulis certaminis, quod geritur apud Pisas in honorem Iovis Olympici.

51. PRAECIPVE MATRVM magis matrum, per quod ostenditur, etiam patrum corpora esse requirenda. TORVAE FORMA BOVIS paulo post ⟨58⟩ et faciem tauro propior, id est tauro similis. **et aliter: 'turpe' autem 'caput' amplum atque magnum ac per hoc terribile.** 'torvae' terribilis.

52. TVRPE CAPVT magnum, ut ⟨IV 394⟩ turpes pascit sub gurgite phocas. PLVRIMA CERVIX longa, ut ⟨I 187⟩ cum se nux plurima silvis induet in florem.

53. CRVRVM TENVS usque ad crura. et modo 'tenus' adverbium est: nam si esset praepositio, ablativo cohaereret. PALEARIA autem sunt pelles dependentes ex gutture. *et aliter: unde et paleae, quae collum amplectuntur. et ea pars anuli, quae gemmam cohibet, propter similitudinem palea dicitur: Cicero de officiis tertio ⟨9, 38⟩ cum paleam eius anuli ad palmam converteret, a nullo videbatur. hic autem 'crurum tenus' genetivo suo apposuit, alibi ablativo, ut pube tenus. Modestus 'tenus' pro 'fine' accipit, ut Sallustius fine inguinum ingrediuntur mare.*

55. ET CAMVRIS H. S. C. A. 'camuris' id est curvis, unde et camerae appellantur. praecipit autem aures et magnas et hirsutas esse debere. *et aliter: camuri boves sunt, qui conversa introrsus cornua habent; quibus contrarii patuli, qui cornua diversa habent: laevi, quorum cornua terram spectant; his contrarii licini, qui cornua sursum versum reflexa habent.*

---

8 Turpe magnum] cf. Non. p. 411, 12 ‖ 12 Palearia ... ex gutture] cf. Isid. or. XII 1, 30 ‖ 18 pube tenus] A. III 427 ‖ 'tenus' pro 'fine'] cf. Non. p. 377, 26 ‖ Sallustius] hist. III 77 Dietsch, 94 Kritz. cf. Arus. Mess. p. 475, 5 K. ‖ 20 camuris ... appellantur] cf. Non. p. 30, 8. Macrob. Sat. VI 4, 23. Isid. or. XII 1, 35 et XV 8, 5

---

1 P.] qui *add.* *V* ‖ currili certamine *V* ‖ 2 pisas] ipsas *PH* ‖ honore *V* ‖ olimpiaci *B* ‖ 4 requirenda] Longo lateri dictio fidem excedens *add. man. saec.* XI *in H: quae ad v.* 54 *pertinent* ‖ TORVAE ... BOVIS] MATRVM LEGAT optimat orue *V* ‖ 5 et *om.* *B V* ‖ speciem *V* ‖ propior] similem proprior *B* ‖ 6 et aliter ... terribile *post* magnum *hab.* *V* ‖ 7 'torvae' terribilis *om.* *V* ‖ 9 cum se *om.* *B*, cum *om.* *V* ‖ se nux] senus *V* ‖ 10 induet in florem *om.* *B* ‖ induet] inducet *P* induit *AVH* ‖ 12 ablativo] cas̄ *add.* *B* ‖ PALEARIA autem sunt] Palearia p. palearia sunt autem *V* ‖ 13 CRVRVM TENVS hic autem ... mare. PALEARIA unde et paleae ... a nullo videbatur *Vrsinus* ‖ 16 paleam *V et Ciceronis Bernensis 104* palam *reliqui Ciceronis libri* ‖ conuerterat *Cicero* ‖ 17 genitiuo *V* ‖ suo] *an* casui? ‖ 18 salustius *V* ‖ *ad v.* 54 *sq.* NVLLVS LATERI MODVS id est habet latus grande et longum. et non dicit illum habere modum, ut ostendat, quo maior fuerit, eo bovem maiorem. OMNIA MAGNA omnia eius membra magna sint. PES ETIAM subaudi 'sit magnus' *edidit Fabr.* ‖ 20 CVMERIS *A* CAMYRIS *Ba* CAMIRIS *PH* ‖ cameris *A* camures *B* camiris *PH* camyris *a* ‖ 21 appellatae sunt *A* ‖ 22 camuri ... sursum versus reflexa habent *edidit Fabr.* ‖ 25 susum *V*

56. NEC MIHI DISPLICEAT litotes figura, id est valde placeat, ut munera nec sperno. *et aliter: ('maculis et albo') divise pro 'albis maculis'. an potius absolute 'albo' dixit, proinde ac si diceret albitatem, ut est illud sparsis etiam nunc pellibus albo.*

58. FACIEM TAVRO PROPIOR imaginem, similitudinem totam.

60. LVCINAM IVSTOSQVE PATI HYMENAEOS hysteroproteron: ante enim est Hymenaeus, post Lucina consequitur. *et aliter: Lucina dicta Iuno eo quod lucem nascentibus praestare dicatur: sic Terentius Iuno Lucina fer opem, serva me obsecro.* item hysteroproteron est 'desinit ante decem, post quattuor incipit annos': ante enim incipit, sic desinit.

62. CETERA aetas scilicet, quae est vel ante quartum vel post decimum annum. et bene ostendit, per haec tempora posse quidem armentis, sed inutilem provenire feturam.

63. SVPERAT GREGIBVS D. L. I. dum suppetit. et dicit iuvenali aetate eas debere concumbere, quia cito *deficiunt, et quia* tempora meliora depereunt.

64. PECVARIA ab eo, quod est 'pecuare', venit: nam pecua, ut ait in Pompeiana ⟨6, 15⟩ Cicero, ab eo, quod est 'pecu', venit, ut 'genu genua'. *et aliter: 'pecuaria' non loca, sed ipsa pecora dixit, ut alibi idem usurpavit 'aestiva' pro pecoribus, quae in aestivis agunt ⟨471⟩ nec singula morbi corpora corripiunt, sed tota aestiva repente.*

65. SVFFICE PROLEM subministra: unde etiam suffectos consules dicimus.

66. MISERIS MORTALIBVS AEVI PRIMA FVGIT ista sententia non solum ad animalia pertinet, sed generaliter ad omnia.

67. SVBEVNT MORBI T. Q. S. naturalem ordinem tenuit, dicens advenire morbum, senectutem, mortem.

68. INCLEMENTIA inexorabilitas et duritia.

70. SEMPER ENIM REFICE vacat 'enim'. sane dicit ante subveniendum esse, ut antequam pereant, reparentur armenta.

71. SVBOLEM ARMENTO SORTIRE subministra, substitue. et est

---

2 munera] A. VII 261 ‖ 4 sparsis] buc. II 41 ‖ 8 Terentius] Andr. III 1, 15

---

1 figura est *vulgo* ‖ 2 maculis et albo *addidi* ‖ 3 albo *ego*: albi *V* ‖ perinde *Vrsinus* ‖ 4 *fortasse* 'albitate' ‖ 5 similitudinem *om. B* ‖ 6 hysteron proteron est *vulgo* ‖ 7 est hymenaeus ... ante enim *om. A* ‖ 14 futuram *A* ‖ 15 I.] IVVENTAS *BV* ‖ 16 deficiunt et quia *edidit Vrsinus not. ad Serv. p.* 290 ‖ 17 depereant *V* ‖ 19 ut ait ... genua] a pec. uenit ut cicero dicit ut genu genua *B* ‖ pecu] pecuare *P* ‖ 20 ut] cum *Carolir. 186* ‖ pecuarico *V* ‖ 29 morbos, post senectutem, ad ultimum mortem *Fabr.* ‖ 30 duricia *A* ‖ 31 ante subueniendum *BV*: ante ueniendum *APH*

hoc verbum iudiciorum: nam subsortiti dicuntur iudices, qui occupatorum funguntur officio. *et aliter: quasi subsortire et subice. an potius 'sortire' pro 'elige et iunge', ut uxorem sortiri dicimus.*

72. IDEM DILECTVS EQVINO ut habeat matres optimas. IN SPEM STATVES S. G. id est quos vis admissarios fieri. notanda sane exquisita varietas; nam in bubus matres ante descripsit, in equis admissarios ante commemorat.

74. *A TENERIS IMPENDE L. deest 'in eos'.*

76. ALTIVS INGREDITVR cum exultatione quadam incedit. MOLLIA CRVRA REPONIT Ennius de gruibus perque fabam repunt et mollia crura reponunt.

77. PRIMVS ET IRE VIAM matris praeire vestigia.

78. IGNOTO PONTI per quem numquam transierat.

80. ARGVTVM breve.

81. LVXVRIATQVE TORIS ANIMOSVM PECTVS '*animosum*' nodosum et eminens pulpis.

82. SPADICES quos phoeniciatos vocant pressos, myrteos. GLAVCI autem sunt felineis oculis, id est quodam splendore perfusis. COLOR DETERRIMVS ALBIS atqui alibi ait qui candore nives anteirent c. a. sed aliud est candidum esse, id est quadam nitenti luce perfusum; aliud album, quod pallori constat esse vicinum. 'gilvus' autem est melinus color. multi ita legunt 'albis

---

8 A teneris ... in eos] cf. Macrob. Sat. VI 6, 11 ‖ 10 Ennius] ann. v. 545 p. 79 Vahl. ‖ 14 Argutum breve] cf. Non. p. 239, 17 ‖ 17 Spadices ... est melinus color] exscr. Isid. or. XII 1, 49 sqq. ‖ 19 alibi] A. XII 84 ‖ 20 sed aliud est ... vicinum] exscr. Isid. diff. verb. 35

---

1 iudicum *V* ‖ subsortiri *B* sortiti *H* ‖ 3 sortite *V* ‖ 4 habeant *BV* ‖ 5 STATVIS *B* ‖ amissarios *A* ademissarios *B* admisarios *P* ‖ 6 bobus *B* ‖ 7 emissarios *A* (amissarios *a*) admisarios *P* ‖ ante] omnia *supr. vers. add. a* ‖ *ad v. 74 sq.* PRAECIPVVM maximum. A TENERIS ex quo primum oriuntur et teneri sunt. IMPENDE LABOREM scilicet ut ab ipsa primum aetate eligas. CONTINVO in primordio, ut ambulare incipit PECORIS GENEROSI PVLLVS id est qui ex optimo genere descendit *edidit Fabr.* ‖ 9 exultatione *BVa*: insultatione *APH* ‖ 10 gruibus *Carolir. 186 BVPH*: greibus *A* gregibus *a, fortasse recte.* dicit *additur vulgo* ‖ perque fabam repunt *P*: perque fabare ponunt (*omissis* repunt et mollia crura) *Carolir. 186* famam rapuit *A* fabam repunt *V* per quam fabam repunt *H*, perque fabam repunt et *om. B. an* perque herbam repunt? ‖ 11 et mollia crura reponunt *om. H* ‖ cru *P* (crura *p*) ‖ 13 PONTO *PHa* ‖ quem] q *H* ‖ transierat] COMMITTERE credere se et ingredi. et bis idem dixit: nam 'fluvios tentare minaces' hoc est 'ignoto sese committere ponti'. NEC VANOS HORRET STREPITVS id est non facile pavescit, scilicet strepitus. ARDVA CERVIX alta *add. Fabr.* ‖ 15 nodosum] torosum *Fabr., receperunt Masvicius et Burmannus* ‖ 17 foeniciatos *AH* feniciatos *P* faeniciatos *V* foenicatos *B* ‖ dicunt *B* ‖ professos *B* praessos *H* ‖ myrteos] ipsi sunt badii *add. Fabr.* ‖ 18 faelineis *A* felina eis *B* fellineis *V* ‖ speldore *A* (*corr. a*) ‖ 19 atqui] ait q *B* qui *H* ‖ ait *om. B* ‖ 21 pallori] aurorae *Isidorus diff.* 35 ‖ 22 miluinus *B* ‖ multi autem *vulgo* ‖ albi giluo *V*

et gilvo', ut non album vel gilvum, sed albogilvum vituperet. *quod falsum est.* quod si singuli colores vituperandi sunt, quanto magis mixtus uterque, id est albogilvus? *et aliter:* ET GILVO *spadix phoenicius est, quales sunt fructus palmarum, neque satis diluti coloris, neque nimium pressi. 'glaucus' autem caeruleus est color, id est subviridis albo mixtus et quasi clarior. nam ille sine dubio displicet, qui ex albo et gilvo constat, ut sit unum 'albis et gilvo': alioqui repugnant illi qui candore nives anteirent, cursibus auras et bigis it Turnus in albis.*

84. TREMIT ARTVS figurate pro 'artubus tremit'.

85. VOLVIT SVB NARIBVS IGNEM flatu indicat magnanimitatem suam.

87. DVPLEX SPINA aut re vera duplex, aut lata, ut duplicem gemmis auroque coronam, item ⟨I 172⟩ et duplici aptantur dentalia dorso.

89. AMYCLAEI DOMITVS POLLVCIS HABENIS CYLLARVS atqui Castor equorum domitor fuit. sed fratrem pro fratre posuit poetica licentia, ut quas illi Philomela dapes pro 'Progne', item revocato a sanguine Teucri pro 'Dardani': aut certe ideo Pollucem pro Castore posuit, quia ambo licenter et Polluces et Castores vocantur; nam et ludi et templum et stellae Castorum nominantur. *et aliter: Amyclae civitas Laconicae. Xanthum autem* (*dicit*) *et Cyllarum equos, quos Neptunus Iunoni dono dedit, illa Castori et Polluci, ut poetae graeculi fabulantur.*

91. MARTIS EQVI BIIVGES Δεῖμος et Φόβος. CVRRVS ACHILLIS *dixit* pro equis. *hi sunt* Baliarchus et Xanthus.

93. CONIVGIS ADVENTV PERNIX SATVRNVS dum cum amata Philyra Saturnus coiret, Ops eius uxor advenit. cuius praesentiam

---

3 spadix ... pressi] cf. Gell. II 26, 9 ‖ 8 bigis] A. XII 164 ‖ 13 duplicem] A. I 655 ‖ 16 atqui Castor e. q. s.] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 213; VI 328 ‖ 18 quas illi] buc. VI 79 ‖ revocato] A. I 235 ‖ 27 dum cum amata ... dimidia equus] exscr. mythogr. I 103; II 62

---

1 ut] et *A* ‖ 2 tanto *BH* ‖ 3 aluogiluus *V* ‖ ET GILVO spadix phoenicius est *scripsi*: et giluos padi et fenicius est *V* et gilvus badius est, ut foeniceus *coni. Burmannus* ‖ 5 ceruleus *V* ‖ 6 clarus *Vrsinus* ‖ 7 'albis et gilvo' *ego*: alb et giluo *V* albo et gilvo *Vrsinus* ‖ aliqui *V, correxit Vrsinus* ‖ 8 anteiret *V. ceterum libri ordinem sic inmutavit Vrsinus, ut* glaucus autem ... in albis *ante illa quae sunt* ET GILVO spadix ... pressi *collocaret* ‖ 15 dorso] ligno *BV* ‖ 16 AMICLEIS *APH* ‖ ABENIS GILLARVS *V* ‖ atqui *AB*: aut quia *PH, om. V* (at *supr. vers. v*) ‖ 18 filomella *PH* ‖ 19 dardanii *P* dardano *V* ‖ 21 castoriae *B* castores *V* ‖ 22 amicle *V* ‖ laconice *V* Laconiae *Vrsinus* ‖ dicit *add. Vrsinus* ‖ cillarum *V* ‖ 23 dono *om. Vrsinus* ‖ 25 dimos et fobos *libri, nisi quod* febos *P*, phobos *V* ‖ 26 equi *PH* ‖ baliarchus *libri, nisi quod* baliarcus *A*. Balius *Fabr. cf. Hom. Il.* XVI 149 ‖ xantus *A* chanthus *B* xancthus *V* ‖ 27 dum *om. A* ‖ 28 fylira *A* filira *BPH* fylyra *V* ‖ Ops eius] obuiis (*supra* .obs.) *B* ‖ Ops] pis *V* opis *v* ‖ prae-

veritus, se in equum convertit, qualem potuit numen imitari. exinde natus est Chiron, dimidia parte homo, dimidia equus. sane 'Ops' cum de uxore Saturni dicimus, 'O' corripitur, ut 'Ops Opis'; cum vero de nympha dicimus 'Opis', longa est 'O', ut Opis ad aetherium pinnis aufertur Olympum. 'pernix' autem ad equum refertur; nam Saturni stella tardissima est. *et aliter: Saturnus cum Philyram, Oceani filiam, in Thessalia adamasset et cum ea coiret, adventante uxore se in equum, illam in equam convertit, atque ita uterque opprobrium effugerunt. hinc natus est Chiron centaurus. quidam Philyram in florem conversam dicunt vel in arborem, unde liber philyrinus dicitur, quo coronae illigantur. 'pernix' autem ad equum refertur; nam tardissimus est Saturnus.*

94. PELION montem Thessaliae, in quo Chiron habitavit.

95. HVNC QVOQVE licet bonum et tot signis probatum. MORBO GRAVIS AVT I. S. A. duo sunt, quibus minuuntur corporis vires, senectus et morbus: unde mire utrumque conplexus est.

96. ABDE DOMO in domo; nam si adverbialiter vellet loqui, 'domi' diceret: tale est illud in quarto ⟨36⟩ non Libyae, non Tyro. NEC TVRPI IGNOSCE SENECTAE Cicero in maiore Catone et laudat et vituperat senectutem. unde dupliciter hunc locum intellegimus: aut 'nec ignosce turpi senectae', aut 'non turpi senectae ignosce', id est abde et ignosce senectae, quae turpis non est, quia per naturam venit.

98. AD PROELIA *ad coitum*: alibi nocturnaque bella. *et aliter: bene 'si quando', quia senex, (id est) raro. et 'proelia' pro coitu dixit.*

100. ANIMOS AEVVMQVE NOTABIS PRAECIPVE ante omnia aetatem et magnanimitatem requires, post cetera, id est parentes et studium.

101. *HINC ALIAS ARTES 'artes' hic virtutes. et 'prolem parentum' nove posuit: est enim proprie liberorum, ut* geminam partu dabit Ilia prolem.

---

4 Opis] A. XI 867. cf. Serv. ad XI 532 ‖ 24 alibi] A. XI 736 ‖ 31 geminam] A. I 274

---

sentia *V* ‖ 1 patuit *V* ‖ nomen *AB* ‖ 2 equus] equi *B*. atque ita uterque opprobrium effugerunt *add. Fabr.* ‖ 3 Ops] opis *et hic et infra V* ‖ 7 fillarum *V* ‖ 8 se in equo, illam in equa *V*, *corr. Vrsinus* ‖ 10 filaram *V* ‖ filerinus *V* ‖ 11 corone *V* ‖ 13 mons *V* ‖ 19 tyrod *A* tyron *V* cyron *H* ‖ in catonem *B* in catone maiore *V* ‖ 21 nec i. turpi senectute *H* ‖ *ad v.* 97 FRIGIDVS iam per senectutem: adhuc quidem vult concumbere, sed impeditur defectu virium. FRVSTRAQVE LABOREM difficilem et irritum *Fabr.* ‖ 25 id est *addidi* ‖ praelia *V* ‖ 28 et . . . cetera] et bonam animitatem consideras potes cetera *B* ‖ requires] considera *V* ‖ 31 liberarum *Vrsinus*

102. ET QVIS CVIQVE DOLOR VICTO QVAE GLORIA PALMAE vult probare, moveri equos vel amissione vel adquisitione victoriae; nam eo tendit sequens iste decursus: unde est paulo post ⟨112⟩ tantus amor laudum, tantae est victoria curae. Lucanus ⟨I 293⟩ quantum clamore iuvatur Eleus sonipes.

104. EFFVSI CARCERE CVRRVS usurpative pro carceribus, qui ab arcendo dicti sunt: nam carcer est custodia noxiorum.

105. IVVENVM aurigarum, vel spectantium. HAVRIT ferit, ut latus haurit apertum.

106. VERBERE TORTO frequenti scilicet iteratione.

107. FERVIDVS AXIS alibi frenaque ferventesque rotas: nam tam rotae, quam axis cursu calescunt.

113. PRIMVS ERICHTHONIVS CVRRVS ET QVATTVOR A. I. E. Vulcanus impetrato a Iove Minervae coniugio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit in terram. inde natus est puer draconteis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra et lite procreatus: nam ἔρις est lis, χθὼν terra. hic ad tegendam pedum foeditatem iunctis equis usus est curru, quo tegeret sui corporis turpitudinem. *et aliter: Varro in libro, qui Admirabilium inscribitur, Erichthonium ait primum quattuor iunxisse equos ludis, qui Panathenaea appellantur. de hoc Erichthonio alibi satis dictum. qui anguinis pedibus fuisse memoratur.*

114. RAPIDVS velox. VICTOR propositi sui effector.

115. FRENA PELETHRONII LAPITHAE G. D. Pelethronium oppidum est Thessaliae, ubi primum domandorum equorum repertus est usus. nam cum quidam Thessalus rex, bubus oestro exagitatis, satellites suos ad eos revocandos ire iussisset illique cursu non sufficerent, ascenderunt equos et eorum velocitate boves secuti, eos

6 usurpative ... noxiorum] cf. Isid. or. V 27, 13 ‖ 8 Haurit ferit ... apertum] exscr. Isid. or. XVIII 33. cf. Non. p. 319, 23 sqq. ‖ 9 latus] A. X 313 ‖ 11 alibi] A. XI 195 ‖ 13 Vulcanus ... turpitudinem] exscr. mythogr. I 128, II 37. cf. Isid. or. XVIII 34, 2 ‖ 19 et aliter e. q. s.] cf. Isid. or. XVIII 34, 1 ‖ 24 Pelethronium ... crederentur] exscr. mythogr. I 163; III 4, 7

2 probare moveri *AV*: probari *BPH* probare *Carolir. 186* ‖ 3 est] et *V* ‖ 4 tanta *BVPH* ‖ 5 quantus *H* ‖ onipes *libri* ‖ 6 usurpative] abusive *B* ‖ quia acohercendo *V* ‖ 11 frenosque *V* ‖ 13 ERICTHONIVS *AV* ERICHONIVS *H* ‖ 14 coniugium *V* ‖ 16 quasi de terra et limo (t. lite *supr. vers. b*) proreptus (c supr.) *B* ‖ 17 nam eris est lic ton terra *A* nam aeris est lithon terra *B* nec er. lis. ē licthon terra *P* nam aeris est licthon terra *H* eris est lis ethon terra *V* ‖ tegendam] celandam *mythogr.* I ‖ 19 de hoc Varro in libro ... appellantur *edidit Fabr.* ‖ Mirabilium *Fabr.* ‖ ericthonium *V* ‖ 20 ait *om. Fabr.* ‖ iuncxisse *V* ‖ panathenea *V* panathenaica *Fabr.* ‖ 21 ericthonio *V* ‖ unguinis *V* (*corr. v*) ‖ 24 pelethronum *B* ‖ 25 donandorum *P* domando *H* ‖ 26 bobus *B* ‖ oestro] musca tabanus *supr. vers. b* ‖ 27 illi qui *B* ‖ 28 et eorum] horum *V*

stimulis ad tecta revocarunt. sed hi visi, aut cum irent velociter, aut cum eorum equi circa flumen Peneon potarent capitibus inclinatis, locum fabulae dederunt, ut Centauri esse crederentur, qui dicti sunt Centauri ἀπὸ τοῦ κεντᾶν τοὺς ταύρους. alii dicunt Centaurorum fabulam esse confictam ad exprimendam humanae vitae velocitatem, quia equum constat esse velocissimum. bene autem 'Pelethronii' addidit, quia sunt et alii Lapithae. *et aliter: Pelethronios Lapithas ideo appellavit, quia sunt Thessali. Pelethronium antrum est, ubi Achillem Chiron erudivit. alii Pelethronium regem Lapitharum volunt.* GYROSQVE DEDERE *pro 'docuere': aliter enim 'frena dedere' et aliter 'gyros'. et est syllepsis, cum aliquid assumitur, quod dictum supra non est.*

116. EQVITEM equum: pro equo rectorem posuit. *et aliter: hic 'equitem' sine dubio equum dicit, maxime cum inferat 'insultare solo': Ennius annalium septimo denique vi magna quadrupes eques atque elephanti proiciunt sese. et* SVB ARMIS *id est insidente armato.*

117. GRESSVS GLOMERARE ut cum disciplina incedat.

118. DVRVS VTERQVE LABOR *et sub iugum mittere, et sub femur.*

120. QVAMVIS SAEPE FVGA V. I. E. H. ordo est: quamvis sit saepe victor, quamvis nobili genere procreatus, tamen a magistris aetas est magnanimitasque requirenda: quae si non fuerint, illa nihil prosunt.

121. ET PATRIAM EPIRVM REFERAT ** non enim potest unus equus duas patrias habere. et 'referat', sicut ibi* ⟨III 397⟩ *positum et salis occultum referunt in lacte saporem et qui te tamen ore referret.*

122. NEPTVNIQVE I. D. O. G. ab equo Neptuni, qui natus est tridentis percussione. *et aliter: Neptunus etiam parens quorundam*

---

1 aut cum ... crederentur] cf. comm. Luc. III 198 ‖ 13 hic equitem ... proiciunt sese] cf. Gell. XVIII 5; Macrob. Sat. VI 9, 8 sqq.; Non. p. 106, 28 et 295, 19 ‖ 15 Ennius annalium septimo] IX v. 237 p. 37 Vahl. ‖ 25 qui te] A. IV 329 ‖ 28 Neptunus ... habuit] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 42; VI 301 et 338

---

1 sed ... aut] sed diuisi autem *V* ‖ 2 peleon *V* ‖ putarent *V* ‖ 4 ΑΠΟ ΤΟΥC ΚΕΝΤΑΥΡΟΥC *B* ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΟΝΤΑΝ ΤΟΥΡΟΥC *V* ‖ τοὺς] ΤΟΙC *PH* ‖ ΤΑΥΡΟC *A* ‖ 8 thesali *V* ‖ 9 cyron *V* ‖ 11 sillempsis *V* ‖ 13 id est equum *B* ‖ pro equo *BPV*: pro quo *AH* pro cuo *Carolir. 186* nam pro equo *Fabr.* ‖ 15 septimu *V* septimum *v* ‖ 16 insidente *ego*: insident *V* ‖ 18 *schol. ad v.* 118 *edidit Fabr.* ‖ AEQVVS VTERQVE LABOR durus uterque labor *Vrsinus* ‖ et sub femur] et subvertere frenum *Fabr.* et sub frenum *coni. Peerlkamp Mnemos.* X *p.* 240 ‖ 20 a *om. H* ‖ 21 fuerit *BH* ‖ nil *AH* ‖ 23 *ad v.* 121 ET PATRIAM EPIRVM REFERAT quia in Epiro sunt equae optimae, quibus exercetur curule certamen Iovis Olympici *edidit Fabr.* ‖ *post* REFERAT *Broukhusium secutus lacunam indicavi. interciderunt fortasse* FORTISQVE MYCENAS 'que' pro 'vel' posuit. *cf. schol. Dan. ad Aen.* IV 143, *Serv. ad Aen.* II 37 ‖ 25 referat *V* ‖ tantum *Vrsinus* ‖ 26 refert *V* ‖ 27 G.] id

equorum fertur, ut Pegasi ex Medusa et Arionis ex Cerere, cuius † odorinium Adrastus habuit.

123. HIS ANIMADVERSIS moribus et aetate deprehensis. INSTANT SVB TEMPVS coeundi scilicet, quo eis cura maior adhibetur.

124. DENSO PINGVI non laxo, quod quibusdam potionibus per fraudem agasones facere consuerunt: unde ait 'denso', id est viribus pleno. sane 'pingue' generis est neutri: et ita in omnibus idoneis invenitur; nam nec 'pinguedo' nec 'pinguetudo' latinum est. *et aliter: ('pingue') absolute posuit, ut est illud Lucretianum* ⟨I 257⟩ *hic pecudes fessae pingui.*

125. *QVEM LEGERE DVCEM ET PECORI DIXERE MARITVM 'dixere maritum' pro 'designaverunt': Cicero de re publica sic dictatore L. Quinctio dicto; sed et Horatius quem Venus arbitrum dicet bibendi pro 'designabit'.*

126. PVBENTESQVE SECANT H. adultas, maturiores, quibus robur adquiritur.

127. BLANDO LABORI periphrasis coitus. *et aliter: mire blandum laborem coitum dixit, quod sit cum voluptate.*

128. IEIVNIA infirmitatem venientem ex inedia. *et aliter: 'ieiunia' pro macie.*

129. * *IPSA AVTEM MACIE TENVANT ARMENTA ut* ⟨131⟩ *fontesque negant et frondibus arcent.**

130. IAM NOTA VOLVPTAS SOLLICITAT dicendo 'nota' per transitum tetigit rem ab aliis diligenter expressam: nam equae pullae cum primum coeunt, si macrae sunt, et debilitantur et debiles creant, post primum autem partum tenues esse debent. *et aliter: 'primos concubitus' anni redeuntis accipiendum: alioquin contrarium videbitur quod infert 'iam nota voluptas'. ergo 'primos' poetice pro 'primum'. quidam notam voluptatem non coitum, sed desiderium accipi volunt.*

---

12 Cicero de re publica] p. 812, 23 Halm. ‖ 13 Horatius] carm. II 7, 25

---

est si sit procreatus *add. Fabr.* ‖ 2 odorinium] seminium *Vrsinus. fortasse* cuius moderamen unus Adrastus habuit. *cf. Stat. Theb.* VI 279 *sqq.* ‖ 3 et *om. P* ‖ INSTAT *V* ‖ 4 adhiberetur *H* adhibeatur *vulgo* ‖ 6 magasones *A* agasiones *B* agnaxones *H* ‖ denso] denso pingui *vulgo* ‖ 8 pinguitudo *BV* ‖ 9 pingue *addidi* ‖ hinc *Lucretius* ‖ 11 *schol. ad v.* 125 *edidit Fabr.* ‖ 12 designavere *Vrsinus* ‖ Cicero de re publica. sic de accusatore lege quinta dicta id est designata *Fabr.* ‖ 13 quintio *V* ‖ dicta *V, corr. Vrsinus* ‖ sed *om. Fabr.* ‖ oratius *V* ‖ dic(i)et *V* ‖ uiuendi *V* ‖ 14 designat *V, correxi* ‖ 18 labore *V* ‖ 19 venientem *om. A* ‖ 21 *scholium ad v.* 129 *post* libidinis plena (*v.* 137) *hab. V* ‖ 24 aeque *AH* ‖ puelle *H* puellae *a* ‖ 25 sunt *AP*: sint *BVH* ‖ 27 contrarium *ego*: contrario *V* contrarius *Vrsinus* ‖ 28 quod *ego*: cum *V*

131. FRONDESQVE NEGANT E. F. A. contra illud ⟨126⟩ florentesque secant herbas fluviosque ministrant.

133. CVM GRAVITER TVNSIS GEMIT AREA FRVGIBVS hoc est die medio. hoc autem ad exprimendum diei tempus est positum, non quod equae aestatis tempore coeant. *et aliter: 'tusis' quae tunduntur: non enim cum tusae sunt, sed cum tunduntur, (gemit area.) nec 'graviter tusis', (sed) 'graviter gemit'. et 'tusis' sine 'n' littera legendum.*

135. NIMIO NE LVXV nimio pingui. et bene rem turpem aperte a Lucretio tractatam vitavit translationibus, quas omnes ab agricultura traxit, ut 'luxu' propter luxuriam segetum.

136. GENITALI ARVO pro muliebri folliculo, quem vulvam vocant, ut etiam Plinius docet: nam ante folliculus dicebatur. SVLCOS OBLIMET claudat meatus. et hoc similiter per translationem dixit: nam legimus supra ⟨I 116⟩ et obducto late tenet omnia limo. *et aliter: Lucretius ne oblimet pro 'obturet' et 'obcludat'. alibi 'oblimet' terat, perdat: Horatius rem patris oblimare malum est ubicumque.*

137. *SITIENS VENEREM quare 'sitiens'? solvit quaestionem * alii dictum volunt 'sitiens' libidinis plena.*

138. *RVRSVS CVRA PATRVM CADERE 'rursus' hic pro 'contra' significat.*

139. EXACTIS GRAVIDAE CVM MENSIBVS ERRANT vicinis partui: tunc enim diligentius tractandae sunt, ne abigant.

140. *NON ILLAS GRAVIBVS 'gravibus' aut epitheton est plaustrorum, aut 'gravibus' onustis dixit. sed poetice 'plaustris iuga ducere', non 'iugis plaustra'.*

---

9 a Lucretio] cf. IV 1192 sqq. ‖ 15 Lucretius] cf. Lachmanni comment. in Lucr. VI 840 p. 399 ‖ 16 Horatius] sat. I 2, 62 ‖ 20 Rursus pro 'contra'] cf. Non. p. 384, 29; Donat. ad Ter. Eun. IV 4, 45

---

2 ministrant] FONTIBVS ARCENT id est a potu etiam prohibent. CVRSV QVATIVNT currere faciunt. SOLE FATIGANT calore faciunt laborare *add. Fabr.* ‖ 5 quod] quo *B* ‖ aequae *A* aeque *H* ‖ 6 gemit area *addidi* ‖ nec *ego*: ne *V* ‖ 7 sed *addidi* ‖ gemat *Vrsinus* ‖ 9 tractatu *P* (tractatam *p*) ‖ 10 ut *BVM*, *om. APH* ‖ luxum *PH* ‖ luxuriem *ABV* ‖ 11 quem] scilicet *add. Steph.* ‖ 12 docet *AP*: docuit *H* dicit *BVM* ‖ 15 limo] INTERIVSQVE RECONDAT id est intra naturalia secreta et loca, quibus foetus clauditur. RVRSVS non pro 'iterum', sed 'contra' ponitur *add. Fabr.* ‖ Lucretius] *haud scio an Vergiliani interpretis nomen lateat.* ‖ 16 alibi] *fortasse* alii ‖ terat perdat *Barthius advers.* XXV 20: temperet *V*. *cf. Porphyrionis et Acronis ad Horatii versum scholia* ‖ oratius *V* ‖ 18 solvit quaestionem] *cf. Wagner comment. de Iunio Philargyro p.* II *pag.* 4: *quem secutus lacunam indicavi. pro* solvit quaestionem, *quod ad v.* 148 *redit, fortasse* solvitur quaestio: nam *scribendum et supplendum* supra dixit 'fontesque negant'. *cf. Vatic. ad v.* 129 *scholium* ‖ 19 plena *Wagner l. l.*: plenae *V* ‖ 23 ne abigant] i. e. ne aborsum faciant *supr. vers. m.* foetus *add. Masvicius* ‖ 25 sed] et *malim*

141. SALTV SVPERARE VIAM SIT PASSVS quod solet fieri, cum pascunt pedibus inpeditis.

142. *CARPERE PRATA FVGA FLVVIOS INNARE R. hoc dicit: innatent fluvios, sed non rapaces: nam infra ait 'saltibus in vacuis pascant et plena secundum flumina'.*

143. VACVIS magnis. PLENA FLVMINA ne inclinentur ad potum. *et aliter hic 'saltibus', aliter supra* ⟨141⟩ *nec saltu superare viam sit passus. 'vacuis' autem 'saltibus' sine maritis dixit.*

145. *SAXEA PROCVBET V. nove 'saxea umbra' quae saxis fiat. et 'procubet' protendatur.*

146. EST LVCOS SILARI CIRCA ILICIBVSQVE VIRENTEM PLVRIMVS ALBVRNVM VOLITANS ordo talis est: circa lucos Silari, fluminis Lucaniae, et Alburnum, eiusdem montem, est plurimus volitans: ac si diceret, est multa musca. 'volitans' autem modo nomen est, non participium. *et aliter: ordo 'est plurimus volitans circa lucos Silari Alburnumque virentem ilicibus'. 'volitans' absolute. Silarus et Alburnus in Lucania sunt montes. Nigidius de animalibus asilus est musca varia, tabanus, bubus maxime nocens. hic apud Graecos prius μύωψ vocabatur, postea* (a) *magnitudine incommodi oestrum appellarunt. et hoc est quod ait 'oestrum Grai vertere vocantes', non de latino in graecum, sed de graeco in suam linguam, quae prior fuit.*

148. OESTRVM GRAI VERTERE VOCANTES 'vertere' ex soni similitudine ὀνοματοποιίαν fecere: non enim possumus accipere, ex latina lingua mutavere, cum constet graecam primam fuisse. οἶστρος autem graecum est: latine asilus, vulgo tabanus vocatur. CVI NOMEN ASILO ut cui Remulo cognomen erat. *OESTRVM GRAI VERTERE V. quomodo 'Grai vertere', cum omnia, quae latina sunt, a graeca ratione descendant? solvit quaestionem: Graeci cum myopem primo dixerint, displicuit nomen, quia proprium non erat: oestrum dixerunt, hoc est quia furiam oestrum vocant; dividit enim furia armenta, cum ab eo stimulantur. latine vero hoc animal tabanus dicitur.*

---

24 οἶστρος . . . vocatur] exscr. Isid. orig. XII 8, 15. cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 32 || 26 cui Remulo] A. IX 590

---

3 innatent *ego*: innatant *V* || 6 ne] non *M* || 7 hic *ego*: his *V* || saltu] saltus *V* || 14 est *ante* multa *om. V* || 15 est plurimus *ego*: plurimum *V* || sylari, *ut infra* sylarus *V* || 18 varia] *fortasse* virosa (*i. e. venenata*) || 19 myor *V* myops *Vrsinus* || a *addidi* || incommodi incommodi *V* magnitudine incommodi *v* || 22 *scholia ad v.* 148 *adscripta hoc ordine hab. V* CVI NOMEN . . . cognomen erat. OESTRVM G. V. V. quomodo grai uertere . . . tabanus dicitur. uertere ex soni similitudine. . . uulgo tabanus uocatur || 23 ONOMATOΠOIAN *P* ONOMATOΠEIONAN *H* onomatopeian *A* onomatopoeian *V* onomatopian *M* || 24 linguam ut habere *A* || constat *P* || oestros *libri* || 28 *fortasse* solvitur quaestio: nam || myorem *V* || 30 diuidet *V* || 31 eo *V* ea *Vrsinus*

150. *FVRIT MVGITIBVS AETHER poetice convertit: nam cum furor boum sit, aetherem ait furere.*

151. *SICCI quare 'sicci', cum ripam dixerit? ostendit hunc non esse fluvium, sed rivum, ut alibi et arentem Xanthi cognomine rivum.* SICCI TANAGRI non multum valentis. Tanager autem fluvius est Lucaniae. *et 'sicci' ad tempus aestatis relatum est: est enim torrens hieme.* et hoc dicit, armentorum mugitu cuncta resonare.

152. HOC QVONDAM MONSTRO argumentatur ab exemplo, dicens, oestro contra paelicem se defendisse Iunonem. nota autem est fabula, Io, Inachi filiam, a Iove adventu Iunonis esse conversam in vaccam: cui Iuno inmisit oestrum, quo toto orbe fatigata tandem aliquando venit ad Aegyptum, et illic in Isim conversa est. transiit autem per mare angustum, quod Bosphoron appellatum est, nunc Hellespontum nominatur.

153. *PESTEM MEDITATA IVVENCAE Ionem dicit, Inachi filiam, quam in bovem conversam (Iuno) oestro percussisse dicitur. illa se in mare praecipitavit, (quod) Ionium vocaverunt. et Isis dicitur, quasi sola dea: hoc enim Aegyptiis placet.* PESTEM MEDITATA IVVENCAE vel quam pestem ante excogitaverat: vel 'meditata' inferens et exercens accipiamus: Horatius horrendamque cultis diluviem meditatur agris, id est infert, exercet; nam et in ipsa meditatione exercitium est.

• 154. HVNC QVOQVE id est etiam hoc malum remove. FERVORIBVS ACRIOR INSTAT tunc est acrior. et dicendo tempus ostendit quemadmodum possit evitari.

155. GRAVIDO PECORI a gravido pecore: nam 'arceo a te' dicimus.

156. SOLE RECENS ORTO statim, *ut* Sallustius coria recens detracta veluti glutino adolescebant.

---

4 alibi] A. III 350 ‖ 21 Horatius] carm. IV 14, 27 ‖ 29 Sallustius] hist. IV 2 Dietsch, 23 Kritz

---

4 xancthi *V* ‖ 5 autem *om. A* ‖ 6 et ... hieme *edidit Vrsinus not. ad Serv. p.* 291 ‖ 7 et ... resonare *om. V* ‖ mugitum *A* ‖ 10 oestro] oestrum *V* cum oestro *a* ‖ paelicem *A*: pelicem *PHM* felicem *V* ‖ 11 filiam ... vaccam] filia cum eam iuppiter inuasisset ueniente iunone in uaccam mutata est *V* ‖ 12 quo] quae *V* ‖ 13 ysim *V* ‖ in equm uersa est *B* ‖ 14 bosporon *BH* ‖ 15 ellespontum *libri* Hellespontus *Masvicius* ‖ 16 Iuno *addidi* ‖ 18 quod *inseruit Vrsinus* ‖ ysis *V* ‖ sola] *an* soli (*i. e. terrae*); *sed cf. Apulei met.* XI 5 ‖ 20 quam *om. M* (*add. m*) ‖ 21 horrendaque *M* ‖ culpis *V* ‖ diluuii ẽ *P* diluuium *V* ‖ meditaretur *P* ‖ 22 inferre exercere *p* ‖ et *om. A* ‖ 30 glutino *om. M* (glutino *vel* glitino *supr. vers. m*) ‖ adolescebant] i. e. concrescebant *supr. vers. m*

157. IN VITVLOS modo generaliter et de equis et de bubus accipimus.

158. NOTAS characteres.

159. PECORI HABENDO SVMMITTERE admissarios facere. *et aliter: id quod habetur: Lucilius in tricesimo non numquam dabit ipsa aetas quod possit habendo.*

161. ET CAMPVM HORRENTEM F. I. G. ecbasis poetica: suffecerat enim 'aut scindere terram'.

162. CETERA PASCVNTVR VIRIDES A. P. H. per hoc intellegimus illa omnia quae dixit animalia domi esse servanda. *et aliter: 'cetera' quae non inuruntur.*

163. TV QVOS AD STVDIVM locus de bubus domandis.

164. VIAMQVE INSISTE DOMANDI institue artem domandi.

165. *DVM MOBILIS AETAS 'mobilis' flexilis. et est duplex lectio: potest enim et sic legi 'iuvenum dum mobilis aetas'.*

166. CIRCLOS 'circus' est principale, unde fit 'circulus' et per synaeresin 'circlus', sicut 'periculum' et 'periclum', 'saeculum' et 'saeclum'.

168. *IPSIS E TORQVIBVS APTOS 'aptos' unitos aut conexos: est enim † apta iungi.*

169. GRADVM CONFERRE pariter incedere.

170. ROTAE INANES sine pondere.

173. TEMO AEREVS fortis: sic in quinto ⟨274⟩ aerea quem obliquum rota transiit, item Horatius inclusam Danaen turris aenea.

174. PVBI INDOMITAE hoc ad iuvencos tantum pertinet: nam de equis contra dicturus est, ut ⟨206⟩ namque ante domandum ingentes tollent animos. *et aliter: utrum, dum quosdam domas, interea indomitis haec praestabis, an, antequam domes, interea?*

175. VESCAS FRONDES siccas et teneras; nam vescum hoc est proprie: unde et telae aranearum vescae nominantur. *et aliter:*

3 Notas characteres] cf. Non. p. 354, 22 ‖ 5 Lucilius in tricesimo] v. 132 ap. Muellerum p. 132 ‖ 19 aptos ... conexos] cf. Non. p. 234, 32 ‖ 22 Inanes sine pondere] cf. Non. p. 326, 17 ‖ 24 Horatius] carm. III 16, 1

3 caracteras *A* cateracteras *H* caracteres accipimus *P* ‖ 5 HABENDO ut habeatur ut Lucilius ... habendo *edidit Fabr.* ‖ 6 quod prosit habendo *coni. Lachmann comment. in Lucr. p.* 212, *recepit Mueller* ‖ HORRENDVM *A* ‖ ectasis *A* haecbasis *V* ‖ 8 scinderet *P* scinderat *H* ‖ 10 caetera *V* ‖ 14 *ad v.* 165 DVM MOBILIS AETAS id est flexilis. hic est sensus: antequam magnitudo virium et perfecta aetas eis sit, eos incipe domare *Fabr.* ‖ 16 circus] circlus *Av* ‖ circulus] circlus *A* et circlus *add. p* ‖ et ... circlus *om. APH* ‖ per syncopam *vulgo; cf. Serv. ad buc.* IV 5 ‖ 20 apta iungi] 'api' *vel* 'aptari' iungi *Broukhusio teste Merula ad Ennium p.* 541. *fortasse* ἅπτω iungo *vel* ἅπτεσθαι iungi ‖ 23 aeria *M* ‖ 24 danaeni *A* danaem *V* danaam *M* ‖ 28 tollunt *AVM* tollat *H*

'vescas' teneras et exiles: nam 'vescum' apud antiquos significabat macrum et quasi quod escam non reciperet: Afranius in sororibus an puer est vescus, inbecillus viribus. sed vide ne 'vescas' appetibiles dixerit: Lucretius certe pro edace posuit, ut ⟨I 326⟩ *vesco sale saxa peresa.*

176. FRVMENTA MANV C. S. eis etiam farraginem dabis. *NEC TIBI FETAE MORE PATRVM 'fetae' nostro more: neque enim mulgeri nisi enixae possunt. antiqui enim fetum pro gravido solebant ponere, ut Varro Atacinus feta feris Libye, et ipse Vergilius scandit fatalis machina muros feta armis. et 'more patrum' sic intellege, ut dixerit* [*mulgeri*]: *nec implebunt mulctraria more patrum, qui lac magis reservabant fetibus: alioquin accusabitur ab eo avaritia maiorum, qui sibi omne lac mulgebant. legitur et 'mulgaria', ut Valgius ait sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis et sinum bimi cessamus ponere Bacchi.*

180. PRAELABI FLVMINA quia, ut supra ⟨18⟩ diximus, circa ripas fluminum agitabatur curule certamen.

187. *ATQVE HAEC IAM PRIMO DEPVLSVS AB VBERE MATRIS non 'primo ubere', sed 'iam primo' quasi unum lege, ut sit 'iam primo audeat depulsus ab ubere matris'.*

188. INQVE VICEM frenorum scilicet, ne adhuc tenera ora laedantur. *et aliter: Celsus 'inque vicem' sic intellegit, ut sit nonnumquam sine capistris: alii, ut sit in utraque parte ductus facilis.*

189. INSCIVS AEVI nondum habens ab annis fiduciam. *et aliter: 'etiam' pro 'adhuc'.*

190. QVARTA AETAS quartus annus: nam aetatem plerumque

---

1 'vescas' teneras e. q. s.] cf. Non. p. 186, 33 ‖ 2 Afranius in sororibus] fragm. I ap. Ribbeckium p. 174 ‖ 4 Lucretius ... peresa] cf. Gell. XVI 5, 7 ‖ 9 Varro Atacinus] fragm. 19 ap. Baehrensium p. 335 ‖ Vergilius] A. II 237 ‖ 13 Valgius] fragm. 5 ap. Baehrensium p. 343 ‖ 26 nam aetatem ... quovis tempore] cf. Isid. or. V 38, 3

---

2 at puer est vescis inbecillus viribus *Nonius* ‖ 6 *scholium ad* NEC TIBI F. M. P. *edidit Fabr.* ‖ 9 Atacinus *Ursinus*: utacinus *V* cuius *Fabr.* ‖ foeta *V* Libye *Broukhusius*: libię *V* Lybiae *Ursinus* ‖ 10 foeta *V* ‖ sic intellege ... more patrum *om. Fabr.* ‖ intellige *V* ‖ 11 mulgeri *seclusi* ‖ mulctralia *Ursinus* ‖ 12 servabant *Fabr.* ‖ foetibus *V* ‖ accusabitur ab eo avaritia maiorum *scripsi*: accusabitur ob auaritiam eorum *V* accusabatur avaritia eorum *Fabr.* ‖ 13 balgius *V* ‖ 14 bimi *Unger*: uini *V* ‖ cessavimus *Fabr.* ‖ 15 fundere *Fabr.* ‖ bachi *V* Baccho *Broukhusius*, vini *retinens* ‖ 16 circa ea flumina maxime *Fabr.* ‖ 17 curile *V* ‖ *ad v.* 183 LITVOSQVE PATI buccinas sonantes audire. lituus etiam virga regalis, quasi lites disterminans: nam et virga Mercurii appellatur lituus. et potest hic intelligi virga, qua domantur equi, ut virgae sonitum tamquam percutientis frequenter audiat *Fabr.* ‖ 18 *scholium ad v.* 187 *edidit Fabr.* ‖ 20 audiat *idem* ‖ 23 alii] vel *Ursinus* ‖ 24 habet *A* (*corr. a*) ‖ fidutiam *A* ‖ 26 AESTAS *a*

generaliter dicimus pro anno *et* pro triginta *et* pro centum *et* pro quovis tempore.

193. SITQVE LABORANTI SIMILIS praeparetur ad futurum laborem. *et aliter: hoc est non vere laboret, ne taedium capiat. ac 'per aperta volans' currens.*

195. *AEQVORA VIX SVMMA campum planum aequor appellat.*

196. QVALIS HYPERBOREIS Hyperborei montes sunt Scythiae, dicti, quod supra, id est ultra eos, flat Boreas. dicit autem, sic currat equus, ut ventus.

197. DIFFERT dissipat. ARIDA autem NVBILA sine pluviis.

199. HORRESCVNT contremiscunt: Persius ⟨I 54⟩ scis comitem horridulum trita donare lacerna, id est trementem.

201. ILLE VOLAT scilicet ventus. VERRENS trahens.

202. AD ELEI METAS *'metas' dixit fines*, scilicet circi. Elis autem civitas est Arcadiae, in qua agitabatur curule certamen. et est species pro genere. *et aliter: 'Elei campi' maximi ex omnibus, quod sint pedum septingentorum, cum alii minus.*

203. SPVMAS AGET ORE CRVENTAS quod est signum equi fortissimi, si velut rubras egerit spumas.

204. BELGICA ESSEDA Gallicana vehicula: nam Belgi civitas est Galliae, in qua huius vehiculi repertus est usus. *et aliter: 'Belgica' Gallica. 'esseda' autem vehiculi vel currus genus, quo soliti sunt pugnare Galli: Caesar testis est libro ad Ciceronem III multa milia equitum atque essedariorum habet. hinc et gladiatores essedarii dicuntur, qui curru certant. 'molli' autem mobili dixit, ut ⟨II 389⟩ oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.* MOLLI COLLO domito, ut et mollia colla reflectunt.

208. DVRIS PARERE LVPATIS frenis asperrimis. dicta autem lupata a lupinis dentibus, qui inaequales sunt, unde etiam eorum morsus vehementer obest. *et aliter: lupatum freni genus est, quo temperantur ora, quae ductui repugnant.*

7 Hyperborei ... Boreas] exscr. Isid. or. XIV 8, 7 ‖ 10 Differt dissipat] cf. Non. p. 284, 18 ‖ 27 et mollia] A. XI 622 ‖ 28 frenis ... obest] exscr. Isid. or. XX 16, 2

6 *scholium ad v.* 195 *not. ad Serv. p.* 291 *edidit Vrsinus, ad v.* 201 *retulit Daniel* ‖ 8 flet *PH* ‖ 11 contremiscunt *PMa*: contremescunt *AVH* ‖ Persius *V*: Iuuenalis *reliqui* ‖ scis *V*: scit *APH* sic *M* ‖ 12 horridum *A* ‖ lucerna *PH* ‖ 13 scilicet ... trahens] uerrens trahens. ille dixit scilicet uentus *V* ‖ 14 metas ... circi] id est fines circi *Vrsin. not. ad Serv. p.* 291, *recepit Daniel* ‖ 15 agebatur *P* ‖ currile *V* currule *H* ‖ 17 *fortasse* cum alii minores sint ‖ 20 BELGICA ... reflectunt] BELGICA VEL MOLLI COLLO collo domito. sic alibi mollia colla reflectunt. esseda gallicana ... pinu *V* ‖ Belgis *B* uelgi *V* ‖ 21 huiuscemodi *Fabricius* ‖ uelgica *V* ‖ 30 et aliter ... repugnant] *non edidit Vrsinus*

210. CAECI AMORIS latentis *amoris, id est* cupidinis.

212. RELEGANT removent.

213. FLVMINA LATA *ideo dixit 'flumina'*, ne natatus sit facilis.

215. VIDENDO dum videtur: gerundi modus a passivo.

219. IN MAGNA SILVA alii 'Sila' legunt, ut sit mons Lucaniae: quod modo nulla necessitas cogit, ut in Aeneide ⟨XII 715⟩ ac velut ingenti Sila summove Taburno, ubi utrumque speciale est.

221. *LAVIT ATER CORPORA SANGVIS hoc ab illa declinatione descendit 'lavo lavis lavit', 'fervo fervis fervit'.*

222. *VERSAQVE IN OBNIXOS 'versa' infesta: Plautus in Casina* ⟨II 5, 35⟩ *necesse est versis gladiis repugnarier, id est infestis.*

223. REBOANT resultant, remugiunt. est autem graecum verbum; nam apud Latinos nullum verbum est, quod ante 'o' finalem 'o' habeat, excepto 'inchoo', quod tamen maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, et dicebant 'incoho': tria enim tantum habebant nomina, in quibus 'c' litteram sequeretur aspiratio 'sepulchrum' 'Orchus' 'pulcher', e quibus 'pulcher' tantum hodie recipit aspirationem.

225. EXVLAT extra solum suum habitat.

226. *PLAGASQVE SVPERBI sic positum, ut et vulnere tardus Vlixi.*

227. *INVLTVS AMORES nunc iuvencam.*

228. ET STABVLA A. R. E. A. Cicero de Catilina retorquet oculos profecto saepe ad hanc urbem, quam e suis faucibus ereptam esse luget. *'excessit' pro 'excidit'.*

229. VIRES EXERCET ab incultu *vires vel* robur adquirit.

230. PERNIX modo perseverans: Horatius pernicis uxor Apuli. 'pernix' autem perseverans a pernitendo tractum est. *et aliter: legunt et 'pernox'; sed 'pernix' melius, id est pertinax.* *INSTRATO SAXA CVBILI nota figura, non 'saxis'.*

231. CARICE ACVTA herba durissima.

---

9 hoc ab illa... fervit] cf. schol. Dan. ad Aen. VIII 677 ‖ 14 nam apud Latinos e. q. s.] cf. Prob. cath. p. 38, 27 sqq. K. ‖ 20 Exulat... habitat] cf. Non. p. 12, 10 ‖ 21 et vulnere] A. II 436 ‖ 24 Cicero] in Catil. II 1, 2 ‖ 28 Pernix perseverans] cf. Non. p. 368, 18 ‖ Horatius] epod. 2, 42 ‖ 29 pernix... tractum est] exscr. Isid. or. X 211 ‖ 32 Carice... durissima] exscr. Isid. or. XVII 9, 102

---

4 gerendi *A* gerundiuus *v* ‖ 6 hac *V* ‖ 7 summove] sub monte *vulgo* ‖ 12 depugnarier *Plauti exemplaria* se pugnarier *Lion* ‖ 15 incoho *P* ‖ 16 duobus *H* ‖ inchoho *VH* inchoo *M* (*corr. m*) ‖ 19 recepit *H* ‖ 25 qua me suis. f. e. ecce luget *A* quam e suis f. c. ecce luget *H* quam esuis m. e. luget *M* ‖ 26 esse *om. P* ‖ 27 incultu *APH*: inculto *VMp* occulto *B* ‖ rubor *A* (*corr. a*) ‖ adquiritur *A*

235. VIRESQVE REFECTAE *deest 'est' et 'sunt'.*

236. OBLITVM iam securum ex ante acta victoria. *et aliter: 'oblitum' quasi exercitationis et virium, quem securitas et amor corruperit, adeo ut nec crederet hostem esse rediturum.*

237. FLVCTVS VT IN MEDIO C. C. A. P. sic paulatim taurus movetur ad proelium.

239. IMMANE adverbium est.

244. AMOR OMNIBVS IDEM in unoquoque genere unus est amor, id est similis: ut puta in lupis unus amor est, id est similis, item in equis et aliis omnibus pro qualitate generis sui: sicut et alibi ait ⟨IV 190⟩ sopor suus occupat artus, id est ipsis aptus. nam in omnibus animalibus non est amor unus atque idem, sed in singulis generibus pro qualitate naturae.

245. CATVLORVM OBLITA vi scilicet nimii amoris. LEAENA autem graecum est, sicut dracaena: nam nos 'hic' et 'haec leo' dicimus; 'lea' namque usurpatum est, quia in 'o' exeuntia *masculina* feminina ex se non faciunt, ut 'fullo' 'latro' 'leo'.

247. INFORMES VRSI vel magni, vel qui tempore, quo nascuntur, forma carent: dicitur enim quaedam caro nasci, quam mater lambendo in membra componit.

249. SOLIS desertis. LIBYAE autem IN AGRIS serpentibus plenis.

250. TOTA TREMOR PERTEMPTET E. C. signatis sermonibus utitur ad vim amoris exaggerandam, dicens et 'tota corpora' et 'pertemptet', id est penitus temptet, cum dicat levem odorem equarum.

251. NOTAS ODOR ATTVLIT AVRAS hypallage est pro 'si aurae odorem adportaverint notum'.

252. FRENA VIRVM *non eos retardant* frena virorum fortium.

253. RVPESQVE CAVAE A. O. R. ad illud superius respexit ⟨213⟩ post montem oppositum et trans flumina lata.

---

14 Leaena ... usurpatum est] exscr. Isid. or. XII 2, 3 ‖ 19 dicitur ... componit] exscr. Isid. or. XII 2, 22

---

1 deest 'est'] *ad 'collectum robur' pertinet* ‖ 3 exercitationum *Vrsinus* ‖ 5 *scholium ad v.* 237 *post scholium ad v.* 239 *habent APHM* ‖ 6 ad proelium] in bellum *V* ad praelia *vulgo* ‖ 7 adverbium est] pro immaniter, nomen pro adverbio *Fabr.* ‖ est *om. V* ‖ 8 in *om. V* ‖ usus est amoris *V* ‖ 9 ut puta ... similis *om. A* ‖ pote *B* ‖ 11 ipsius artus *V* (*sed* r *in ras. v*) ‖ 14 vi *om. AH* 16 exeuntia] nomina *add. P* ‖ 18 qui] quia *VH* ‖ 21 TVM LIBIE SOLIS ERRATVR IN AGRIS solis desertis. in arbis lybiae serpentibus plenis *V* ‖ AGRIS *A*: ARVIS *PHM* ‖ 23 signatis] i. e. demonstratiuis *supr. vers. m* ‖ 24 ut t. c. ut p. *V* ‖ 25 dicit *VH* ‖ 27 si *om. VM* ‖ 28 adportaverint notum *om. V* ‖ apportauerunt *P* 29 VIRVM FRENA uirorum fortium *APHM, nisi quod* pro uirorum *H*

254. *FLVMINA CORREPTOSQVE VNDA TORQVENTIA MONTES* (*saxa* '*montes*') *appellavit. et est ordo* '*flumina torquentia unda correptos montes*'.

255. SABELLICVS EXACVIT SVS Sabinus: et est species pro genere. dicit autem suem domesticum, quem cicurem vocant; nam de apris supra ait ⟨248⟩ tunc saevus aper. hoc enim vult probare, non tantum feras, sed et mansueta animalia amore in furorem moveri.

256. PROSVBIGIT fodit et pedibus inpellit alternis, quod pugnaturi sues facere consuerunt ad adquirendum robur: unde etiam latera et costas terentes durant ea in futura certamina.

257. ATQVE HINC ATQVE ILLINC V. A. V. D. et a pedum motu et ab attritione costarum.

258. QVID IVVENIS ne forte occurreret, illa animalia carere ratione, dicit etiam homines gravius in amore moveri. fabula talis est: Leander et Hero, Abydenus et Sestias, fuerunt invicem se amantes. sed Leander natatu ad Hero ire consueverat per fretum Hellesponticum, quod Seston et Abydon civitates interfluit. cum igitur iuvenis oppressi tempestate cadaver ad puellam delatum fuisset, illa se praecipitavit e turri. *et aliter: Leandri nomen occultavit, quia cognita erat fabula.*

261. PORTA CAELI aer nubibus plenus, per quem iter in caelum est.

262. NEC MISERI POSSVNT R. P. hoc est amor parentum.

263. *CRVDELI FVNERE VIRGO ita hic 'virgo', quemadmodum ibi de Pasiphae a virgo infelix.*

265. INBELLES CERVI licet inbelles, tamen moventur in pugnam.

266. FVROR INSIGNIS notabilis, praecipuus.

268. GLAVCI POTNIADES M. M. A. QVADRIGAE Potnia civitas est, de qua fuit Glaucus. qui cum sacra Veneris sperneret, illa irata

---

16 Leander ... e turri] exscr. mythogr. II 218 ‖ 25 ibi] buc. VI 52 ‖ 29 Potnia ... dilaceraverunt] exscr. mythogr. I 100; II 72

---

1 saxa 'montes' *addidi. cf. schol. Bern. ad h. v. 'saxa ingentia montes vocat' et Serv. ad Aen.* VI 360 ‖ 7 et *om. VM* ‖ 12 HINC ATQVE HINC Vnde *A* HINC ATQVE ILLINC *P* ADQVE HINC ADQVE ILLINC HVMEROS unde *V* HINC ATQVE ILLINC unde *H* HINC ATQVE HINC *M* ‖ et ... costarum *VM, nisi quod* atritione *M*: et ad pedium (pedum *a*) motu attricionum costarum *A* et a pedum motu et (ad) adtritionem costarum *P* et ad pedum motu attritionem costarum *H* ‖ 14 ne forte diceretur tantum illa animalia carentia ratione *V* ‖ 15 rationem *H* ‖ in amorem *VM* ‖ 16 et Hero] etro *A* et aero *P* et ero *VHM* ‖ estias *A* sestia *P* aestias *H* ‖ 17 ad ero *APHM*: ad eroem *V* ‖ 20 praecipitat *M* ‖ turri *M*: turrae *A* turre *PVH* ‖ 28 nobilis *H*. notabilis et praecipuus *vulgo* ‖ 29 Potniae *Masvicius* ‖ 30 claucus *et hic et infra M*

equabus eius inmisit furorem, quibus utebatur ad currum, et eum morsibus dilaceraverunt. ordo autem talis est 'quo tempore Glauci membra malis absumpserunt Potniades quadrigae'. hoc autem ideo fingitur, quod eis furorem Venus inmiserit, quia dilaniatus est Glaucus, effrenatis nimia cupiditate equabus, cum eas cohiberet a coitu, ut essent velociores. *et aliter: Glaucus, Sisyphi filius, cum ad gymnicum certamen quadrigam duceret, adplicuit ad vicum Boeotiae Potnias et equas potum ad fontem sacrum per ignorantiam duxit, unde qui bibissent in furorem agi solebant. itaque illum equae, furore exagitatae, in ipso certamine curru effudisse ac morsibus laniasse dicuntur.*

269. TRANS GARGARA TRANSQVE SONANTEM ASCANIVM Gargara pro quibuslibet montibus, sicut Ascanium pro quibuslibet fluminibus posuit, quod et sequentia indicant, *quod dicit* 'superant montes et flumina tranant'. *Ascanius amnis est Mysiae, sed quae in Asia est. de Gargaris supra* ⟨I 103⟩ *dictum et ipsa suas mirantur Gargara messes.*

273. ORE OMNES VERSAE IN ZEPHYRVM hoc etiam Varro dicit, in Hispania ulteriore verno tempore equas, nimio ardore commotas, contra frigidiores ventos ora patefacere ad sedandum calorem, et eas exinde concipere edereque pullos, licet veloces, diu tamen minime duraturos: nam brevis admodum vitae sunt. *ORE OMNES VERSAE IN ZEPHYRVM 'in' pro 'contra'.*

274. *EXCEPTANTQVE LEVES AVRAS frequentativum fecit ab excipiendo, hoc est crebro excipiunt.* EXCEPTANT frequenter excipiunt.

278. CAVRVM pro 'corum', sicut 'saurex' pro 'sorex', 'caulis' pro 'colis'.

280. HINC DEMVM HIPPOMANES VERO QVOD N. D. P. scit lectum esse apud Hesiodum, herbam esse quandam, quae hippomanes vocatur, quasi *ἵππου μανία*: si enim eam comederint equi, furore

---

3 hoc ideo fingitur ... velociores] exscr. mythogr. I l. l. ‖ 25 sicut ... colis] cf. Isid. or. XII 3, 2

---

2 lacerauerunt *V* ‖ 3 malis] maxillis *V* ‖ absumpserunt *a*: adsumpserunt *APH* assumpserunt *VM* ‖ 6 sysiphi *V* ‖ 7 gymnicum *Broukhusius*: mimicum *V* Isthmicum *Pierius*. *Broukhusii coniectura Probi exemplo defenditur, qui ad georg.* III 19 (*p.* 56, 7 *K.*) *Olympiaca certamina 'gymnica' vocat* ‖ boetiae *V* ‖ 8 pothnias *V* ‖ potu *V*, *correxit Vrsinus* ‖ 9 exagitate *V* exagitante *Vrsinus* ‖ 14 mysie *V* ‖ quae *Munckerus ad Hygin. fab.* 14: quia *V* ‖ 16 messes] *sequuntur in V* ORE OMNES VERSE IN ZEPHIRVM in pro contra. EXCEPTANTQVE LEVES AVRAS frequentatiuum ... excipiunt. et saepe sine ullis coniugiis hoc etiam uarro dicit in hispania *e. q. s.* ‖ 17 etiam] enim *H* ‖ 20 concipere et edere *V* ‖ 24 accipiunt *AH* (*corr. h*) ‖ 25 CHAVRVM *libri* ‖ chorom *A* curum *P* chorum *HM* choro *V* ‖ caulis pro colis *om. V* ‖ 26 colosi *A* colis *ex* colos *H* ‖ 28 Hesiodum] Theocritum *Masvic.* ‖ 29 yppomania *V* INIΠI TOY MΛNIΛ *H* ΙΠΠΟΥΜΛΝΛ *M* ‖ furore quatiuntur *AV*: furorem patiuntur *PHM* (at. furore quatiuntur *supr. vers. m*)

quatiuntur. unde nunc adiecit 'vero quod nomine dicunt': nam vult illam herbam abusive hippomanes dictam, quod possint equi furere et alia quacumque ratione. re vera autem hippomanes dicit esse virus, defluens ex equarum inguinibus quo tempore feruntur amoris furore, ut sit hippomanes virus natum ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου. *ordo 'hinc virus lentum ab inguine destillat, quod vero nomine hippomanes dicunt pastores'. 'vero nomine' quoniam Theocritus* ⟨II 48⟩ *herbam dicit nasci in Arcadia, qua gustata equae in libidinem ardescunt, et Theophrastus carunculam in fronte equini pulli. 'hippomanes' ἀπὸ τῆς ἵππου μανίας, id est ab equae insania, defluens ex equarum inguinibus, quo tempore virus natum ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου.*

281. LENTVM VIRVS *quod dicit, id est* viscidum.

283. MISCVERVNTQVE H. E. N. I. VERBA exprimit augmenta malitiae novercarum, quae virus herbis, *plus tamen* cantibus herbarum armant venena.

285. SINGVLA DVM CAPTI C. V. A. dum spatiatim cuncta describimus.

286. *SVPERAT pro 'superest'.*

287. *LANIGEROS AGITARE GREGES Lucretius contra* ⟨II 662⟩ *buceriaeque greges. 'agitare' aut curare aut pascere.* HIRTASQVE CAPELLAS saetosas, ut hirsutumque supercilium.

288. HINC LABOR H. L. F. S. C. ad tuenda inbecilliora animalia. *'colonos' pro pastoribus posuit.*

290. ET ANGVSTIS HVNC ADDERE R. H. humilem materiam alto sermone decorare: sic illud in quarto est ⟨6⟩ in tenui labor; at tenuis non gloria.

291. SED ME PARNASI DESERTA PER ARDVA 'per Parnasi ardua' Heliconem et Cithaeronem, montes musis dicatos. et hoc dicit:

---

21 hirsutumque] buc. VIII 34

---

2 quod possint *PH*: quod possunt *AM* qua possint *V* ‖ equae *V* ‖ 5 ut sit . . . *ἵππου om. V* ‖ TH.HC *A* ‖ 6 ΙΠΠΟϹ *PHM* ‖ 7 yppomanes *V* ‖ 8 archadiam *V* ‖ 9 pulli] quae ad veneficia et amatoria facere existimarunt *add. Commelinus* ‖ hippomanes . . . virus natum *ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου ut ex Serviano scholio per errorem repetito orta secluserim* ‖ 10 apotespomanie *V* ‖ 11 ΙΠΠΙϹ *V* ‖ 12 viscidum] glutile (*l.* glutine). Theocritus autem herbam . . . in fronte equi (*sic*) *add. Fabr.* ‖ 14 maliciae *P* ‖ uirus *ex* uirtus *M* ‖ herbis et cantibus *vulgo* ‖ 15 armant *APH*: augmentantur *V* augmentant *M* (id est *supr. vers. add. m*) ‖ 16 spaciatim *P* spatiatim *H et LVR Burmanni*: speciatim *AVM* ‖ cuncta] singula *exemplaria praeter Lionianum* ‖ 18 hoc satis armentis SVPERAT *V. ceterum* SVPERAT . . . pascere *not. ad Serv. p.* 292 *edidit Vrsinus, recepit Daniel* ‖ 22 HIC LABOR id est labor ad . . . animalia *V.* hortatur *inter lemma et* ad *excidisse videtur* ‖ 24 HINC *A* ‖ 25 labore *V* ‖ at] et *P* ‖ 28 montes musis dicatos *PM* musis dicatis montes *H* musis dicatos *A* musis dicatus *V* m. m. d. significat *vulgo. fortasse* per *ante* Heliconem *excidit*

scribendi amor rapit me ad opus arduum et a nullo ante descriptum: quod per periphrasin et allegoriam poeticam indicat.

292. IVGIS per iuga. QVA NVLLA PRIORVM C. M. D. O. C. dispono ire ad fontem Castalium per eam viam, per quam nullus ante egit orbitam suam. ordo autem est 'qua nulla priorum orbita Castaliam', *fontem Delphorum*, 'devertitur'.

293. MOLLI CLIVO id est facili itinere et descensione. hic autem locus totus de Lucretio 〈I 922〉 translatus est.

294. NVNC VENERANDA PALES dea pabuli invocanda nunc maxime.

295. STABVLIS MOLLIBVS clementioribus et aeris temperati, vel propter plagam australem, vel propter subpositas herbas animalibus. *IN MOLLIBVS nunc tepidis, ut dicimus 'mollis hiemps'.*

296. *DVM MOX Celsus 'dum mox' pro 'donec' interpretatur; sed, ut puto, 'mox' abundat.* FRONDOSA REDVCITVR AESTAS donec vernum tempus adveniat: nam, ut etiam in primo 〈100〉 diximus, ver et aestas, sicut etiam hiemps et autumnus, unum fuerunt secundum rationem hemisphaerii.

298. *STERNERE SVBTER HVMVM ad pecora respicit, ut sint stramenta, quibus incubent.*

299. TVRPESQVE PODAGRAS respexit ad curam, quae sine pannis et medicaminibus sordidis non fit.

300. POST HINC cum hoc feceris. et 'post hinc' unum vacat, sicut primus ibi ante omnes.

301. FLVVIOS PRAEBERE RECENTES aquam statim haustam: nam si pigram potaverint, statim morbum contrahunt.

302. STABVLA A VENTIS figurate, scilicet ventos non perferentia. HIBERNO SOLI contra plagam meridianam, per quam sol currit per hiemem: quod explanat, dicens 'ad medium conversa diem'.

304. EXTREMOQVE INRORAT A. A. mense Ianuario, qui est paene ultimus: nam, ut etiam in primo diximus 〈64〉 ut primis

---

7 hic ... translatus est] cf. Macrob. Sat. VI 2, 1 sqq. ‖ 24 primus] A. II 40 ‖ 32 ut etiam in primo diximus] non ad v. 64, sed ad v. 43 libri primi Servius legentes revocare debuit

---

6 castalium *V* ‖ devertitur *VH*: diuertitur *APM* ‖ 7 hic ... translatus est *om. M. Lucretii versus addidit Fabr.* ‖ 12 plagam ... propter *om. A* ‖ 17 hiems *AVM* ‖ 24 primus ibi] post mihi *PH* prius *M* ‖ ubi *A* ‖ 30 diem] IAM mense Ianuario. CADIT AQVARIVS id est occidit, occasu scilicet heliaco: qui cum oriatur cosmice cum sole, tamen occidit heliace, quoniam a nobis videri non possunt signa cum sole orientia, quod nunc Virgilius ait 'iam frigidus aquarius cadit'. aquarium autem multi Ganymedem esse volunt *add. Fabr.* ‖ INROTAT *M* ‖ 32 pene ultimus *AVH* penultimus *PM*

extemplo a mensibus anni, a Martio mense inchoabat annus apud maiores. ergo 'extremo anno' extrema parte anni. *et aliter: hic extremum annum sub aquarii sidere collocat, ut, quia primus nascentis anni dies ab urbe condita Kl. Martiis fuit, inde Februarius ultimus anni habeatur. aquarium autem multi Ganymedem volunt.*

305. HAEC QVOQVE cum de capellis loquatur, figurate neutro usus est genere: nam integrum erat 'hae quoque non cura nobis leviore tuendae'. sane perite, quoniam scit planam esse ovium utilitatem, eam praeterit et exaggerat meritum capellarum, ut dictis in lucem promat rem per se minus patentem. **et aliter:* (*HAE QVOQVE*) *id est capellae. legitur et 'haec': veteribus enim mos fuit, ut neutra femininis iungerentur, unde Terentius* tua nihil refert utrum fecerint, *et in Eunucho* ⟨III 5, 34⟩ haec adornant ut lavent.*

306. MILESIA VELLERA lanae pretiosissimae: nam Miletus civitas est Asiae, ubi tinguntur lanae optimae: ipse in quarto ⟨334⟩ Milesia vellera nymphae carpebant, Cicero in Verrem ⟨II, I 34, 86⟩ quid a Milesiis lanae sustulerit. MAGNO autem MVTENTVR ingenti pretio comparentur: nam apud maiores omne mercimonium in permutatione constabat, quod et Gaius Homerico confirmat exemplo. **et aliter: VSVS hic utilitas et fructus. VELLERA autem a vellendo dicta.**

307. TYRIOS INCOCTA RVBORES figurate: quae coquendo Tyrium traxit ruborem, id est migravit in purpuram.

308. DENSIOR HINC SVBOLES binos enim pariunt capellae plerumque.

310. *LAETA MAGIS PRESSIS MANABVNT FLVMINA MAMMIS nota mammas peculum dici. legitur et 'ubera'.*

311. BARBAS sic de quadrupedibus; nam hominum barbam vocamus. INCANA autem dixit nimium cana.

12 Terentius] Hecyra IV 3, 12 'verum tua re fert nil, utrum illaec fecerint' | 19 Gaius] instit. III 141 | Homerico exemplo] Il. VII 472 sqq. | 20 Vellera ... dicta] cf. Isid. or. XIX 27, 1 | 28 Barbas ... vocamus] cf. Isid. diff. verb. 76

1 a martio *M*: martio *reliqui* | incohabat *P* incipit *M* | 3 aquari *V* | 5 habeatur *ego*: habetur *V* haberetur *Vrsinus* | ganimedem *V* | 6 HAEC QVOQVE hec quoque quod dixit figurate neutro usus est genere cum de capellis loqueretur. nam non est uictum (*leg.* vitium). nam he quoque debuit dicere. et aliter id est capelle ... ut lauent. nam integrum erant (*sic*) hae quoque ... minus patentem *V* | loquatur *PH*: loquitur *ABM* | 7 hae *P* | 8 tuenda *PH* plenam *PV* | 10 per se om. *V* | patentem *V*: potentem *ABH* ferentem *BM* (al. potentem *supr. vers. m*) | 13 fecerit *Vrsinus* | lavet *Terentii libri* | 14 miletos *VM* | 15 tinguntur *A* | 16 Verrem] uerrenis *A* (uerrinis *a*) | 17 quid a milesiis *A*: qua melesius *P* (quidam milesius *p*) quidam milesiis *VHM*. nisi quod milesi s *M* | laras *V* | sustulerit] et aliter usus hic ... a uellendo dicta. MVTENTVR TYRIOS incocta rubores mutentur ingenti *c.* 9. *s. om.* *V* | 23 mutauit *BM* (al migrauit *supr. vers. m*) | 26 LACTA *V* | mammas *Commelin.*: mamma *V*

312. CINYPHII HIRCI Libyes, a fluvio Cinyphe. *et aliter: CINYPHII Gaetuli, a Cinypho flumine Gaetuliae vel Libyae. 'tondent' autem, pastores, ut sit genetivus singularis 'Cinyphii hirci'.*

313. MISERIS NAVTIS qui frequenter patiuntur pericula. 'in usum' autem 'castrorum' ideo dixit, quia de ciliciis et poliuntur loricae et teguntur tabulata turrium, ne iactis facibus ignis possit adhaerere. et bene laudat capellas, dicens ciliciorum usum et in mari et in terra prodesse mortalibus, hoc est in duobus elementis concessis hominibus. *et aliter: 'usum in castrorum', quod inde tormenta fiant, itemque cilicia, quae Celsus ait retulisse Varronem ideo sic appellari, quod usus eorum in Cilicia ortus sit.*

314. PASCVNTVR SILVAS et 'pasco' et 'pascor illam rem' dicimus. *et 'pascuntur' pro 'depascunt'.* SVMMA LYCAEI montis Arcadiae. et est species pro genere.

317. SVOSQVE DVCVNT educunt fetus proprios et enutriunt: unde et educatos dicimus.

319. QVO MINOR EST ILLIS CVRAE MORTALIS EGESTAS ordo est: igitur omni studio avertes ab eis ventos et glaciem, quo egestas mortalis, id est necessitas mortalitatis, minor est illis curae, hoc est minus ad ipsarum pertinet curam. nam hoc dicit: quanto illae sibi adesse non possunt, tanto eis a te est maior inpendenda diligentia. *et aliter: 'mortalis' mortifera intellegenda. et 'quo minor est' pro 'quo minus est', ut sit sensus: quo minus est illis curae mortifera egestas, si diligens circa eas fueris, necessitas mortalitatis minor est.*

321. *NEC TOTA CLAVDES id est faenum praebebis tota bruma.*

322. AT VERO ZEPHYRIS CVM L. V. A. subaudis 'advenerit'. dicit autem ver, quo flaverit Zephyrus, ut ⟨I 44⟩ et Zephyro putris se glaeba resolvit.

---

1 Cinyphii Libyes e. q. s.] cf. comm. Luc. IX 787 ‖ 5 de ciliciis . . . teguntur] exscr. Isid. or. XVIII 13, 2. cf. XIX 26, 10 ‖ 10 Varronem] d. r. r. II 11, 12

---

1 CYNIFEI *A* CINIPHII *PV* CYNYPHII *H* CINIFEI *M* ‖ HYRCI *H* YRCI *M* ‖ lybies *M* libies *reliqui* ‖ cynifae *A* cynife *PH* cinife *VM* ‖ cinifii getuli ac inifo flumine *V* ‖ 2 vel *ego*: ut *V* id est *Vrsinus* ‖ libiae *V* ‖ *fortasse* 'tondent' autem deest 'pastores'. *cf. schol. Bern.* ‖ 3 genitiuus *V* ‖ cinifi *V* ‖ 4 pericla *AH* ‖ 5 castorum *H* ‖ cilitiis *M* ‖ poluntur *A* ‖ 6 nec *P* ‖ posset *V* ‖ 7 cilitiorum *M* ‖ usus *V* ‖ 9 tormenta, *quod I. F. Gronovius observat.* IV 22 *ex Varrone d. r. r.* II 11, 11 *coniecerat, V*: tomenta *Vrsinus* ‖ 13 depascant *V, correxi.* depascuntur *Vrsinus, qui* et . . . depascuntur *et not. ad Serv. p.* 292 *commemoravit* ‖ montes *V* ‖ 15 educant *H* ‖ 18 auertas *H* ‖ glatiem *AM* glacies *V* ‖ 20 minus] minor *V* ‖ 21 eis a te] ei sat *A* (eis sat *a*) ‖ 22 et *ante* quo *om. Vrsinus* ‖ 26 fenum *V, post* bruma *collocavit Vrsinus* ‖ 28 quo flauerit zyphirus ut *P* quo flauerit zephyrus (zefirus *M*) *VM* quo flauerit *ABH* quo flare Zephyrus incipit, ut in primo *vulgo. malim* quo flare consueverit zephyrus, ut ‖ et *om. P* ‖ Zephyro *om. VM*

324. FRIGIDA RVRA CARPAMVS carpere cogamus animalia. et mane oves pasci praecipit secundum morem suae provinciae: nam in aliquibus locis morbum contrahunt, nisi iam siccato rore pascantur.

325. DVM GRAMINA CANENT Turnus et matutinis lucentes roribus herbae.

328. QVERVLAE CICADAE canorae: Horatius sub cantu querulae despice tibiae: aut certe 'querulae' propter illam fabulam, quod Tithonus, maritus Aurorae, post optatam longissimam vitam *diu vivendo* in cicadam dicitur esse conversus. RVMPENT ARBVSTA nimio clamore: Iuvenalis ⟨I 13⟩ et assiduo ruptae lectore columnae, Persius ⟨III 9⟩ findor, ut Arcadiae pecuaria rudere dicas. *et aliter: 'rumpent' complebunt, ut* ⟨I 49⟩ *illius inmensae ruperunt horrea messes: aut,* (*ut*) *in consuetudine est, rumpunt,* *si vehementer clamant. et ἐξηλλαγμένως dixit 'et arbusta rumpent cantu suo'.*

330. ILIGNIS CANALIBVS *canalibus* factis ex ilice. sane 'canalis' melius genere feminino, quam masculino proferimus.

332. SICVBI MAGNA IOVIS ANTIQVO R. Q. quia omnis quercus Iovi est consecrata. quod autem dicit 'Iovis quercus' et 'ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra', non re vera consecratos lucos nos dicit petere debere, sed ita densos, quales sunt illi, quos religio defendit: unde apparet Iovis quercum et sacram umbram generalia esse, non specialia epitheta; nam ut diximus, et omnis quercus Iovi est consecrata, et omnis lucus Dianae.

335. TENVES AQVAS epitheton aquarum est: alibi ⟨IV 409⟩ aut in aquas tenues dilapsus abibit. *et aliter: id est parvas: cui contrarium est illud et pingui flumine Nilus.*

336. AERA VESPER TEMPERAT refrigerat aestatis calorem.

337. REFICIT recreat. LVNA nox.

---

7 Horatius] carm. III 7, 30 ‖ 17 sane ... proferimus] exscr. Isid. or. XV 8, 16 ‖ 28 et pingui] A. IX 30

---

2 suum *P* ‖ 3 aliiquibus *A* (aliis quibusque *a*) ‖ 5 Turnus *A* tornus *Carolir. 186* urnus *H*: nocturnis *PVM*. Turnus ... herbae *om. B. Turni* (*cf. Teuffelii hist. litt. Rom.* § 323, 2) *versum a Servio laudatum esse vidit Burmannus* ‖ 7 ET CANTV QVERVLAE RVMPENT ARBVSTA Iuuenalis et assidue ruptae lectore columnae. querulae cicadae canorae *e. q. s. V* ‖ 8 dispice *H* ‖ aut certe] aut ar. (et) *P* ut arte *H* ‖ querulas p. i. f. dicit *M* ‖ 10 diu vivendo *edidit Vrsinus l. l. p.* 292 ‖ conversus] et aliter ... cantu suo *add. V* RVMPENT ... columnae *omissis* ‖ 11 assiduae *HM* ‖ 12 ut] et *M* ‖ pecuria *PM* (pecuaria *m*) ‖ 14 ut *addidi* ‖ 15 si *ego*: sive *V* ‖ exallacmenos *V*, *corr. Burmannus* ‖ 18 profertur *P* ‖ 21 sacri *AH* ‖ acubet *P* ‖ 28 cui ... Nilus] *edidit Fabr.* ‖ et *V* aut *Vergilius* at *Masvicius*

338. LITORAQVE A. R. ACALANTHIDA D. quo tempore sonat per litora alcyon avis, cuius fabulam in primo ⟨399⟩ memoravimus; per dumos vero acalanthis, quam alii lusciniam esse volunt, alii vero carduelim, quae spinis et carduis pascitur, ut inde etiam apud Graecos acalanthis dicta sit ab acanthis, id est spinis, quibus pascitur.

339. QVID TIBI PASTORES LIBYAE dicit pro qualitate provinciarum diversa esse genera pastionum.

340. *MAPALIA TECTIS mapalia casae Maurorum, qui in eremo habitare dicuntur, sicut illud Lucani* ⟨IX 945⟩ *surgere congesto non culta mapalia culmo. et aliter: 'raris' qui non iunguntur et distantibus locis fiunt.*

342. SINE VLLIS HOSPITIIS sine stabulis.

344. ARMENTARIVS AFER abusive: nam de gregibus loquitur. TECTVMQVE LAREMQVE tentoria militum more, ac si casam diceret. *et aliter: OMNIA SECVM ARMENTARIVS AFER AGIT TECTVMQVE LAREMQVE quomodo tectum et larem baiulat pastor? solvitur: 'tectum' dicit tentorium, unde tectum faciat; nunc 'larem' deos dicit penates, id est ignem, unde focum faciat.*

345. AMYCLAEVMQVE CANEM Lacona. et est species pro genere. Amycla autem civitas est Laconicae, unde est ⟨89⟩ talis Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus. *et aliter: reprehenditur hic, quod Gaetulis sagittas, non lanceas dederit. 'Amyclaeum' non Laconicum, sed pro bono cane accipiendum; item 'Cressamque pharetram' pro bona.*

346. PATRIIS ACER ROMANVS IN ARMIS genitaliter sibi concessis, ac si diceret 'Martiis'.

---

4 carduelim ... quibus pascitur] exscr. Isid. or. XII 7, 74

---

1 ACALANTIDA *AM* ACHALANTIDA *H* ‖ resonant *V* ‖ 3 acalanthis *A*: acalandis *P* acalantis *M* achalantis *VH* ‖ 4 carduelim *A*: carduelum *PHVMa* ‖ ut inde ... pascitur *om. APH* ‖ 5 acalanthis *m*: acalantis *VM* *ἀκανθίς vulgo* ‖ ab achanthis *M* abachantis *V* *ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν vulgo* ‖ pascitur] alitur *Isidorus* ‖ 7 pascionum *P* ‖ 8 *scholium ad* MAPALIA TECTIS *adscriptum haud scio an Servii sit; nam, ut antiqui interpretes e Lucani carmine non petiverunt exempla, ita Philargyrius, qui vocatur, Lucanum alibi non commemoravit. accedit quod ea quae ad 'raris' pertinent eo modo eis quaę praecedunt adiuncta sunt, quo Servianis solent in Vaticano aliena adiungi* ‖ heremo *V* ‖ 10 ruris *V* ‖ qui] quia *Vrsinus* ‖ 12 sine ullis stabulis *vulgo* ‖ 13 abusive armentarium posuit: nam nunc de g. l. *Fabr.* ‖ 17 nunc *secludi malim* ‖ 19 lacona *A* locana *Carolir. 186* laconia *H* laconem *M*: laconicum *PV* ‖ 20 laconiae *V* ‖ inde est *A* unde dictum est *V* ‖ 21 domitis *P* ‖ Cyllarus] CRESSAMQVE PHARETRAM Creticam. dicit autem, pastorem gregum etiam arma habere debere, quibus et se greges (quibus et gregem *Masvicius. lege* quibus et se et greges) defendat et aliquid etiam venetur. aliter hic reprehenditur Virgilius, quod Getulis praeter decorum (morem *Masvicius*) sagittas, non autem lanceas dederit *add. Fabr.* ‖ 24 bonam *Vrsinus* ‖ 25 genitaliter *A et Carol. 186* gen,τaliter *H*: generaliter *PVM* ‖ concessit *H* consessis *M* ‖ 26 martis *V*

347. INIVSTO SVB FASCE sub magno onere, ut ego hoc te fasce levabo. magnum autem onus dicit propter arma, alimenta, vestitum.

348. ANTE EXPECTATVM dicto citius, antequam eius expectetur adventus. et est una pars orationis, id est adverbium. *et aliter: id est ante expectationem, et priusquam expectetur et antequam putetur venire potuisse. 'hosti' autem 'stat' figurate pro 'contra hostem stat': aut* STAT obstat: nam aphaeresis est.

349. AT NON QVA SCYTHIAE GENTES subaudis 'talis est pastio'. MAEOTIA VNDA Maeotis palus est Scythiae, frigore congelascens.

350. HISTER fluvius *est* Scythiae, qui et Danubius nominatur.

351. *QVAQVE REDIT MEDIVM RHODOPE PORRECTA SVB AXEM 'redit' num addita praepositione, ut solet, pro 'it' 'redit', quod ibi flectatur in sinum et quasi redire videatur? hinc annotandum, vetuste 'axem' pro septemtrione positum.* QVAQVE REDIT MEDIVM RHODOPE PORRECTA SVB AXEM qua Rhodope, mons Thraciae, protentus in orientalem plagam, *γαμμοειδὴς* reflectitur in septentrionem: nam ideo ait 'redit sub axem': nam axis est septentrio, qui graece *ἅμαξα* nominatur.

354. INFORMIS TERRA nivis superfusione carens varietate formarum nullisque agnoscenda limitibus, inlimitata.

355. SEPTEMQVE ASSVRGIT IN VLNAS crescit in septem ulnas. ulna autem, ut diximus, secundum alios utriusque manus extensio est, secundum alios cubitus: quod magis verum est, quia graece *ὠλένη* dicitur cubitus, unde est *λευκώλενος Ἥρη*.

357. PALLENTES HAVD VMQVAM D. V. numquam nubes resolvit: nam pallentes umbrae sunt non ex nocte, sed ex nubibus factae.

360. CONCRESCVNT SVBITAE C. I. F. CRVSTAE aquae congelascunt

---

1 Fasce onere] cf. Non. p. 312, 18 ‖ ego hoc] buc. IX 65 ‖ 23 ulna . . . dicitur cubitus] exscr. Isid. or. XI 1, 64 ‖ ut diximus] buc. III 105

---

1 honore *A* (*corr. a*) onore *H* (*corr. h*) ‖ hoc *om. P* ‖ 2 honus *H* ‖ 4 SPECTATVM *a* ‖ dicto] dicit *V* ‖ 6 expectetur *ego*: expectaretur *V* ‖ 8 aut *ego*: ut *V* ‖ 9 talis] non talis *V* ‖ 10 congelescens *A* (*corr. a*) ‖ 12 RODOPE *V* ‖ 14 hinc] *an* hic? ‖ 15 QVAQVE . . . AXEM *om. V* ‖ RODOPE *et* rodope *libri plerique* ‖ 17 gammoides *AP* gã mo id est *Carolir. 186* gamoides *H* gammoydes *M*, *om. V* ‖ reflectitur] id est flectitur *V* ‖ septentrionalem *vulgo* ‖ 18 axe *V* ‖ amaxa *libri* ‖ 21 militibus *H* ‖ inlimitata] i. e. interminata *add. M* ‖ 22 VLNIS *A* ‖ 23 utriusque . . . alios *om. BM*, *pro quibus* secundum alios est spatium in quantum utraque tenditur manus *ex Serviano ad buc.* III 105 *commentario post* cubitus *add. M* ‖ 25 ΟΛΕΝΟϹ *A* ΟΛΝΟϹ *PH* olenos *V* ΑΗΝΟϹ *M* ‖ ΛΕΙΚѠΛΕΝΟϹ *P* ΛΕΙΚΟΛΕΝΟϹ *H* ΛΕΥΚΑΛΕΝΟϹ *V* ΛΕΥѠΛΕΝΟϹ *M* ‖ *ad v.* 359 LAVIT hic praesentis temporis est pro 'lavat': nam si esset praeteritum, 'la' non corripuisset. dicit autem, illic solem nec ortu suo nubes resolvere nec occasu, sed continue ibi nubium umbras esse *edidit Fabr.* ‖ 28 aquae . . . fluentes] aquae currentes repente congelascunt *Fabr.* ‖ conglescunt *A* (*corr. a*) congelescunt *P* (*corr. p*)

fluentes. notandum sane, quia cum 'haec crusta' dicimus feminino genere, lapidis aut ligni aut gelu partem significamus; cum vero 'crustum' dicimus, edulium aliquid significamus, partem panis vel placentae: ipse in septimo ⟨114⟩ orbem fatalis crusti, Horatius dant crustula blandi doctores, Iuvenalis ⟨IX 5⟩ nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.

362. HOSPITA PLAVSTRIS facilis: unde et hospitalis homo dicitur hospiti apte serviens.

363. AERAQVE DISSILIVNT VVLGO passim crepant; nam tam nimio frigore quam calore aera rumpuntur: Persius findit infantes statuas. VESTESQVE RIGESCVNT durantur, ut frangi potius quam scindi posse videantur.

364. CAEDVNTQVE SECVRIBVS VMIDA VINA etiam vinum naturaliter calidum illic gelatur. intellegimus autem peregrinum: nam illic non nascitur, sicut paulo post ipse docet dicens ⟨380⟩ fermento atque acidis imitantur vitea sorbis. sane volunt physici vinum non gelare: unde hoc loco aut hyperbole est, aut quia dixit 'umida', aquae mixta intellegamus; ita enim gelare dicuntur.

365. TOTAE SOLIDAM IN GLACIEM VERTERE L. fossae ad siccandos agros paratae, cum alibi tantum incrustentur, illic usque ad imum gelantur.

366. STIRIAQVE INPEXIS INDVRVIT H. B. stiria, id est gutta. inde fit deminutivum, ut dicamus 'stilla'; inde est et 'destillat', 'stillicidium'. sensus autem duplex est. nam aut hoc dicit: de inpexis barbis pecudum pendens gutta duratur, aut certe de tectis vel arboribus gutta horrida induruit in modum barbarum. *et aliter: stillicidium congelatum stiriam dicit.*

367. NON SETIVS non segnius quam inchoaverat. *et aliter: 'toto aere' id est a terris ad caelum.*

368. PRVINIS abusive nivibus: nam pruina est matutini temporis frigus.

4 Horatius] sat. I 1, 25 ‖ 7 facilis ... dicitur] cf. Isid. or. X 196 ‖ 10 Persius] immo Horatius sat. II 5, 39 ‖ 11 Rigescunt durantur] cf. Non. p. 380, 26 ‖ 22 stiria e. q. s.] cf. Isid. or. XIII 20, 5 ‖ 30 pruina ... frigus] exscr. Isid. or. XIII 10, 8

2 gelns *H* ‖ partem *om. A* (*add. a*) ‖ 3 edulum *P* (*corr. p*) sedulum *H* ‖ aliquid *AHM* aliquod *PVa* ‖ 5 crustula *VM*: crustulus *A* crustulas *PHa* ‖ 6 labenti *M* ‖ 8 hospiti apte seruiens *M*: HOSPITA apta seruiens *A* hospita (id est *add. v*) apta seruiens *BV* hospita apte seruiens *P* HOSPITA apte seruiens *H* ‖ 10 findet *Horatius* ‖ 11 statutas *H* ‖ 15 non nascuntur vina propter nimium frigus et continuum *Fabr.* ‖ docens dicit *V* ‖ 17 gelari *et hic et infra P* ‖ 18 aqua// *A* ‖ dicitur *V* ‖ 19 FACIEM *M* ‖ 21 congelantur *vulgo* ‖ 22 stria *A* (*corr. a*) ‖ 23 unde fit *Carolir. 186, non male* ‖ inde est destillat et stillicidium *P* ‖ 24 nam *om. VM* ‖ 28 incoauerat *PH* ‖ 30 tempore *V* ‖ 31 frigoris *A*

369. CONFERTO coniuncto; cervi enim congregatione gratulantur.

370. MOLE NOVA nimia nivium magnitudine.

371. NON CASSIBVS id est retibus. hinc est quod et 'incassum' dicimus, id est sine causa, quasi sine cassibus, sine quibus venatio est inanis.

374. RVDENTES 'ru' more suo corripuit, ut in septimo ⟨16⟩ et sera sub nocte rudentum: Persius produxit ⟨III 9⟩ findor ut Arcadiae pecuaria rudere dicas.

376. SPECVBVS artis fuerat 'specibus', quia quarta declinatio 'u' in 'i' vertit et ita facit dativum pluralem, ut 'ab hoc fluctu' 'his fluctibus'; sed quia pinguius sonat et melius, 'specubus' dicimus. unum tamen nomen est, quod aliter non dicimus, ut 'tribubus'.

379. HIC NOCTEM LVDO DVCVNT quasi perpetuitatem noctis, quippe sub terris locati, ludo concelebrant.

380. FERMENTO ATQVE A. I. V. S. potionis genus est, quod cervesia nominatur. et consequens est quod dicit, ut vinum, per naturam calidum, in provincia frigida non possit creari.

381. SEPTEM SVBIECTA TRIONI tmesis est pro 'septemtrioni', *id est septemtrioni subiecta. et 'Hyperboreo' propterea, quia regio, quae septemtrioni subiacet, Hyperborea vocatur ab eo, quod flatus boreae excedat.*

382. GENS EFFRENA V. saeva, rectorem recusans. RIPHAEO EVRO vento Scythico. Riphaei autem montes sunt Scythiae, ut diximus ⟨I 240⟩, a perpetuo ventorum flatu nominati: nam ῥιφὴ graece impetus et ὁρμὴ dicitur ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν. *et aliter: 'Euro' pro vento accipere debemus. Riphaei autem montes sunt in eodem tractu.*

383. PECVDVM FVLVIS SAETIS renonibus: nam, ut Sallustius dicit in historiis, vestes de pellibus renones vocantur.

384. SI TIBI LANITIVM CVRAE et 'haec lana' dicimus et 'hoc lanitium', sicut 'fuga' et 'effugium'. quod autem dicit oves lanae

---

3 hinc est... inanis] exscr. Isid. or. XIX 5, 4 ‖ 9 artis fuerat e. q. s.] cf. Servii [Sergii] comm. in Don. p. 434, 28 K. ‖ 24 a perpetuo... ῥίπτειν] exscr. Isid. or. XIV 8, 8 ‖ 27 Sallustius in historiis] incert. 19 Dietsch. II 58 Kritz

---

1 CONSERTO *A* (*corr. a*) ‖ 2 nimia nivium *ego conl. schol. Bern.*: nimia *A B P H M* nimium *Carolir. 186* niuium *V* ‖ 3 et *om. P* ‖ in cassum *M* ‖ *ad v.* 372 PENNAE sagittae, quibus pennae inseruntur *Fabr.* ‖ 6 RVDENTIS *P* ‖ 7 perduxit *P* ‖ 9 specibus] dicere *add. Fabr.* ‖ declinatio] in dativo et ablativo pluralibus *add. vulgo* ‖ 12 tribubus] nam 'tribibus' nemo dicit *add. Daniel* ‖ 14 quippe *om. PM* ‖ ludos *a* ‖ 15 v.] M. *AM* ‖ ceruasia *Carolir. 186* ceruisia *vulgo* ‖ 16 dicitur *P* ‖ 18 temesis *vel* themesis *libri* ‖ 19 yperboreo, *ut infra* yperborea *V* ‖ 22 RIFEO *A* RIFAEO *P* RIPHEO *HM* ‖ 24 pι//FH *A* riphę *V* ΕΙΦΗ *M* ‖ 25 orme *V* opme *H* ‖ ANO *A V* ‖ PINT.IN *A* ΡΙΦΙΝ *P* ΡΥΠΤΙΝ *V* PITTIN *H* PIΙΤΤΙΝ *M* ‖ 26 riphei *V* ‖ in eodem tractu] *i. e. in Hyperboreo, de quo ad v.* 381 *interpres dixerat* ‖ 27 SETIS *libri.* setis dixit *add. V*

causa non debere pinguescere, physicum est; omne enim pingue animal caret pilis: quod hirsutum efficit macies.

385. LAPPAEQVE TRIBVLIQVE A. quibus rebus lana decerpitur. *et aliter: quia laeta pascua solocem lanam faciunt, hoc est minutam, duram atque hirsutam.*

386. GREGES VILLIS LEGE MOLLIBVS ALBOS lana enim alba pretiosior est, quippe susceptura alium quemlibet colorem. quod autem hic per transitum tangit, in aliis plenius legitur, maritum pecoris et cornu et ungulis et palato album esse debere: alioquin, licet sit candidus lanis, ex eo pullos, id est nigros, creari. *'continuo' hic pro 'perpetuo': semper enim hoc fieri debet.*

387. ARIES SIT CANDIDVS IPSE bene 'ipse' addidit, quasi qui aut dominus gregis est, aut qui antea pro domino capital dari consueverat: nam apud maiores homicidii poenam noxius arietis damno luebat: quod in regum legibus legitur.

388. VDO PALATO semper umido: alibi et udae vocis iter.

389. REICE 're' aut quasi monosyllabum produxit licenter, aut, ut diximus supra, quia, cum faciat 'reieci', 'i' pro duplici habetur et 're' efficit longam. ideo et in aliis modis praesumit sibi productionem. PVLLIS nigris.

391. MVNERE SIC NIVEO L. S. C. D. mutat fabulam: nam non Pan, sed Endymion amasse dicitur Lunam. qui spretus pavit pecora candidissima et sic eam in suos inlexit amplexus: cuius rei mystici volunt quandam secretam esse rationem. SI CREDERE DIGNVM EST tantum de Luna sacrilegium. *et aliter:* (*FEFELLIT*) *id est cepit et fefellit. et bene 'si credere dignum est', quia dicturus erat impie in deam. fabula sic est: Pan cum Lunae amore flagraret, ut illi formosus videretur, niveis velleribus se circumdedit atque ita eam*

13 aut qui antea ... legitur] cf. schol. Dan. ad buc. IV 43 ‖ 16 alibi] A. VII 533 ‖ 18 ut diximus supra] ad Aen. X 473 ‖ 20 Pullis nigris] cf. Non. p. 368, 23 ‖ 22 Endymion ... rationem] exscr. mythogr. I 229; II 28

1 animal pingue *M* ‖ 5 hyrsutam *V* ‖ 8 autem] *om. P,* colorem *add. BM* ‖ 10 licet] aries *add. Fabr.* ‖ lanis] constat *supr. vers. add. v, quod in exemplaria transiit* ‖ ex *om. A* ‖ creari] creandi *A* ‖ 12 qui ut *V* ‖ 13 qui] quia *VM* ‖ pro domi non capit aldari *A* pro damno capitali dari *exemplaria olim impressa* ‖ capital] capita *H* i. e. redemptio capitis *supr. vers. m* ‖ 14 apud] quod *P* (*corr. p*) ‖ poena *P* ‖ noxius *supr. vers. in A* ‖ 15 luerat *A* ‖ 16 huuido *A* (uuido *a*) ‖ et] ut *VM* ‖ 17 re *AH*: rei *VM, om. P* ‖ aut] autem *AH* ‖ quasi in monosyllabum *A* ‖ aut *om. P* ‖ 18 quia] qua *P* ‖ faciat *PV*: facit *AHM* ‖ reieci *APV*: reie cii *Carolir. 186* reice *H* reici *M* ‖ 20 PVLLIS nigris *post* legitur (*lin.* 15) *hab. APHM* ‖ 22 endimion *A* endien. *P* dyndimion *V* endienona *H* ‖ 24 mystici *H* mistici *P*: mystica *A* mistice *V* scrutatores mystici *M* (scrutatores *delevit,* i. e. scrutatores sacrarum rerum *supra* mystici *scripsit m*) ‖ 27 impia *Vrsinus*

ad rem veneriam illexit. huius opinionis auctor est Nicander: nec poterat esse nisi Graecus.

394. *CYTISVM LOTOSQVE FREQVENTES cytisus arbor a Cytiso insula, ubi multa nascitur, dicta; lotos arbor piro similis: utraque pecori bona.*

395. SALSASQVE F. P. HERBAS ut et multum potantes reddant plurimum lactis, et ipsum lac non sit fatuum, sed habeat salis occultum, id est vix intellegibilem, non statim apparentem saporem.

398. EXCRETOS validiores: *aut 'excretos' separatos, aut qui excreverint, id est valde creverint. 'prima' autem 'ora' pro 'summa'.* FERRATIS CAPISTRIS *id est* duris.

401. NOCTE PREMVNT cogunt in caseos.

402. CALATHIS vasis aereis, in quibus lac vel recens caseus in urbe distrahitur.

403. AVT PARCO SALE aut modico: aut re vera parco, id est servatorio, quia omne in quod mittitur servat; nam et homo frugi 'parcus' vocatur: aut certe 'parco' dixit pro 'parce', ut sit nomen pro adverbio.

404. NEC TIBI CVRA CANVM FVERIT P. litotes pro 'magna tibi cura sit canum'. POSTREMA vilis.

405. *VELOCES SPARTAE 'Spartae' pro 'Spartanos'. et 'una' hoc est una cum pecore.* VELOCES SPARTAE C. A. M. in illis velocitas, in his fortitudo laudatur. Sparta autem Laconicae est civitas, Molossia est civitas Epiri.

406. SERO PINGVI aqua lactis, quae pingues efficit canes.

407. NOCTVRNVM FVREM captantem noctis oportunitatem. fur autem a furvo dictus est, id est nigro; nam noctis utitur tempore: Horatius quam paene furvae regna Proserpinae: aut certe a graeco venit; nam fur φὼρ vocatur.

408. HIBEROS abactores; fere enim Hispani omnes acerrimi

---

1 huius . . . Nicander] cf. Macrob. Sat. V 22, 9 sq. et Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 686 ‖ 25 fur . . . tempore] exscr. Isid. or. X 106 et diff. verb. 340. cf. Gell. I 18, 3 sqq. ‖ 27 Horatius] carm. II 13, 21

---

1 veneream *Vrsinus* ‖ 3 CYTHISO *V* ‖ cythisus *V* ‖ a Cythno insula *G. Vossius Etymol. l. l. p.* 173 *conl. Plinio n. h.* XIII § 134 ‖ 8 excreberint *V* ‖ 9 hora *V* ‖ 11 in *om. A* ‖ 14 modico sale *vulgo* ‖ 15 seruatorio *VM*: seruatori *AP* seruotori *H* servatore *Daniel* ‖ in quo *A* in quot *P* ‖ 20 VELOCES . . . pecore *edidit Vrsinus not. ad Serv. p.* 293 ‖ sparte *V* ‖ Spartanos *Vrsinus*: spartaneae *V* ‖ 21 VELOCES . . . A. M. *om. V* ‖ illis] laconicis *V* ‖ 22 his] molossis *V* ‖ laniscae *A* (laconicae *a*) laconiae *P* lacone *V* (laconie *v*) ‖ molosia *APH* ‖ 23 est *om. VM* ‖ civitas] pars *VM* ‖ 24 aqua lactis *om. V* ‖ 26 furio *A* (furuo *a*) ‖ id est a nigro *M* ‖ 27 paene] bene *M*. vidimus *add. vulgo* ‖ regna furuae *P* regna furua *H* ‖ proserpina *AH* ‖ 28 φὼρ] uor *A* for *reliqui* ‖ 29 abauctores *M* (i. e. raptores *supr. vers. m*)

abactores sunt. *et aliter: Hiberi gens in Ponto; sed magis de Hispanis intellegendum, quorum in latrociniis fama praeponderat.*

409. ONAGROS agrestes asinos. et est laus canum.

411. VOLVTABRIS SILVESTRIBVS volutabra loca sunt, in quibus se apri volvunt. 'silvestribus' autem ideo, quia et circa casas esse et in civitatibus possunt.

414. ODORATAM STABVLIS I. C. pro 'odoriferam'. et loquitur de serpentum remediis, qui ingressi tecta animalibus nocent.

415. AGITARE *in stabulis* persequi. GRAVI NIDORE serpentibus scilicet noxio. galbanum autem species est multis apta medicaminibus. CHELYDROS chelydri dicti quasi chersydri, qui et in aquis et in terris morantur: nam χέρσον dicimus terram, aquam vero ὕδωρ.

416. AVT MALA TACTV quae et tacta nocet, et est perniciosa dum tangit. vipera autem species serpentis est, quae vi parit; nam corrosis eius lateribus exeunt pulli cum matris interitu: Lucanus ⟨VI 490⟩ viperei coeunt abrupto corpore nodi.

417. CAELVMQVE EXTERRITA FVGIT gaudet tectis, ut sunt ἀγαθοὶ δαίμονες, quos latine genios vocant.

420. FOVIT HVMVM amplexa terram est, in qua posset latere.

422. TIMIDVM CAPVT *bene dixit 'timidum caput'* cui timet: nam ut dicit Plinius, serpentis caput etiam si cum duobus evaserit digitis, nihilo minus vivit.

423. AGMINA CAVDAE motus. et hoc dicit: caede serpentem, donec caudae volubilitas conquiescat.

425. *EST ETIAM ILLE MALVS ordo: ille etiam est malus anguis. et ('convolvens') convolvere solitus. haec autem signa sunt, quibus intellegatur qualis sit hic anguis.*

426. SQVAMEA CONVOLVENS S. P. T. id est erectus: quod ad expressionem generis serpentis posuit; aliae enim repunt toto cor-

---

4 volutabra ... volvunt] cf. Isid. or. XVI 1, 5 ‖ 9 Gravi ... noxio] cf. Non. p. 315, 6 ‖ 11 chelydri ... ὕδωρ] exscr. Isid. or. XII 4, 24. cf. comm. Luc. IX 710 ‖ 15 vipera ... corpore nodi] exscr. Isid. or. XII 4, 10 ‖ 21 nam ut dicit Plinius ... vivit] exscr. Isid. or. XII 4, 43

---

1 abactores] i. e. praedones *supr. vers. m* ‖ 7 I. C.] Q. C. *M* ‖ 10 galuanum *V* ‖ 11 CHELIDROS *et* chelidri *et* chersidri *libri* ‖ qui] quia *vulgo* ‖ 12 Εχερcon *A* CEPCON *P* cherson *V* χepcon *H* chepcon *M* ‖ 13 YΛOP *PHV* ‖ 14 tactu *A* ‖ 15 tangitur *A* ‖ 16 eius *om. V* ‖ 19 ΛΓΛΕΟΙ ΛΙΜΟΝΕC *A* ΛΠΑΘΟΥΑCΜΟΝΕΕ *P* ΛΓΛΤΟΙΛCΜΟΝΕΕ *H* ΑΤΑφΟΙ ΛΕΜΟΝΕC *V* ΑΤΑΟΟΙ ΑCΜΝΕΕ *M* ‖ latine *PHa*: latinae *A* latini *VM* ‖ 20 FOFIT *M* (*corr. m*) ‖ terram id est *A* ‖ 22 dicit Plinius] dicitur pluuius *H* ‖ serpentes *P* ‖ 26 malus *Vrsinus*: modus *V* ‖ 27 convolvens *addidi* ‖ 30 alii *et hic et infra V*

pore, aliae eriguntur corporis parte: Lucanus 〈IX 721〉 et contentus iter cauda sulcare parias.

428. *RVMPVNTVR ut supra* 〈328〉, *implentur: aut pro 'erumpunt'.*

429. VDO VERE alibi 〈I 313〉 cum ruit imbriferum ver.

431. INPROBVS insatiabilis. INGLVVIEM ventris capacitatem. *et aliter: Varro ad Ciceronem in libro XXIII. ingluvies tori, inquit, sunt circa gulam, qui propter pinguedinem fiunt atque interiectas habent rugas. sed nunc pro gula positum. et 'improbus' hic avidus.* RANIS LOQVACIBVS clamosis. et 'loquacibus' ideo, quia ex hominibus factae sunt, ut dicit Ovidius.

434. ASPERQVE SITI Sallustius quod genus siti magis quam alia re accenditur.

435. *NEC* MIHI *nec* cuicumque, ut 〈I 456〉 non illa quisquam me nocte per altum ire.

437. NITIDVSQVE IVVENTA pelle enim deposita redit in aetatem priorem.

438. CATVLOS *catulos* abusive dixit; nam catuli proprie canum sunt.

440. MORBORVM QVOQVE T. C. ET S. D. tria dicit, signa morborum, causas *et* remedia; sed non servat legitimum ordinem: nam post remedia morborum signa *et causas* commemorat, *quibus signa fiunt et quibus intelleguntur.*

441. TVRPIS SCABIES quae asperum et turpe efficit corpus.

442. AD VIVVM PERSEDIT medullas et ossa penetravit.

443. INLOTVS ADHAESIT SVDOR 'lotus' vel 'lautus' dicimus; inde est et 'lautum eo': nam illud ab Horatio satis licenter dictum est ast ubi me fessum sol acrior ire lavatum admonuit.

---

6 Varro ad Ciceronem] p. 167, 4 Wilmanns ‖ 10 Ovidius] metam. VI 339 ‖ 11 Sallustius] Iug. 89, 5. cf. Non. p. 295, 28 ‖ 17 catulos ... sunt] cf. Isid. or. XII 2, 27; Non. p. 457, 8 ‖ 26 ab Horatio] sat. I 6, 125

---

1 contentis *V* ‖ 2 parias *A V*: paryas *Carolir. 186* perias *PH* paratos *M* (parotas *m*. genus serpentis *supr. vers. m*) ‖ 6 ingluvies, inquit, sunt tori *Vrsinus* ‖ inquid *V* ‖ 9 qui *A* ‖ 11 siti magis] sit imaginis *A* ‖ 12 acciditur *AH* ‖ 13 cuique *M* ‖ quamuis *M* (quisquam *m*) ‖ 14 noctem *M* (*corr. m*) ‖ 15 ad aetatem *vulgo* ‖ 20 ordinem legitimum *PH* ‖ 21 et causas *et* quibus ... intelleguntur *edidit Vrsinus not. ad Serv. p.* 293 ‖ 22 fiunt] ferunt *Lione teste Guelferb. I* 24 medulla *V* (*corr. v*) ‖ 25 lotus] uel labatus *add. V* ‖ lautus] latus *V* (*corr. v*) lantis *Carolir. 186* lauit *H* ‖ 26 latum (u *supr.*) *V* ‖ 27 laatum *V* ia utum *H* ‖ admouit *P* ammonuit *M* (*corr. m*) ‖ *ad v.* 444 ET HIRSVTI SECVERVNT CORPORA VEPRES duas res dicit, unde scabies ovium nascitur: aut nimium frigus et humorem aeris: aut etiam cum post tonsionem non lavantur. ex validiore enim aestu sudor eis adhaeret, ac propterea lavari frequenter praecipit. Vepres hic masculino genere ... auctas *edidit Fabr.*

444. *VEPRES vepres hic masculino genere; at Lucretius feminino dixit, ut* ⟨IV 62⟩ *illorum spoliis vepres volitantibus auctas.*

445. DVLCIBVS FLVVIIS salsa enim aqua magis pruriginem creat.

446. VDISQVE ARIES IN GVRGITE VILLIS MERSATVR musmonem dicit ducem gregis, quem ita et Varro commemorat. huic autem partem aliquam lanae pastores solent relinquere, unde ait 'udis villis': nam oves semper tonsae lavantur.

447. SECVNDO AMNI defluenti, cum aqua scilicet.

448. TRISTI AMVRCA amaris olei sordibus *perfundunt.* hoc autem remedium est contra *sordes,* scabiem et laesum vepribus corpus.

449. VIVAQVE SVLPVRA dactylicus versus, *quod in fine dactylum habeat.*

450. IDAEASQVE PICES liquidas, quae in Ida Phrygiae monte nascuntur. *ET PINGVES VNGVINE CERAS omnis sucus, quo ungi potest, unguen dicitur.*

451. *SCILLAMQVE genus herbae, quod in limitibus agrorum ponitur in Africa. HELLEBOROSQVE GRAVES herba, quae et radicla dicitur, quae animalibus prodest.* SCILLAMQVE ELLEBOROSQVE G. genera herbarum sunt.

452. PRAESENS FORTVNA efficax, *vel* utilis, *et* profutura. et dicit incidendum esse vulnus, si medicaminibus emolliri minime potuerit.

454. SVMMVM VLCERIS OS ergo tunc secandum est, cum os habuerit.

455. *AD VVLNERA PASTOR bene 'ad vulnera' pro 'ad facienda vulnera'.*

456. ET MELIORA DEOS SEDET OMNIA P. maiores enim expugnantes religionem, totum in experientia collocabant: Sallustius non votis neque suppliciis muliebribus deorum auxilia

---

4 musmonem ... gregis] cf. Isid. or. XII 1, 61 ‖ 12 dactylicus ... habeat] cf. Macrob. Sat. V 14, 4 ‖ 29 Sallustius] Cat. 52, 29

---

1 hic *Fabr.*: in *V* ‖ 3 pruriginem] i. e. scalpedinem *supr. vers. m* ‖ 4 MERSATVR] missusque *add. H* missus *add. M* ‖ musmonem *Carolir. 186 A V* (*sed* s *in ras. v*): [Mus]monem *P* simonem *H* ē nomen *M* ‖ 7 semper oves *vulgo* ‖ 8 cum aqua *om. B* ‖ 10 sordes *commemorat Vrsinus l. l. p.* 293 ‖ et contra laesum *vulgo* ‖ lesum *AHM* ‖ 12 quod ... habeat *edidit Vrsinus l. l.* ‖ in finem dactilum *V* ‖ 14 idia *M* ‖ 15 Oomi[s] *V* ‖ 19 *Servianum lemma om. V* ‖ 21 utilis] utiuel *H* ‖ 22 nam dicit *V* ‖ incidendum *Carolir. 186 VM*: incendendum *APH* ‖ esse] est *A* ‖ 24 OS VLCERIS *PH* ‖ 25 habuerit] VIVITQVE TEGENDO dum tegitur *add. Fabr.* ‖ 28 SEDET] *om. A,* SED *H* ‖ OMINA *AHM* ‖ expugnantes] i. e. uitantes *supr. vers. m* ‖ 29 in experientia collocabant] i. e. in exercitatione ponebant *supr. vers. m* ‖ 30 *ad* non votis *e. q. s.* supplicationibus uel salutationibus necessarium Salustii exemplum *in marg. m* ‖ supplicibus melioribus *V*

comparantur: vigilando, laborando prospere omnia cedunt. ubi socordiae tete atque ignaviae tradideris, nequiquam deos implores: irati infestique sunt.

458. ARTVS DEPASCITVR et 'pasco' et 'pascor' dicimus 'illam rem'. ARIDA FEBRIS quod arida efficit corpora. tamen sciendum, febrem, licet a fervore dicta sit, esse etiam frigidam: unde modo ad diastolen ait aridam.

459. INCENSOS AESTVS id est febrem. INTER IMA FERIRE P. S. S. V. 'salientem' id est mobilem. dicit autem illam venam esse feriendam, quae super ungulam est animalis, tam lata quam mobilis.

461. BISALTAE QVO MORE populi Scytharum, qui fugientes equorum sanguine aluntur lacte permixto. *BISALTAE gens Thraciae.*

462. FVGIT vel re vera fugit, vel pergit celeriter. *et aliter: 'fugit' non hostem, sed quia vivit sic, ut mutet locos.*

465. CARPENTEM IGNAVIVS neglegentius, sine aviditate.

468. CVLPAM FERRO CONPESCE atqui habere morbum culpa non est. sed hoc dicit, occidendo eam tuam culpam conpesce, id est vita crimen, in quod potes incidere, si, dum uni parcis, fuerit totus grex eius contagione corruptus.

469. *INCAVTVM VVLGVS quod sibi praecavere non possit, ut est apud Sallustium repente incautos agros invasit, id est quibus praecautum securum non est, ut est incautum patriasque obtruncat ad aras.* INCAVTVM VVLGVS quod se morbosi pecoris contagione abstinere non novit.

472. TOTA AESTIVA loca posuit pro animalibus. aestiva autem sunt loca umbrosa, quibus per aestatem pecora vitant solis calorem: Statius et umbrosi patuere aestiva Lycaei. *et aliter: 'aestiva' ipsum gregem in aestivis morantem.* SPEMQVE GREGEMQVE SIMVL agnos cum matribus pariter.

---

22 apud Sallustium] hist. inc. 16 Dietsch, 12 Kritz ‖ 23 incautum] A. III 332 ‖ 26 aestiva ... Lycaei] exscr. Isid. or. XIV 8, 37 ‖ 28 Statius] Theb. I 363

---

1 prospera *H* ‖ omina *supra vers. m* ‖ caedunt *PM* ‖ 2 tete *BPHM*: te *V*, *om. A et Carolir. 186* ‖ 3 implorares *M* (*corr. m*) ‖ 4 ARIDA DEPASCVNT *V* ‖ dicimus *om. H.* illam rem dicimus *vulgo* ‖ 7 diastolem *P* ‖ arida *V* ‖ 9 SALIENTEM id est sanguine uenam mobilem *V* ‖ 10 supra *vulgo* ‖ animalis est *V* ‖ 12 BISALTAE QVO MORE SOLENT bis alte gens traciae. CVM FVGIT IN RODOPEN ATQVE INDE G. re uera fugit ... celeriter. populi ... permixto. et aliter fugit non hostem ... locos *V* ‖ 14 fugit *om. libri praeter VM* ‖ vel *om. A* ‖ 18 incidendo *M* ‖ 19 potest *P* ‖ 24 INCAVTVM ... novit] et aliter bene dixit incautum quod se amorbosi pecoris contagione abstinere non nouit *V* ‖ 25 novit] Sallustius 'repente agros incautos invasit', id est securos et quibus praecautum non erat. et ut 'excipit incautum' *add. Fabr.* ‖ 27 quibus] in quibus *VM* ‖ per aestatem] aes aestate *P* ‖ 28 Statius *om. V* ‖ et] ut *V* ‖ licey *A* licei *PVH*

474. TVNC SCIAT AERIAS ALPES ET N. S. C. sensus hic est: si quis est qui sciat, ista loca qualia tunc fuerint, cum pecoribus erant referta, nunc quoque ea vacantia videat, licet plurimum a pestilentia fluxerit tempus. AERIAS ALPES id est Galliam. et dicendo 'aerias' verbum expressit ex verbo: nam Gallorum lingua alti montes Alpes vocantur. NORICA SIQVIS C. Noricum pars est Illyrici.

475. ET IAPYDIS A. T. id est Venetiam: nam Iapydia pars est Venetiae, dicta ab Iapydio oppido: Sallustius primam modo Iapydiam ingressus. huius fluvius est Timavus. unde male quidam 'Iapygis' legunt, cum Iapygia sit Apulia.

478. HIC QVONDAM MORBO C. M. C. E. T. describit pestilentiam Venetiae, Galliae, Illyrici. nam quodam tempore cum Nilus plus aequo excrevisset et diu permansisset in campis, ex aqua fluminis et calore provinciae diversa et plurima in limo animalia sunt creata, quae, recedente in alveos suos Nilo, et integra et quae semiplena fuerant, putrefacta sunt. exinde corrupto aere nata pestilentia est, quam auster flans primo ex Aegypto ad Atticam provinciam pepulit, mox inde in tractum Venetiae et Illyrici: quae quaqua universa vastavit. hanc autem pestilentiam ordine, quo diximus, plenissime est Lucretius exsecutus. *et aliter: 'morbo caeli', quia corruptus aer morbi causa est, ut ipse corrupto caeli tractu. et 'tabo' abutitur pro pestilentia.* MISERANDA TEMPESTAS pessima, inferens rem dignam miseratione.

479. AVTVMNI INCANDVIT AESTV exarsit prima autumni parte, quae semper gravem efficit pestilentiam. ut autem autumnus abundet morbis, facit hoc confine frigoris et caloris: quod licet etiam

4 et dicendo ... vocantur] exscr. Isid. or. XIV 8, 18 ‖ 9 Sallustius] hist. inc. 12 Dietsch, II 42 Kritz ‖ 21 Lucretius] VI 1090 sqq. cf. Macrob. Sat. VI 2, 7 sqq. ‖ 22 ipse] Aen. III 138 ‖ 26 ut autem ... caloris] exscr. Isid. or. V 35, 8

---

2 fuerunt *vulgo* ‖ 4 AERIAS ALPES id est Galliam ... cum Iapygia sit Apulia *post* Lucretius est exsecutus (*lin.* 21) *hab.* *APHM*. *scholium ad 'aerias Alpes' adscriptum post* N. S. C. (*lin.* 1) *hab.* *V* (*qua re factum esse videtur ut Vrsinus id Philargyrio tribueret*). *in eodem libro scholium ad v.* 475 *inter* pro contra *et* ut supra (*p.* 314, 14) *collocatum est* ‖ gallica *V* ‖ 5 uerbum uerbo expressit *V* ‖ 6 NORICA SIQVIS C. *om.* *V* ‖ 7 hyllirici *PH* ‖ 8 IAPIDIS *APVM* IAPVDIS *Carolir. 186* HYAPIDIS *H* ‖ iapidia *libri, nisi quod* iappidiam *M* ‖ 9 iapydio *A*: iopydio *Carolir. 186* iapidio *PVH* iappidio *M* ‖ tapydiam *Carolir. 186* iapydiam *m*: iapidiam *APVH* iappidia *M* ‖ 10 quiquam *M* (*corr. m*) ‖ 11 iapygis *m* apygis *Carolir. 186*: iapigis *APVH* iappigis *M* ‖ iapygia *Carolir. 186 et m*: iapigia *reliqui* ‖ sint *P* ‖ 13 quondam *A* ‖ 14 et diu ... fluminis *om.* *A* ‖ 15 prouintiae *AHM* ‖ 16 nili *A* ‖ 18 prouintiam *AHM* ‖ 19 tactum *P* ‖ quae quaqua *B*: quequa qua ut *Carolir. 186* que quaqua *P* que quaque *A* quaque *H* quae usque quaque *V* usque quaque *M* ‖ uastauit uniuersa *BVM* ‖ 23 ferens *VM* ‖ 25 AESTAS *A* ‖ 27 facit ... caloris *om.* *M* (*in marg. add. m*) ‖ con-

vernum tempus habeat, caret morbo, quia tunc corpora praecedenti durata sunt frigore, quae autumnus corrumpit, laxiora inveniens post aestatis calorem.

481. CORRVPITQVE LACVS INFECIT PABVLA TABO ordinem secutus est, quem et Lucretius tenuit et Sallustius, primo aerem, inde aquam, post pabula esse corrupta.

482. NEC VIA MORTIS ERAT SIMPLEX nec moriebantur ex usu, id est secundum naturalem ordinem, non tantum fuga animae, sed etiam corporis resolutione. est autem *hoc* Sallustii, qui ait ne simplici quidem morte moriebantur.

483. IGNEA V. O. A. SITIS fervidus calor: ab eo quod praecedit id quod sequitur. *MISEROS ADDVXERAT ARTVS 'adduxerat' pro 'contraxerat'.*

484. *RVRSVS ABVNDABAT hic 'rursus' positum pro 'contra', ut supra* ⟨138⟩ *rursus cura patrum cadere et succedere matrum incipit.* FLVVIDVS LIQVOR umor sordidus.

485. OSSA etiam ossa. et per hyperbolen totum hominem significat.

486. IN HONORE DEVM MEDIO in sacrificiis, ut haud equidem tali me dignor honore.

487. LANEA id est infula; nam non stat versus, si 'lanea vitta' dixeris.

488. *INTER CVNCTANTES CECIDIT* (*inter*) *dubitantes sacerdotes* (*cecidit*) *animal, quod ad sacrificium ducebatur.*

489. MACTAVERAT ANTE SACERDOS eius scilicet mortem praeveniens.

490. *INDE ab hac causa, quia morbus universa confuderit.* ARDENT ALTARIA FIBRIS quia, ut dicit Plinius Secundus, morbosa caro non coquitur.

491. NEC RESPONSA P. C. R. VATES colligi enim nisi ex sana victima futura non possunt.

---

5 Sallustius] hist. III 28 Dietsch, 27 Kritz ‖ 9 Sallustii] hist. III 25 Dietsch, 29 Kritz ‖ 19 haud] A. I 335

---

finium *V* ‖ 2 corrupit *A* ‖ 3 post aestatis calorem *V*: post statis calorem *Carolir. 186* potestatis calorem *H* potestatis calore *ABP* aestatis calore *M* ‖ 5 et *om. A* ‖ Lucanus *libri. sed rectius librariis hic error tribuitur, quam ipsi Servio, qui ad v.* 478 *Lucretium commemoravit* ‖ 7 moriebatur *V* ‖ 8 non] nam *A* ‖ fugam *VH* ‖ 10 moriebatur *V* ‖ 12 ABDVXERAT *et* abduxerat *P* ‖ 14 RVRSVM ABVNDAT *V* ‖ 15 et *om. V* ‖ 19 quidem *A* ‖ 21 infula *Masvicius*: uictima *libri. fortasse ipse Servius erravit* ‖ lane uita *A* ‖ 22 duxeris *A* dixerit *HM* ‖ 23 inter *addidi* ‖ cecidit *add. Masvicius* ‖ 25 mortem] morbum *VM* ‖ 27 INDE ab hac causa . . . confuderit *post* non coquitur *hab. V: edidit Vrsinus l. l. p.* 293, *huc transposuit Masvicius*

492. SVPPOSITI T. S. CVLTRI sic in sexto ⟨248⟩ supponunt alii cultros, id est iugulant hostias. dicendo autem 'suppositi' feriendi genus ostendit: nam interdum ab inferiore parte, interdum desuper feriebantur.

493. SVMMAQVE IEIVNA SANIE I. H. *'ieiuna sanie' sicca et exigua.* signatis usus est verbis nimisque libratis.

494. VVLGO ubique, passim et catervatim. IN LAETIS autem HERBIS ideo, ne eos fame perisse putaremus.

496. HINC CANIBVS BLANDIS etiam blandis canibus rabies ex pestilentia nascitur. QVATIT AEGROS T. A. S. proprie, nam tussis commovet corpora.

497. FAVCIBVS ANGIT OBESIS tumentibus. 'angit' autem bene ait; nam angina dicitur porcorum morbus, qui occupat fauces: Plautus vellem me in anginam verti, ut huic aniculae fauces praeoccuparem.

498. *ATQVE INMEMOR HERBAE 'herbae' pro 'herbarum', ut ipse inmemor herbarum quos est mirata iuvenca et rursum* ⟨215⟩ *carpit enim vires paulatim uritque videndo femina nec nemorum patitur meminisse nec herbae. ergo* (*ut*) *hic vel amore vel miraculo carminis oblivionem herbae factam dicit, ita illic occupatione morbi. quidam volunt ideo dictum 'studiorum atque inmemor herbae', quod antiqui in pratis certamina exhibere consueverant.* [*reliqua grammatici legunt.*]

500. CREBRA FERIT *pro* 'crebro': nomen pro adverbio. INCERTVS IBIDEM SVDOR inrationabilis, sine labore, cuius causa non apparet.

501. MORITVRIS FRIGIDVS frigidus sudor mortis futurae signum est. et 'morituris frigidus' pleonasmos est.

---

12 Obesis tumentibus] cf. Gell. XIX 7, 3 ‖ 13 Plautus] Mostell. I 3, 61 'in anginam ego nunc me velim vorti, ut veneficae illi faucis prehendam' ‖ 16 ipse] buc. VIII 2 ‖ 21 quidam volunt... consueverant] cf. Non. p. 317, 14

---

7 IN... ideo] HINC LETIS bene autem dixit laetis in herbis ideo *V* ‖ 8 putaremus... pestilentia *om. A* ‖ 10 A.] H. *AHM* ‖ 13 platus *A* plautis *H* ‖ 15 praeoccuparo *H* ‖ 16 INMEMOR HERBAE pro 'herbarum... iuvenca, ut occupatione morbi oblivionem cibi factam esse dicat. quidam vero volunt, quod inmemor sit studiorum et herbae, quoniam antiqui in pratis certamina exhibere consuerant: unde congrue iunxit utrumque, 'studiorum' et 'herbae' *edidit Fabr.* ‖ 19 ut *addidi* ‖ 20 illi *V, corr. v* ‖ 22 reliqua grammatici (gramatici *V*) legunt *seclusi: nam non video quo referantur* ‖ 27 frigidus... frigidus *om. Carolir. 186* frigidus *om. AB* ‖ 28 et... pleonasmos est *om. B* ‖ morituris *AHMv*: moriturus *PV* ‖ frigidus] frigore *P* ‖ pleonasmos est *V* pleonosmos est *M*: plena est *AH* plana est *Carolir. 186* plenus est *P*

502. TRACTANTI DVRA RESISTIT rigida est nec cohaeret digitis. *et aliter: figuratum est 'resistit hanc rem' pro 'huic rei'.*

504. COEPIT CRVDESCERE MORBVS validior fieri, ut deiecta crudescit pugna Camilla. et iam dat signa morbi validioris.

507. *TENDVNT pro 'tenduntur': aut tendunt se, aut equi tendunt.*

508. OBSESSAS FAVCES id est clausas. ASPERA LINGVA scilicet ex nimia siccitate.

509. PROFVIT INSERTO LATICES I. C. non semper, sed aliquando: nam hoc solum est, quod aut a morbo liberat, aut commovet in furorem.

511. MOX ERAT HOC IPSVM EXITIO quod saluti esse putabatur. et hoc est, quod paulo post ⟨549⟩ dicturus est quaesitaeque nocent artes. FVRIISQVE REFECTI quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor et facit ea in exitium convalescere.

513. DI MELIORA PIIS E. Q. H. I. per parenthesin in exsecrationem hostium hanc retorquet insaniam. *ERROREMQVE 'errorem' hic pro furore posuit.*

514. *DISCISSOS NVDIS ut foeditatem exprimeret, adiecit 'nudis'.*

515. FVMANS SVB VOMERE TAVRVS per hoc ostendit, etiam fortes tauros repente morbo concidere; nemo enim pestilentem ad aratra ducit iuvencum.

517. EXTREMOSQVE CIET GEMITVS ultimum gemit. sane 'ciet' modo 'dat' significat, sicut in tertio ⟨344⟩ de Andromache lacrimasque ciebat, cum 'ciere' proprie sit alteri aliquid commovere. *IT TRISTIS ARATOR morte iuvenci tristem dixit esse agricolam.*

518. FRATERNA MORTE IVVENCVM consortis interitu. et ex affectu dictum est rustici.

521. MOVERE ANIMVM in suum desiderium inlicere.

522. PVRIOR ELECTRO C. P. A. nam sicut electrum defaecatius est metallis omnibus, ita et currens aqua ceteris purior. (*ELECTRO*) *quod a nobis sucinum appellatur, electrum vocant Graeci.*

523. *VRGET INERTES id est urget et inertes facit.*

---

3 deiecta] A. XI 833

---

1 frigida *vulgo* ‖ coeret *P* choeret *V* oheret *H* ‖ 2 figuratum est . . . huic rei] '*adtactum tractantis*' *legisse videtur interpres. ceterum omisit hoc scholium Vrsinus* ‖ 4 dat etiam signa *V* ‖ 5 aequi *V* ‖ 11 ERIT *V* ‖ salutis *A et Carolir. 186* ‖ 14 in exitum *AM* ‖ 18 faeditatem *V* ‖ 23 lacrimasque ciebat] talia fundebat lacrimans longosque ciebat incassum fletus *Vergilius l. l. cf. A.* VI 468 *et Serv. ad Aen.* XII 104 ‖ 24 ciabat *A* ‖ ciare *A* (*corr. a*) ‖ 25 IT TRISTIS m. i. t. dicit agricolam *edidit Fabr.* ‖ IT] HIC *V* ‖ 28 suum] sui *Masvicius* ‖ 29 delicatius *M* ‖ 30 ceteris] e petris *V* ‖ *scholia ad v.* 523 *et* 524 *adscripta post* aluisse mortales *hab. V*

524. AD TERRAMQVE FLVIT D. P. CERVIX Lucanus ⟨VI 97⟩ **fessumque caput se ferre recusat.**

525. QVID LABOR AVT BENEFACTA IVVANT si neutrum mortem repellit, nec corporis exercitium nec mentis religio: nam si generalis est sententia, secundum Epicureos contra religionem est; si autem tantum ad bovem refertur, hoc dicit: quid ei prodest labore suo aluisse mortales?

526. ATQVI NON MASSICA B. M. vina pretiosa a Massico, monte Campaniae. et per transitum tangit illa quae dicunt physici, morbos venire ex cibi et potus nimietate vel mutatione, ex nimiis vigiliis et multa sollicitudine, dicitque etiam sine his nasci aegritudinem: nam in animalibus cum nihil horum sit, tamen aegritudinem cernimus.

527. EPVLAE REPOSTAE '*repostae*' *saepius appostae*, aut abundantes, aut variae.

528. SIMPLICIS HERBAE propter varietates epularum dixit 'simplicis herbae'.

530. NEC SOMNOS ABRVMPIT C. S. ex cura enim nimia vigiliae procreantur.

532. (*QVAESITAS AD SACRA BOVES IVNONIS*) *manifestum est a Cydippe, Argivae Iunonis sacerdote, hoc tractum, quae, cum boves deessent, filios suos Cleobin et Bitonem plaustro subiunxit et sic ad templum deducta est, quod fas non erat illam venire sine plaustro: nam apparet ad sacra Iunonis boves in illis regionibus defuisse, in quibus pestilentiam fuisse demonstrat. 'inparibus' autem non simile iugum ferentibus, cum alter maior esset, alter minor.* ET VRIS INPARIBVS DVCTOS A. A. D. C. bubus agrestibus et ipsis inaequalibus: nam uri agrestes boves sunt, ut diximus supra ⟨II 374⟩. et hoc poetice dicit. ceterum veritas haec est. cum mos esset, sacerdotem Argivam iunctis bubus ire ad templa Iunonis, et sollemni die boves non invenirentur — pestilentia enim quae per Atticam, ut diximus ⟨478⟩, transierat, universa consumpserat —, duo sacerdotis filii, Cleobis et Bito, matrem, subeuntes iugum, ad templa duxere. tum Iuno, pro-

---

29 cum mos esset... nihil esse morte praestantius] exscr. mythogr. I 29 et II 66

---

1 *scholium ad v.* 524 *adscriptum post* simplicis herbae (*v.* 528) *hab. APH, post* aluisse mortales *M* ‖ 2 se ferre] referre *PH* ‖ 8 ADQVIN *V* ‖ 9 illa per quae *H* ‖ 10 et ex nimiis *V* ‖ 11 dicuntque *H* ‖ 12 egritudines *A* ‖ 14 habundantes *M* ‖ 20 ac cydippe *V* a Chryside *Meursius ad Arnob.* VI 23 ‖ 22 cleobinem *V* ‖ subiuncxit *V* ‖ 24 defuisse *v*: defuerint *V* ‖ pestilentia *V* ‖ 27 bubus] etiam bubus *V* ‖ ipsi *V* ‖ 30 et *om. A* ‖ sollempni *V* ‖ 32 consumserat *PH* ‖ cleobis *VM* ‖ 33 bioo *H* ‖ matrem subeuntes] sub matre euntes *M* ‖ iugum] iuga *Carolir. 186*

bans eorum religionem, obtulit matri, ut quod vellet posceret filiis: illa pia responsione ait, ut quod sciret dea utile mortalibus, ipsa praestaret. altero itaque die sacerdotis iuvenes reperti sunt mortui: ex quo probatum est, nihil esse morte praestantius. quod Herodotus apud Graecos plenissime commemorat in prima historia ⟨31⟩. 'donaria' autem proprie loca sunt, in quibus dona reponuntur deorum, abusive templa: nam ita et pulvinaria pro templis ponimus, cum sint proprie lectuli, qui sterni in templis plerisque [supervenientibus] consuerunt.

534. AEGRE difficulter. RIMANTVR in rimas agunt.

535. IPSIS VNGVIBVS hyperbolicos, id est manibus.

538. NOCTVRNVS OBAMBVLAT insidiatur. quod autem ait 'nocturnus', figurate rem temporis ad personam transtulit.

539. CVRA DOMAT id est pestilentiae. TIMIDI DAMMAE mutavit genus, ut vitaret homoeoteleuton: Horatius et superiecto pavidae natarunt aequore dammae. dicendo autem dammas et cervos errare cum canibus, duo ostendit, et hos timoris et illos ferocitatis oblitos.

543. FVGIVNT IN FLVMINA PHOCAE quasi timentes marinam pestilentiam.

546. IPSIS AVIBVS suis quodammodo, quae alarum velocitate supergredi aerem poterant pestilentem.

548. *REFERT prodest.*

550. PHILLYRIDES CHIRON medicinae inventor, Saturni et Philyrae filius. *et aliter: moraliter. quoniam mali homines aut ad medicos aut ad divinos confugiunt, ut aut ope humana aut divina adiuventur, ideo Chironem pro medico, Melampodem pro divino posuit. alii hunc expiationes scientem dicunt. Chiron autem Saturni et Philyrae filius fuit, adeo medicinae peritus, ut etiam Aesculapium docuisse di-*

---

6 donaria ... reponuntur] cf. Isid. or. XV 5, 2 ‖ 15 Horatius] carm. I 2, 11

---

iugo *A*. matrem *add. V* ‖ dum *A* ‖ 1 optulit *V* ‖ 3 sacerdotes *M*. sacerdotis filii iuvenes *vulgo* ‖ 4 erodotus *PVHM* ‖ 6 DONARIA donaria proprie *V* ‖ propria *P* ‖ in quibus] ubi *V* ‖ 8 plerisque superuenientibus *A* superuenientibus plerisque *V*. superuenientibus *om. Carolir. 186 BPHM et libri Burmanni*. super eventibus plerisque *coni. Dorvillius* supervenientibus cladibus periculisque *Marquardt Roem. Staatsverw.* III[1] *p.* 48 *adnot.* 9. *sed* plerisque *mutari nolim, quod Servius ipse ad A.* VIII 176 *Herculis templum commemoravit, in quo lectisternium esse non liceret* ‖ 11 yperbolicos *AM* ‖ id est] pro *Masvicius* ‖ 14 pestilentia *A* ‖ 15 omoeoteleuton *APV* homoeteleuton *H* omeoteleuton *M* (obscenam dictionem *supr. vers. m*) ‖ 17 illas *H* ‖ 18 ferocitatis esse oblitos *vulgo* ‖ 24 FHYLIRIDES *A* PHILLRIDES *P* PHILLIRIDES *V* PHILIDES *H* PHILYRIDES *M* ‖ CHYRON *APH* ‖ sylire *A* filirae *PH* fillirae *V* fylirae *M* ‖ 25 mali] *i. e. aegroti* ‖ 27 melampodam *V* ‖ 28 expiationis *Burmannus* ‖ fillirae *V* ‖ 29 aescolapium *V*

catur. AMYTHAONIVSQVE MELAMPVS Amythaonis filius, *καθαρτής*, id est purgator: nam *et* Proetidas ipse purgavit lustrationibus, quas invenerat. hoc autem dicit, convalescente morbo nec medicinam prodesse nec religionem.

552. *PALLIDA TISIPHONE Tisiphonen hic non unam furiarum debemus accipere, sed pestilentiam, cui eleganter poeta hoc nomen dedit. AGIT ANTE id est ante se.*

555. ARENTESQVE SONANT RIPAE vult pestilentiam etiam elementa sentire: sic in tertio ⟨142⟩ arebant herbae et victum seges aegra negabat; nam segetem pro terra posuit.

559. NAM NEQVE ERAT CORIIS VSVS quippe morbo putrefactis.

560. AVT VNDIS ABOLERE POTEST A. V. F. nec lavari, nec coqui poterant. caro enim, corrupta morbo, quendam habet mucorem, qui non potest ablui, quoniam omne possidet corpus; item igni superposita aut putrefit aut durescit, nam non coquitur.

564. ARDENTES PAPVLAE id est carbunculi. INMVNDVS SVDOR morbus peducularis, qui est *φθειρίασις*.

566. SACER IGNIS quem Graeci *ἱερὰν νόσον* vocant.

---

1 Amythaonis filius *om.* *P* ‖ ΚΛΕΛΡΤΝC *A* ΚΑΤΑΡΤΕC *PH* ΚΑΑΡΤhc *V* ‖ 2 proaethidas *P* proaetidas *H* ‖ 5 THISFONE thisifonem *V* ‖ 9 uictam *V* ‖ 10 segetes *H* ‖ egrum *A* egram *H* ‖ negabat] *om.* *AH*, negabant *V* ‖ 13 quoqui *P* ‖ poterat *V* ‖ mucorem] humorem *V* et humorem *H* ‖ 15 supersita *P* ‖ 17 peducularis *libri*: pedicularis *vulgo* ‖ ΦΘΙΡΙΑCIC *A* ΠΘΕΙΡΙΑCIC *P* ΦΕΙΡΙΑCIC *VH* ΦΘΙΡΙΑCC *M* ‖ 18 ICPAN NOCON *A* EPAN NOCON *P* ieran non *V* epan.no.con *H* ΕΡΡannocon *M* ‖ EXPLICIT LIBER TERTIVS. INCIPIT LIBER QVARTVS FOELICITER *P* Explicit liber tertius incipit quartus *V* LIBER III GEORGICON EXPLICIT *H* INCIPIT GEORGICON LIBER IIII *M*.

SERVII GRAMMATICI

IN VERGILII GEORGICON LIBRVM QVARTVM COMMENTARIVS.

1. PROTINVS AERII MELLIS CAELESTIA DONA EXEQVAR rhetorice dicturus de minoribus rebus magna promittit, ut et levem materiam sublevet et attentum faciat auditorem. sane perite, quoniam scit breve esse opus hoc de apibus et intra paucos versus posse consumi, usus est translationibus ad dilatandam materiam, dicens apes habere reges, praetoria, urbes et populos. sane sciendum, ut supra diximus, ultimam partem huius libri esse mutatam: nam laudes Galli habuit locus ille, qui nunc Orphei continet fabulam, quae inserta est, postquam irato Augusto Gallus occisus est. PROTINVS deinceps, exinde, etiam floreum agrum exsequar, sicut sum ceteros exsecutus. AERII MELLIS nam mel ex rore colligitur, qui utique defluit ex aere: unde est et 'caelestia dona', id est munus deorum. antea enim mel inveniebatur in foliis, ut ⟨I 131⟩ mellaque decussit foliis. *et aliter: sive quod Iuppiter melle nutritus sit in insula Creta: sive quod in aere concipiatur: nam, ut ait Cornelius Celsus, apes ex floribus ceras faciunt, ex rore matutino mel.*

2. HANC ETIAM sicut superiores.

3. ADMIRANDA TIBI L. S. R. audies ex rebus levibus digna stupore esse in apibus et proceres et tanta certamina.

5. MORES quia castae sunt, ut ⟨197⟩ illum adeo placuisse

---

7 supra] buc. X 1 ‖ 10 Protinus deinceps] cf. Non. p. 376, 20 ‖ 11 nam mel e. q. s.] cf. Isid. or. XX 1, 36

---

1 rethorice *AVH* rethoricae *M* (*corr. m*) ‖ 2 magnam premittit *V* ‖ 5 consummi *A. an* consummari? ‖ 8 qui nunc aristei [et] orfei *P* ‖ 10 floreum *vulgo*: florum *libri* ‖ 11 cetera *H* ‖ orre *A* ‖ 12 et *om. VM* ‖ 13 ante *V* ‖ 16 Celsus *Vrsinus*: crassus *V* ‖ 21 MORES morem quia *V* ‖ illud *V*

apibus mirabere morem; ET STVDIA ut ⟨205⟩ tantus amor laudum et generandi gloria mellis; ET POPVLOS, ut ⟨95⟩ ut binae regum facies, ita corpora plebis; PROELIA DICAM, ut ⟨78⟩ erumpunt portis, concurritur aethere in alto.

6. IN TENVI LABOR AT TENVIS N. G. conpensatio est laboris, quod magnam dat gloriam, si fuerit materia exilis ornata.

7. NVMINA LAEVA prospera, ut intonuit laevum. *et aliter: 'laeva' hic in bono posuit, ut intonuit laevum; alibi autem in malo ponit cum dicit saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset, de caelo tactas memini praedicere quercus.* VOCATVS *pro 'invocatus': vel quia poetae in tutela eius sunt, vel quia pater est Aristaei, qui primus invenit, unde apes fieri possent.* VOCATVS APOLLO aut quasi poeta Apollinem invocat: aut quasi pastoralem deum: nam Apollo *νόμιος* dicitur.

8. PRINCIPIO SEDES APIBVS STATIOQVE P. dicit, ubi alvearia ponenda sunt: in qua re satis perite et ea quae abesse debent, ne noceant apibus, et ea quae adesse, ut possint prodesse, commemorat. sane quoniam supra ait ⟨4⟩ 'magnanimosque duces', ideo intulit modo 'sedes statioque', quam translationem diligenter reservat. *et aliter: κατὰ τοῦ αὐτοῦ 'sedes statioque petenda' intellegendum, etiamsi aliud a sedendo, aliud a stando dicitur.*

10. HAEDIQVE PETVLCI *luxuriosi*, lascivi, exultantes. et petulci dicti ab appetendo, unde et meretrices petulcas vocamus.

13. PICTI TERGA picta terga habentes. PINGVIBVS A STABVLIS plenis, sicut inanes res tenues nominamus e contrario.

14. MEROPESQVE A. V. *meropes rustici barbaros appellant. et 'aliae' id est ceterae. et aliter:* dicendo 'aliaeque volucres' ostendit aves esse etiam meropes. sunt autem virides *earum pennae*, et vocantur apiastrae, quia apes comedunt.

---

7 Laeva prospera] cf. Non. p. 331, 22 ‖ intonuit] A. II 693 ‖ 9 saepe malum] buc. I 16 ‖ 22 et petulci ... vocamus] exscr. Isid. or. X 231

---

2 laudem *A* (*corr. a*) laudum *reliqui*, florum *Vergilius. cf. georg.* III 112 ‖ ut ut pine *Carolir. 186* ut urbinae *A*: et binae *P* ut binae *VHMp* ‖ 5 N. G.] Nisiq. *A* ‖ conpensatio] i. e. retributio *supr. vers. m* ‖ 7 LEVA *AH* ‖ ut alibi *vulgo* ‖ 8 alibi autem hoc in malum ponit ut cum dicat saepe malum ... quercus *edidit Fabr.* ‖ 12 aristei *V* ‖ 13 poetam *exemplaria impressa pleraque* ‖ 14 apollono ΜΙΟΝC *A* apollo ΗΟΜΙΟC *H* apollo ΠΟΜΙΟC *M* ‖ dicitur] *ἀπὸ τῶν νόμων* id est pascuis *add. Fabr.* ‖ 16 sint *vulgo* ‖ et *om. PH* ‖ abesse ... ea quae *om. A* ‖ 17 et ea] et ea quoque *PH* ‖ ut possint prodesse *om. PHM* (prodesse *supr. vers. add. p*) ‖ 20 *κατὰ τοῦ αὐτοῦ ego*: cata tua utus *V* *κατὰ τὸ αὐτὸ Vrsinus* ‖ sedes statione petenda *Commelinus* statione petenda *Masvicius* ‖ intellegendum etiam, si aliud *Vrsinus. mutavi distinctionem* ‖ 24 picta terga *om. P,* picti (*sic*) terga *in marg. suppl. p* ‖ 25 sicut contra inanes res tenues nominamus *V* ‖ res] recte *A* ‖ 28 sunt autem] et sunt *V*

15. ET MANIBVS PROCNE P. S. C. nomen posuit pro nomine; nam Philomela in hirundinem versa est: pro qua Procnen vel quasi sororem posuit, vel quasi eam, quae fuerat illius sceleris causa; nam ipsa Tereum miserat ad adducendam sororem.

17. DVLCEM NIDIS INMITIBVS ESCAM id est crudelibus pullis, qui apium morte nutriuntur. *et aliter: 'inmitibus nidis' temporale epitheton est: ideo enim 'inmitibus', quia apibus vescantur.*

19. *ADSINT praesentes sint.* ET TENVIS FVGIENS P. G. R. suspendendum 'tenuis', ne incipiant esse duo epitheta; quod apud Latinos constat esse vitiosum.

21. *VT CVM PRIMA 'prima' hic pro 'primum', nomen pro adverbio.*

22. VERE SVO sibi grato et aptissimo.

23. DECEDERE RIPA CALORI ut aestus possint aquarum vicinitate vitare. *et aliter: id est vitare calorem et frigida loca appetere. ergo 'decedere' composite dixit pro simpliciter 'cedere', ut in bucolicis* ⟨VIII 88⟩ *nec serae meminit decedere nocti.*

25. *IN MEDIVM SEV STABIT INERS SEV PROFLVET V. 'in medium' non ad umorem rettulit, sed absolute dicit. et inertem hic pro otioso posuit, ut in bucolicis* ⟨I 27⟩ *libertas quae sera tamen respexit inertem: quae vox ponitur pro ignavo, ut spumantemque dari pecora inter inertia votis optat aprum, et pro eo, qui sine arte sit, ut apud Lucilium in tertio decimo ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla.* IN MEDIVM ordo est 'in medium transversas salices et grandia conice saxa'.

27. PONTIBVS VT CREBRIS veluti pontibus; nam non sunt pontes.

28. SI FORTE MORANTES tarde remeantes ex pascuis.

29. NEPTVNO INMERSERIT deum pro aquis posuit.

31. GRAVITER S. C. THYMBRAE herbae genus est abundantis in Phrygia. 'graviter' autem modo 'bene et multum' significat, alias

---

5 Nidis inmitibus id est crudelibus pullis] cf. Non. p. 459, 26 ‖ 21 spumantemque] A. IV 158 ‖ 23 apud Lucilium in tertio decimo] v. 16 p. 61 Muell.

---

1 PROGNE *libri, nisi quod* PROCE *Carolir. 186* ‖ 2 procnen *Carolir. 186*: prognen *APHM* prognem *V* ‖ 4 ad ducendam *AM* ad deducendam *H* (*corr. man. rec.*) ‖ 6 apum *M* ‖ nutriantur *V* ‖ 8 ET TENVIS FVGIENS adsint presentes sint et suspendendum *V* ‖ 9 suspendendum] est *add. vulgo* ‖ 11 PRIMA pro 'primum'... adverbio *hab. Fabr.* ‖ 13 aptissime *V* ‖ 15 et aliter... nocti *non edidit Vrsinus* ‖ 18 in medium ... non erit ulla *hab. Fabr.* ‖ 19 ad *om. V, supra vers. add. v* ‖ humorem *V* ‖ 20 libertasque *V* ‖ 21 mox *V, corr. Vrsinus* ‖ 22 qui] quod *Vrsinus* ‖ fit *V* sit *Fabr.* ‖ 23 lucillum *V* ‖ 24 erit *schol. Dan. ad Aen.* IV 158: est *V* ‖ IN MEDIVM *om. V* ‖ 26 sint *A* ‖ 29 TYMBRAE *P* THIBRE *V* THIMBRAE *M* ‖ habundantis *M* ‖ 30 bene aut multum *V*

'male', ut ⟨49⟩ aut ubi odor caeni gravis, item grave olentis Averni. *thymbre est, quam cunilam vocamus.*

32. *INRIGVVMQVE 'irriguum' qui irrigat, alias qui irrigatur.* VIOLARIA loca, ubi nascuntur violae.

37. VTRAQVE VIS APIBVS PARITER METVENDA tam caloris quam frigoris. quod licet utrumque aequali modo metuendum sit, tamen dissimiliter nocet: nam calore liquefacta defluunt mella, quae si fuerint frigore condurata, constrictas apes interimunt.

39. SPIRAMENTA exitus: alibi saevi spiracula Ditis. FVCOQVE genus est herbae, unde tinguitur vestis. fucum autem et flores pro cera posuit, quam ex his colligunt rebus. *et aliter: fucus est genus cerae, qua pro glutine abutuntur: Graeci πρόπολιν vocant. alii sic: 'fuco' pro medicamento posuit: Plautus in Poenulo vitia corporis fuco occulunt. sed vide ne de galbano dicat, quod separatim solent laborare propter remedia, quibus adversus animalia utuntur sibi infesta: unde ipse alibi* ⟨III 415⟩ *adversus colubros hoc dicit adhiberi. 'oras' autem alveariorum.*

40. HAEC IPSA AD MVNERA ad officia coangustandarum cavernarum. *et aliter: hic 'gluten'; Sallustius autem hic glutino adolescebat. 'munera' utrum officia, an quod illis munera conferat et alveos earum communiat. 'lentius' autem tenacius.*

41. ET VISCO ET PHRYGIAE S. P. L. I. ordo est: servant gluten, quod est lentius et visco et Phrygiae Idae pice. 'servant' autem mire ait: nam pilas quasdam in alvearibus faciunt, de quibus postea cerea tecta componunt.

42. SI VERA EST FAMA si credendum est, apes posse terras effodere.

45. E LEVI RIMOSA CVBILIA LIMO alii 'et levi' legunt. unus tamen sensus est; nam hoc dicit: quod illae nimio labore perficiunt, tu e levi ungue rimosa cubilia circumfovens limo, etiam raras

---

1 grave] A. VI 201 ‖ 9 saevi] A. VII 568 ‖ 10 genus ... vestis] exscr. Isid. or. XVII 9, 98 ‖ 13 Plautus in Poenulo] immo in Mostellaria I 3, 118 ‖ 19 Sallustius] hist. IV 2 Dietsch, 23 Kritz ‖ 21 lentius tenacius] cf. Non. 338, 13

---

1 coeni *A* ceni *reliqui* ‖ 2 thimbre *V* ‖ cunilam *ego conl. Plin. n. h.* XIX § 165: cunealam *V*. *ceterum* thymbre ... vocamus *non edidit Vrsinus* ‖ 3 INRIGVVMQVE ... inrigatur (*sic*) *post* violae *hab. V*. inrigatur *sequuntur haec* (*v.* 35) nam frigore mella cogit hiemps eademque calor ‖ 8 constrictos *P* ‖ 10 tinguitur uestis *AM et Isidorus*: tinguntur vestes *PVH* ‖ 12 propolios *V* propolim *Vrsinus* ‖ 13 pennlo *V* ‖ 15 laborare *V*: praeparare *Vrsinus* ‖ 16 colubres *V, corr. v* ‖ 18 cauendarum *A* (cauernarum *a*) ‖ 20 conferat *et* communiat (*i. e. gluten*) *ego*: conferas *et* communias *V* ‖ 28 E *om. H* ‖ alii et leni *V* ‖ leguntur *A* (*corr. a*) ‖ 29 ille *PHM* ‖ 30 tu leui *V* ‖ ungue *VMa*: unge *APHv* ‖ circumfovens limo] limo circum *V*

frondes superinice. quod ideo fit, ne vel limus crepet, vel cavernae aut sole penetrentur aut frigore.

47. TAXVM SINE venenatam arborem: ipse in bucolicis ⟨IX 30⟩ *sic tua Cyrneas fugiant examina taxos*; mel enim exinde pessimum gignitur. *et aliter: ('propius tectis') ut* ⟨I 355⟩ *propius stabulis armenta tenerent, et alibi vota metu duplicant matres, propiusque periclo it timor.*

48. RVBENTES CANCROS odore enim ipso pereunt. 'rubentes' autem, cum uruntur, non qui per naturam sunt huius coloris. ALTAE NEV CREDE PALVDI ne facile mergantur.

49. *AVT VBI ODOR CAENI GRAVIS ordo est 'odor gravis', quia et levis dicitur, ut Sallustius apud Corduenos amomum et alii leves odores gignuntur.*

50. VOCISQVE OFFENSA R. I. resonat echo repercussa: quam apes vehementer horrere manifestum est. *et aliter: quae graece* ἠχὼ, *latine imago dicitur: Cicero Tusculanarum tertio* ⟨2, 3⟩ *resonat tamquam imago. hic autem sonus facit eas fugere.*

51. PVLSAM HIEMEM SOL A. E. S. T. secundum physicos, qui dicunt quo tempore hic hiems est aestatem esse sub terris, et versa vice *cum hic aestas, illic* hiemem. quod etiam Lucretius ⟨VI 840⟩ exsequitur, et trahit in argumentum putealem aquam, quae aestate frigidissima est, hieme vero tepidior. *et aliter: 'egit' pro 'persequitur'.*

54. METVNT FLORES secant: unde et messores dicti sunt. sane 'meto metis' praeteritum perfectum 'messui' facit. *ET FLVMINA LIBANT hic 'libant' degustant, alibi defundunt, ut pateras libate Iovi.*

55. HINC ex floribus scilicet, ex quibus primo mel, mox pullos efficiunt. NESCIO QVA DVLCEDINE L. quadam arcana ratione naturae.

57. MELLA TENACIA FIGVNT quia, cum inversi sint favi, mel tamen inde non funditur. unde ait 'tenacia', quae in resupinatis favis cohaerent.

58. CAVEIS alvearibus. *et 'hinc' pro 'dehinc'.*

59. AESTATEM LIQVIDAM per ver serenum. *et aliter: 'nare' pro*

---

6 et alibi] A. VIII 556 ‖ 12 Sallustius] hist. IV 60 Dietsch, 18 Kritz ‖ 26 pateras] A. VII 133 ‖ 34 nare pro volare] cf. Non. p. 353, 22

---

4 grineas *A* cirneas *PVH* ‖ 7 pericli hic timor *V* pericli hic amor *Vrsinus* ‖ 9 qui] quia *vulgo* ‖ sint *vulgo* ‖ 14 hecho *V* aehe *H* ‖ 16 echo *V* hecho *Guelferb. I* εἰκὼν *Schrevelius* ‖ 19 quo tempore *om. M* (*add. m*) ‖ 22 tepidior *A Carolir. 186 PH*: calidissima *BVM* ‖ 28 uel quadam *P* ‖ 30 FICVNT *A* (*corr. a*) FINGVNT *PV* ‖ inversi] i. e. non recti *supr. vers. m* ‖ sunt *M*

'volare', ut apud Ennium in primo transnavit cita per teneras caliginis auras. proprietas tamen vocis aptior est natantibus, quam volantibus.

61. CONTEMPLATOR pro 'intuere': nam tempus futurum pro praesenti posuit ab imperativo modo. AQVAS DVLCES ET FRONDEA SEMPER T. P. propter hoc ait supra ⟨19⟩ et tenuis fugiens per gramina rivus palmaque vestibulum a. i. o. inumbret.

63. TRITA MELISPHYLLA Varro hanc herbam apiastrum dicit in primo libro operis rustici. *et aliter: melisphylla herba est, quam, ut ait Varro, alii apiastrum, alii mellinam appellant. 'cerinthae' autem a Cerintho urbe Boeotiae, in qua plurima nascitur. 'ignobile' autem non omnibus notum.* CERINTHAE IGNOBILE G. vile, ubique nascens.

64. MATRIS CYMBALA quae in eius tutela sunt ideo, quod similia sunt hemicycliis caeli, quibus cingitur terra, quae est mater deorum.

66. MORE SVO naturali ratione, cuius causa non redditur. quis enim novit cur aeris sono redeant in alvearia? licet ipse paulo post dicat ⟨151⟩ crepitantiaque aera secutae Dictaeo caeli regem pavere sub antro. *sed hoc poeticum est.*

67. *SIN AVTEM AD PVGNAM EXIERINT longior solito parenthesis: est enim ordo 'sin autem ad pugnam exierint, motus animorum atque haec certamina tanta pulveris exigui iactu compressa quiescent'.*

68. INCESSIT ingruit, invasit: alibi incessi muros, ignes ad tecta volare. et 'incessit regibus' figuratum est; nam 'incessit reges' dicimus.

69. TREPIDANTIA BELLO C. alacritate pugnandi, non timore: alibi ⟨III 105⟩ exultantiaque haurit corda pavor pulsans.

70. MORANTES tarde incedentes.

72. FRACTOS conlisos.

73. TREPIDAE COEVNT festinant inter se in alvearibus. PEN-

---

1 apud Ennium in primo] v. 21 p. 7 Vahl. ‖ 9 in primo libro o. r.] immo in tertio 16, 10 ‖ 24 alibi] A. XII 596 ‖ 31 Trepidae coeunt festinant] cf. Non. p. 408, 10

---

1 ut Ennius *Vrsinus* ‖ 4 intuere] imperatiue *add.* *V* ‖ 5 modo *om.* *A* ‖ 7 palmaque . . . inumbret *om.* *V* ‖ a. *om.* *PH* ‖ inubret *A* obumbret *PH* o.umbret *Carolir. 186 et M* ‖ 8 MELISFILLA *A* MELIS FILLA *P* MELLIS PHYLLA *H* ‖ 10 mellinam *ego*: melinem *V*. *cf. Keilii ad Varronis l. l. adnotat.* ‖ 11 boetiae *V*. *fortasse non erravit interpres, sed scripsit, quod verum est,* Euboeae ‖ 12 CERINTHAE *om.* *V* ‖ 18 licet . . . dicat *om.* *A* ‖ ipse *om.* *V* ‖ 19 crepitantiaque *P* crepitantia quae *H*: quae *A* corybant ciaque *Carolir. 186* coribentia *B* coribantiaque *VM*. *cf. Aen.* III 111 ‖ secuta est *A* secuta *H* ‖ actaeo *M* ‖ 20 sed hoc . . . compressa quiescent *edidit Fabr.* ‖ 21 parentesis *V* ‖ 28 exsultantiaque *A* ‖ 29 MORANTIS *et* incedentis *M* ‖ tardo *H* ‖ 31 PINNISQVE *PM*

NISQVE CORVSCANT quemadmodum scuta milites commovent. *et aliter: splendent.*

76. VOCANT HOSTEM provocant.

77. VER NACTAE SVDVM serenum post pluvias, ut per sudum rutilare vident. *et aliter: 'sudum' est serenum subhumidum. proprie autem 'sudum' pars serena inter nubes, quasi semiudum.* CAMPOSQVE PATENTES aerem purum et liquidum, non nubibus clausum. et ita aer campus est apum, ut mare navium solum: ipse in quinto ⟨199⟩ subtrahiturque solum.

79. GLOMERANTVR IN ORBEM more bellantum.

80. NON DENSIOR AERE GRANDO in aliis enim bellis victi tantum pereunt, in certamine apum etiam victrices; nam dicturus est ⟨238⟩ animasque in vulnere ponunt.

81. TANTVM GLANDIS erit nominativus 'haec glans'.

83. INGENTES ANIMOS A. I. P. V. Statius maior in exiguo regnabat corpore virtus, Homerus *μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής.*

87. PVLVERIS EXIGVI IACTV quia cum pulverem viderint, sperant tempestatem futuram, quae eis plurimum nocet.

88. *VERVM VBI DVCTORES ACIE REVOCAVERIS AMBOS legitur et 'ambo'. revocari autem apes vel lacte vel aqua mulsa, Plinius* ⟨XI § 58⟩ *dicit.*

89. *DETERIOR QVI VISVS modo quare 'deterior', si ille servatur, qui malus est? solvitur: 'deterior' minus bonus, ut et tristior et lacrimis oculos suffusa nitentes.* DETERIOR QVI VISVS 'peior' a malo dicitur, 'deterior' a meliore. PRODIGVS non mella conficiens, sed mella consumens. ideo autem regem solum praecipit occidendum, quia eo amisso suus dissipatur exercitus: nam ⟨95⟩ ut binae regum facies ita corpora plebis.

90. *DEDE NECI MELIOR VACVA SINE 'vacua' hic ad aemulum refertur, ut sola domo maeret vacua, in qua maritus non erat.*

91. SQVALENTIBVS splendentibus: quod a squamis venit, ut

---

4 per sudum] A. VIII 529 ‖ 15 Statius] Theb. I 417 ‖ 16 Homerus] Il. V 801 ‖ 24 tristior] A. I 228 ‖ 25 peior ... meliore] cf. Non. p. 432, 6 ‖ 31 sola] A. IV 82

---

4 post pluuiae serenum` *V* ‖ 7 aerem purum] id est per aerem purum *vulgo* ‖ 8 apium *Va* ‖ solum] hominum *add. A.* ut mare navium, hominum solum *vulgo* ‖ 10 bellantium *PH* ‖ 12 in certamine vero apum *vulgo* ‖ apium *a* ‖ 16 homeris *P* omerus *V* ‖ ΜΙΚΡΟϹ ΜΕΝΕ bΝ ΑΕΜΑϹ ΑΜΑ ΜΑΧΗΤΗϹ *A* ΜΙΚΡΟϹ ΜΕΝ ΕΝΝΑΕΜΑϹ ΑΜΑ ΜΑΧΗΤΗϹ *PH* ΜΙΚΡΟϹ ΜΕΝ ΕΝΑΕΜΑϹ ΑΜΑ ΜΑΧΕΤΝΕ *V* ΜΙΚΡΟϹ ΜΕΝ ΕbΝΑΕΜΕϹ ΑΜΑΧΕΤΝϹ *M* ‖ 23 *expectatur* quare 'deterior'? sic et ille, qui servatur, malus est ‖ 25 *Servianum lemma om. V* ‖ 30 VACVAM *V* ‖ 31 meret *V*

squamis auroque trilicem; nam *si* a squalore *est*, sordidum significat, ut squalentem barbam.

97. TERRAM SPVIT ORE V. aut in terram: aut re vera terram, propter pulverem.

99. PARIBVS LITA CORPORA GVTTIS similibus, id est aureis *guttis* habentes distincta corpora: nam 'lita' est inlita, distincta. *et aliter: ordo est 'ardentes auro corpora et paribus guttis lita'.*

100. POTIOR SVBOLES scilicet ad mella procreanda. CAELI TEMPORE CERTO et cum oriuntur pliades et cum occidunt, id est verno et autumno. *et aliter: ut* ⟨I 335⟩ *caeli menses et sidera serva et* ⟨III 327⟩ *inde ubi quarta sitim caeli collegerit hora.*

101. DVLCIA MELLA non est superfluum epitheton; nam ideo ait 'dulcia', quia sunt etiam amara, ut Corsicana, sicut in bucolicis ⟨IX 30⟩ diximus.

102. LIQVIDA defaecata, sine sordibus: non, quae fluunt; nam mala sunt. DVRVM BACCHI D. S. apta mulso. bene autem ait 'durum saporem', quia maiores vina asperrima mellis dulcedine temperabant.

104. FRIGIDA TECTA melle vacua, inoperosa; contra ⟨169⟩ fervet opus. *econtra Terentius nimirum hi homines frigent.*

105. INSTABILES ANIMOS suadentes inanem vagandi licentiam.

107. QVISQVAM subaudis 'militum': aut certe quisquam de exercitu.

108. (ALTVM IRE ITER A. C. A. V. S.) aut ludendo altum volare, aut in bella procedere.

109. CROCEIS FLORIBVS tam odoris optimi quam coloris: non enim dicit illic crocum solum esse debere. *CROCEIS H. F. H. ipse alibi sertisque recentibus halant, id est olent.*

110. *ET CVSTOS FVRVM hic 'custos' pro 'observator et prohibitor': aliter 'hortorum custos'.* FALCE SALIGNA facta de salice, quasi in simulacro ligneo.

---

1 squamis] A. III 467 'hamis auroque trilicem' ‖ 2 squalentem] A. II 277 ‖ 20 Terentius] Eun. II 2, 37 ‖ 28 alibi] A. I 417 ‖ 30 hortorum custos] veluti Priap. I 5. I p. 58 Baehr.

---

5 CORPORA . . . lita *om. A* ‖ 7 *malim* ardentes corpora, auro et paribus guttis lita ‖ 8 SOBOLES *A* SVBVLES *P* ‖ 10 verno] verno tempore *Fabr.* ‖ 11 collegit *V* ‖ 13 ut] scilicet ut *V* ‖ 14 diximus] dicit *V* ‖ 15 defecta *H* ‖ 19 econtra . . . frigent *edidit Vrsinus not. ad Serv. p.* 294 ‖ 20 hi *V* hic *Vrsinus* ‖ 24 *lemma om. libri* ‖ ludendum *Carolir. 186* ‖ in altum *vulgo* ‖ 25 procedere] alias non audebit *add. Steph.* et trahit translationem a militibus, qui in bellum processuri ducum praecepto signa tollunt: nam apes haec signa non habent; sed signa dicit ipsum motum bellandi inter se *add. Fabr.* ‖ 26 caloris *P* ‖ 28 alant *V* ‖ 30 aliter *V*: et alibi *Vrsinus* ‖ FALCE . . . ligneo *post* sine fructu sunt (*p.* 328, 10) *hab. APHM* ‖ de] in *V*

111. HELLESPONTIACI S. T. P. non dicit Priapum illic esse debere, sed praecipit tales esse hortos, ut mereantur deum habere custodem. hic autem Priapus fuit de Lampsaco civitate Hellesponti, de qua pulsus est propter virilis membri magnitudinem. post in numerum deorum receptus, meruit esse numen hortorum. de hoc Horatius nam fures dextra coercet obscenoque ruber porrectus ab inguine palus; ast inportunas volucres in vertice harundo terret fixa. dicitur autem praeesse hortis propter eorum fecunditatem: nam cum alia terra semel aliquid creet, horti numquam sine fructu sunt. *et aliter: quoniam in Lampsaco, civitate Hellesponti, nutritus est. hunc Liberi et Veneris volunt filium, hortis et vineis custodem.*

112. IPSE THYMVM diligens rusticus et cultor hortorum. *et aliter: legitur et 'tinos'. est autem laurus silvestris caerulea baca.*

115. INRIGET IMBRES id est aquas: Iuvenalis ⟨III 227⟩ in tenues plantas facili diffunditur haustu. *et aliter: 'irrigare' ergo duobus modis dicimus, ut irriguo nihil est elutius horto et ⟨32⟩ irriguumque bibant violaria fontem. IMBRES quomodo 'imbres inriget', cum terra aqua inrigetur? solvitur: bene dixit; inrigat enim qui mittit et cui mittit: alibi at Venus Ascanio placidam per membra quietem inrigat.*

117. VELA TRAHAM ET T. F. A. P. illam allegoriam respicit, qua est usus in primo ⟨II 44⟩ ades et primi lege litoris oram, item ⟨II 41⟩ pelagoque volans da vela patenti.

118. PINGVES HORTOS fecundos.

119. BIFERIQVE ROSARIA PAESTI Paestum oppidum Calabriae est, in quo uno anno bis nascitur rosa. *et aliter: Paestum urbs Lucaniae. haec civitas Posidonia dicitur et est in agro Sallentino, colonia Tarentinorum.*

122. CRESCERET IN VENTREM CVCVMIS in curvaturam. ideo

---

3 hic autem Priapus ... sine fructu sunt] exscr. mythogr. I 126; II 38. Isid. or. VIII 11, 25 ‖ 6 Horatius] sat. I 8, 4 ‖ 15 Imbres i. e. aquas] cf. Non. p. 459, 33 ‖ 17 irriguo] Hor. sat. II 4, 16 ‖ 20 alibi] A. I 691

---

2 talis *P* ‖ 3 lapsaco *PV* ‖ 4 est *PM*: est et *AV* (*cf. Isid. l. l., om. H*) ‖ 6 cohercet *AV* ‖ rubet *AV* ‖ 7 unguine *M* ‖ ast] has *V* ‖ 8 arundo *AVHM* ‖ 9 creet aliquid *PV* ‖ 10 lapsaco *V* ‖ 11 ellesponti *V* ‖ volunt *om. Vrsinus* ‖ 12 custodem] datum aiunt *add. idem* ‖ 14 cerulea *V* ‖ 15 tenuis *M* ‖ 17 elucius *V* ‖ 18 bibant *ex* uiuant *V* ‖ 19 irrigat *V* ‖ 20 et cui mittit] *expectatur* et cui mittit inrigatur ‖ at] aut *V* ‖ 21 irrigat *V* ‖ 24 patenti] FESTINEM pro festinarem *add. Fabr.* ‖ 25 PINGVIS *M* ‖ 26 PESTI *et* Pestum *libri* ‖ Calabriae] calabriae lucaniae *A et Carolir. 186* ‖ 27 et aliter: Paestum ... Tarentinorum *post* Oebaliae autem turres ait (*v.* 126) *hab. V* ‖ pestum urbs lucanie *V* P. ciuitas L. *Vrsinus* ‖ 28 possidonia *V* ‖ 30 ideo autem in curuaturam quia per herbam *V*

autem sic, quia 'per herbam'; nam rectus crescit, si pendeat. sane 'hic cucumis' 'huius cucumis' declinatur, sicut 'agilis', secundum idoneos: nam neoterici 'huius cucumeris' dixerunt, sicut 'pulvis pulveris'. SERA COMANTEM NARCISSVM sero flores habentem.

123. *AVT FLEXI 'flexi' pro 'flexibilis'. et 'vimen' pro caule positum.*

125. NAMQVE SVB OEBALIAE MEMINI M. T. A. Q. N. V. F. C. G. Oebalia ipsa est Laconica: unde de Castore et Polluce ait Statius Oebalidae fratres. Galaesus vero fluvius est Calabriae, qui iuxta civitatem labitur Tarentinam, in qua se hortos optimos vidisse commemorat. 'Oebaliae autem turres ait, quas condiderant hi qui de Oebalia venerant: nam, ut etiam in tertio Aeneidis ⟨551⟩ diximus, Lacones, diu bello attriti ab Atheniensibus et inopiam timentes virorum, praeceperunt ut virgines *eorum* cum quibuscumque concumberent: quo facto cum post victoriam iuvenes de incertis parentibus nati erubescerent originem suam — nam et Partheniatae appellabantur —, duce Phalanto, octavo ab Hercule, navigiis profecti, venerunt ad oppidum Calabriae, quod Taras Neptuni filius condiderat, et id auctum habitaverunt. *et aliter: Oebaliam arcem Tarentinam dicit a Lacedaemonio Oebalo, longe petito epitheto, quia Lacedaemonii duce Phalanto Tarentum condiderunt.*

127. CORYCIVM VIDISSE SENEM Cilica: Corycos enim civitas est Ciliciae, in qua antrum illud famosum est, paene ab omnibus celebratum. et per transitum tangit historiam memoratam a Suetonio. Pompeius enim victis piratis Cilicibus partim ibidem in Graecia, partim in Calabria agros dedit: unde Lucanus ⟨I 346⟩ an melius fient piratae, magne, coloni? male autem quidam

---

8 Statius] silv. III 2, 10 'Oebalii fratres' ‖ 24 a Suetonio] p. 355, 1 Reiffersch. ‖ 25 Pompeius enim . . . dedit] cf. comm. Luc. I 346

---

1 nam *om.* *V* ‖ 3 neoterici *VM*: neutericis *A* neuterici *P* neutri *H*, i. e. moderni *supr. vers. m* ‖ hic cucumer huius cucumeris *Masvicius* ‖ puluer *H* ‖ 4 SERO *PVH* ‖ 7 *ad v.* 124 PALLENTES HEDERAS dicit se, nisi ad finem Georgicorum festinaret, etiam hortorum rationem et herbarum cultum adhuc scripturum fuisse *Fabr.* ‖ 8 laconia *VM* ‖ 9 oebalidae *APM*: ebalie *V* oeballidae *H* ‖ fratres] fris *H* ‖ GALESVS galesus uero *V* ‖ 11 condiderat *A* (*corr. a*) condiderunt *P* ‖ 12 eneide *V* ‖ 13 ab Atheniensibus] *quod Vrsinus l. l. p.* 294 *in Vaticano esse dicit* a Messeniis, *ego non vidi* ‖ 15 de *om. A* ‖ 16 nati erubescerent] natis cilicerent *Carolir. 186* ‖ Partheniatae] parthaenitae *P* parthenitae *H*; i. e. de uirginibus nati *supr. vers. m, edidit Fabr.* ‖ 17 pholanto *H* ‖ octabo *V* hoctauo *H* ‖ 19 actum *P* autum *H* ‖ ebaliam *et* a lacedemonio ebalo *V* ‖ 20 epitheton *V* ‖ 21 condiderint *V* (*corr. v*) ‖ 22 CORITIVM *AM* CORICIVM *PH* ‖ cilica *Carolir. 186* cili//ca (*una littera deleta*) *A*: cilicia *BPH* cilic *M*, *om. V.* a Cilicia *Steph.* Cilicem *Fabr.* Cilicem a Cilicia *Masvicius* ‖ coricus *PH* corycus *V* ‖ 23 poene *A* ‖ 24 sutonio *A* (*corr. a*) ‖ 25 partim ibidem, partim in Graecia *vulgo* ‖ in gretia *M* ‖ 27 an] a *Carolir. 186 et P* (an *p*) aut *V* ‖ fiant *VH* figent *P*

'Corycium' proprium esse adserunt nomen, cum sit appellativum eius, qui more Corycio hortos excoluit: quod etiam Plinii testimonio conprobatur. VIDISSE SENEM ordo est 'memini vidisse'. dicimus autem et 'memini videre': Terentius memini videre, quo aequior sum Pamphilo, si se illam in somnis. RELICTI deserti atque contempti; quis enim agrum non sperneret nulli rei aptum, non vitibus aut frumentis vel pascuis? *et aliter: 'Corycium' autem Cilica, a monte et civitate Ciliciae Coryco. alii Corycium non natione, sed peritia, quod haec gens studiose hortos colat. et sic dictum est, ut Arcades ambo.*

129. *OPPORTVNA SEGES 'seges' pro 'terra'.*

130. RARVM HOLVS id est panctile. *RARVM pro praecipuo et summo.*

131. VESCVMQVE PAPAVER *'vescum' tria significat: minutum, edule, multum. et aliter:* quo vescimur: nam est aliud lethaeum, quo non utimur; nam ⟨III 175⟩ vescas salicum frondes aliter dictum est.

132. REGVM AEQVABAT OPES ANIMIS bene 'animis', non potestate, quia regum more cibis non conparatis utebatur.

134. *CARPERE POMA 'carpere' pro 'carpebat', infinitum pro indicativo.*

135. FRIGORE SAXA RVMPERET unus enim est, ut diximus ⟨I 93⟩, effectus et caloris et frigoris.

136. GLACIE CVRSVS F. A. mira varietas: nam supra ait ⟨III 360⟩ concrescunt subitae currenti in flumine crustae.

138. AESTATEM INCREPITANS SERAM tarde venientem, cum ille iam eius carperet fructus.

139. ERGO APIBVS FETIS IDEM ne sine causa hortos descripsisse videretur. *et aliter: 'fetis' non sic dixit quasi pariant, sed quasi studiose examinare parantibus.*

---

4 Terentius] Andr. II 5, 18 ‖ 10 Arcades] buc. VII 4 ‖ 11 seges pro terra] cf. Non. p. 395, 17 ‖ 12 Rarum pro praecipuo] cf. Non. p. 379, 26 ‖ 14 Vescum minutum] cf. Non. p. 186, 33

---

3 vidisse] senem *add. Masvicius* ‖ 4 quo ... in somnis] quod equior sum pampilo sisse illa in sumnis *Carolir. 186* quo equor sum pampilo isse illam in somnis *A* orsum panphilosis (panphilonis *H*) scillam in somnis *PH* quo aequior sum pamphilo uidisse illum in somnis *V* orsum pamphilos isse illam in somnis *M* ‖ 5 in somnis] amplecti maluit *add. Fabr.* ‖ 7 nec uitibus nec frumentis *V* ‖ coricium *V* ‖ 8 cilica *V* cilicem *v* Cilicium *Vrsinus* ‖ corico *et* coricium *V* ‖ 12 OLVS *PM* ‖ panctatile *V* panccile *H* plantatile *Fabr.* ‖ 14 vescum ... et aliter *edidit Fabr., ut* et aliud *pro* et aliter *poneret* ‖ 15 est *om. V* ‖ 18 ANIMIS *ex* ANIMVS *H* ‖ animis] animo *V* ‖ 22 unum enim est *om. A* ‖ 24 *scholium ad v.* 136 *adscriptum post* pro indicativo *hab. V* ‖ 29 'fetis' *ego*: fetus *V* ‖ pariant *ego*: pariantur *V*

141. ILLI TILIAE ATQVE VBERRIMA PINVS 'illi uberrima' scilicet: nam per naturam et tiliae et pinus steriles esse dicuntur. *et aliter: subaudiendum 'abundare'. ipsius autem manu duplex fuit scritura, 'pinus' et 'tinus'. VBERRIMA hic pro 'plurima': fructum enim tinus nullum fert, sed multa semina facit.*

144. SERAS maiores: quod nimiae difficultatis est. IN VERSVM in ordinem, ut triplici pubes quam Dardana versu inpellunt. DISTVLIT transtulit: nam mutavit praepositionem. *et aliter: in diversum locum tulit, quasi disposuit. et 'seras' hic vetulas et magnas: Sallustius in II. serum bellum in angustiis fore pro 'magnum'.*

145. *EDVRAMQVE PIRVM 'e' praepositio adimit significationem et adicit: hic ergo 'eduram' nimium duram.* EDVRAM nimium duram, validam. SPINOS IAM PRVNA FERENTES prunorum arbor spinus vocatur genere masculino; nam sentes has spinas dicimus.

147. SPATIIS INIQVIS angustis, ut spatioque subit Sergestus iniquo. et dicit se carminis brevitate constrictum hortos plenius non posse describere.

148. ALIIS Gargilium Martialem significat.

149. NATVRAS APIBVS QVAS IVPPITER I. ADDIDIT 'naturas' pro moribus posuit. 'addidit' autem aut dedit, aut re vera addidit: necesse enim est, eas etiam ante habuisse mores aliquos proprios.

150. PRO QVA MERCEDE ordo est 'expediam naturas apium, quae canoros C. s. c. a. s. D. r. c. p. s. antro: pro qua mercede', id est gratia vel labore, 'solae communes natos consortia tecta u. h.': nam, ut etiam Donatus dicit, tragicum est et ultra carmen

---

7 triplici] A. V 119 ‖ 8 Distulit disposuit] cf. Non. p. 284, 26 ‖ 10 Sallustius] hist. inc. 15 Dietsch, hist. III 13 Kritz ‖ 16 spatioque] A. V 203

---

2 pinus] tinus *V* ‖ 5 *ad v.* 142 FLORE NOVO id est verno tempore, cum primum florere incipit *Fabr.* ‖ 7 inpellunt] inp. *AHM* ‖ impellunt. et aliter in diuersum ... pro magnum. DISTVLIT ... praepositionem. EDVRAMQVE PIRVM e propositio (*sic*) ... nimium duram ualidam *V* ‖ 10 salustius in duo *V* ‖ 15 sentes] femen *Carolir. 186* ‖ 19 gargilium *Carolir. 186 AM*: gargelium *PVH* ‖ martialem *VHM*: marcialem *Carolir. 186 et P* mortalem *A* ‖ 20 pro] prae *P*, *om. A* ‖ 23 *ad v.* 150 *et* 153 PRO QVA MERCEDE CANOROS ordo est expediam naturas apium. hic exclamatio est ut sit pro quanta hoc mercede fecerunt scilicet ut iouem alerent ... sine ullo concubitu. CANOROS id est grā uel labore. solae communes natos consortia tecta urbis habent. DICTAEO caeli regem fauere (pauere *supr. vers. v*) sub an dicte o caeli regem iouem dicit. ordo est pro mercede qua pauerunt neque enim potuit iuppiter naturas addere et sic nutriri. cetera de hoc inepta dicuntur. SOLE COMMVNES NATOS C. CT. V. H. I. plato in libris ... seruare potuisse *V. quod inter Philargyrii scholia Commelinus ad v.* 152 *edidit* DICTAEO sed et hoc poeticum est *neque in Vaticano legitur neque ab Vrsino editum est* ‖ 23 apum *M* ‖ 24 canores *A* ‖ Curetum ... pavere sub *verborum primas tantum litteras in ipsis libris extare moneo* ‖ pro qua mercede *et* solae ... urbis habent *tamquam lemmata vulgo edita sunt* ‖ 25 u. h.] usque huc *add. A*

georgicum, si accipiamus, 'pro qua mercede' exclamationem esse, ut sit, pro quanta hoc mercede fecerunt! scilicet ut Iovem alerent, quem Ops Saturni uxor Curetibus, Corybantibus et Idaeis Dactylis custodiendum dedit in monte Cretae Dictaeo, ne eum Saturnus consumeret, ut filios omnes solebat. quod ideo fingitur, quia Saturnus, ut diximus, temporum deus est, quae in se revolvuntur in aeternum. tunc itaque apes, aeris sonum secutae, Iovem melle aluisse dicuntur: pro qua re eis postea praestitit Iuppiter, ut haberent liberos sine ullo concubitu.

153. SOLAE COMMVNES NATOS C. T. V. H. Plato in libris, quos *περὶ πολιτείας* scripsit, dicit amori rei publicae esse nihil praeponendum. omnes praeterea et uxores et liberos ita nos tamquam communes habere debere, ut caritas sit, non libido confusa, quod praeceptum nullum dicit praeter apes servare potuisse.

154. MAGNIS LEGIBVS *id est* aeternis, numquam mutabilibus. isdem enim legibus semper utuntur, nec eas, ut homines, saepe commutant.

155. NOVERE PENATES carissima habent, ut hic inter flumina nota, id est cara.

157. IN MEDIVM QVAESITA REPONVNT quaesita et parta in commune conservant: ipse alibi ⟨I 127⟩ in medium quaerebant.

158. VICTV victui. *et aliter: id est victui, ut venatu invigilant pueri.* FOEDERE PACTO ut vicissim in alvearibus vel in agris laborent.

160. NARCISSI LACRIMAM narcissi umorem. quod autem ait 'narcissi lacrimam', allusit ad fabulam, quia, ut diximus, de puero est conversus in florem.

161. PRIMA FAVIS PONVNT FVNDAMINA id est propolin collocant, duriorem ceram, quae ferro vix potest frangi: quam colligunt

---

7 tunc itaque ... concubitu] exscr. mythogr. II 16 ‖ 10 Plato] cf. de re publ. V 7 sqq. ‖ 18 hic inter] buc. I 51 ‖ 22 venatu] A. IX 602 ‖ 26 ut diximus] buc. II 47

---

3 corybantibus *M*: coribantibus *A V*, *om. PH* ‖ dactylis *V*: dactilis *reliqui* ‖ 6 reuuluuntur *A* reuoluunt *H* ‖ 7 iouem melle dicuntur pauisse *V* ‖ 11 nepino ΛΙΤΙΕ *A* itepino ΑΙΝΑC *P* ΝΕΡΙΙ ΠΟΛΠΙΑC *V* ΠΕΡΙ ΠΟΛΙΝΛC *H* ΙΤΕΡΙΙ ΤΟΛΙCΙΛC *M* ‖ dicens *P* ‖ reip. *AHM* ‖ nil esse *A* nibil esse *M* ‖ 14 nullum animal dicitur *Fabr.* dicit nullum animal *Masvicius* ‖ 16 hisdem *A V* ‖ 18 carissima] Kma̅ *V* carissimos *a* ‖ 20 IN MEDIVM ... conservant *om. M* ‖ quaesita *om. V* ‖ parata *V* ‖ 21 reseruant *V* ‖ medio *M* ‖ 22 VICTVI *H* VICTVS *p* ‖ victui] propter uictus *V* pro victui *Fabr.* ‖ uenectu *V* uictui *supr. vers. v* ‖ 25 LACRIMAS *A V* ‖ umorem *A*: humorem *PHVM* ‖ 26 lacrimas *AVH* ‖ adlusit *A* ‖ 28 id est propolin collocant *Carolir. 186*: id est propolinco uocant *A* id est propolin inuocat *PH* id est propolin locat *M* (g̅ fu int *supr. vers. m*) id est graece propolim collocant latine *V* graece *πρόπολιν* locant *Steph.* *πρόπολιν* vocant *Fabr.* ‖ 29 duriore cera *vulgo*

de gummi arborum *et* lapidibus rasis, unde paulo post dicit ⟨203⟩ saepe etiam duris errando in cotibus alas attrivere. TENACES CERAS mella retinentes.

162. ADVLTOS E. F. educendo adultos faciunt.

165. CECIDIT CVSTODIA SORTI ex sorte, nam adverbium est: quod traxit a militia; legimus enim partibus aequabat iustis aut sorte trahebat.

166. *INQVE VICEM 'vicem' divisit; nam ordo est 'invicemque'. et AQVAS hic pluvias.*

168. *IGNAVVM FVCOS PECVS A PRAESEPIBVS ARCENT fucus est similis apibus, (dictus) eo quod sit apibus nocens, quod cum ipse nihil gignat, aliena consumit. Plinius (in XI.) historiae naturalis quasi inperfectas apes dicit et habere aculeum negat. 'pecus' autem vetuste, quia omnia animalia pecora dicebant.*

169. *FERVIT OPVS iuxta declinationem saepe dictam 'fervo fervis fervit'. hinc est fervere Leucaten. FRAGRANTIA id est redolentia: aut 'thymo fragrantia'.*

170. *AC VELVTI LENTIS C. F. M. 'fulmina properant' vetuste ait, ut Plautus properant prandium, et Ennius festinant diem. et aliter:* AC VELVTI LENTIS CYCLOPES F. M. C. P. comparatio ad festinationem pertinens solam.

171. *TAVRINIS FOLLIBVS Plautus quam folles taurini habent, cum liquescunt petrae, ferrum ubi fit.*

175. *IN NVMERVM id est in ordinem. VERSANTQVE TENACI FOR-*

---

6 partibus] A. I 508 ‖ 12 Plinius in XI. h. n.] 7, 11 § 27 ‖ 13 pecus... dicebant] cf. Non. p. 460, 2 ‖ 16 fervere] A. VIII 677 ‖ 19 Ennius] trag. v. 395 Ribb. ed. II, v. 434 Vahl.

---

1 gumni *H* ‖ 2 adtriuere *AVH* ‖ 4 F.] quos *add. M* (alт̄ oues *supr. vers. m*) ‖ 5 DECIDIT *A* ‖ exorte *HM* ‖ 8 *ad v.* 166 *sqq.* INQVE VICEM divisit et τμῆσιν fecit: nam ordo est 'invicem', id est vicibus succedentes. AQVAS hic pro 'pluvias'. AGMINE FACTO impetu (*cf. Serv. ad A.* I 433). IGNAVVM FVCOS PECVS inutile, non aptum industriae: nam industrios gnavos dicimus (*cf. Serv. ad A.* I 435). PECVS vetuste dixit, cum omnia animalia pecora dicerentur. FVCOS fucus est secundum Aemylium maior ape, crabrone minor (*cf. Serv. l. l.*), dictus eo quod sit apibus nocens, quod cum ipse nihil gignat, aliena consumit. A PRAESEPIBVS ARCENT ab alveariis pellunt *Fabr.* ‖ 11 dictus *inseruit Fabr. cf. Isid. or.* XII 8, 3 '*dictus autem fucus, quod alienos labores edat, quasi fagus*' ‖ 12 in XI. *addidi,* in lib. *Vrsinus* ‖ 15 FERVIT *ego*: FERVET *V. cf. schol. Bern.* '*in Ebrii 'fervit*'' ‖ 16 hinc *v*: hic *V* ‖ leucatem *V* ‖ 17 thimo flagrantia *V* th. fragrantia *Commelinus: dubitare videtur interpres, 'thymo' utrum cum 'redolent', an cum 'fragrantia' iungendum sit* ‖ 18 ait *supr. vers. add. v* ‖ 19 festinat *V* festinant *schol. Dan. ad A.* IX 399 ‖ 20 *Servianum lemma om. V* ‖ 21 solam] PROPERANT cum properatione festinant: ipsi enim dicuntur Iovis fulmina facere. 'properant' vetuste ut Plautus... calidum dicebant. 'forceps' quasi 'forniceps' (*sic*). SI PARVA LICET COMPONERE MAGNIS si congruum est res parvas magnis aequare *add. Fabr.*

CIPE FERRVM conpositum nomen ex formo et capiendum: formum enim veteres calidum dixerunt.

177. CECROPIAS Athenienses, a rege Cecrope Atticae, ubi optima mella nascuntur. *et aliter: 'Cecropias' hic Atticas, quia Cecrops in Attica regnavit.* INNATVS insitus. VRGET premit.

178. (*MVNERE*) *QVAMQVE SVO recte, ut labore suo quaerant, non aliena diripiant.* GRANDAEVIS OPPIDA CVRAE sicut senes muros tuentur nec in bella prorumpunt.

179. DAEDALA TECTA ingeniosa, ut daedala Circe.

182. CROCVMQVE RVBENTEM Sallustius in historiis ait in qua crocum gignitur: genere neutro secundum artem usus est; hic poetico masculino, referens se ad puerum, qui in hunc florem dicitur esse conversus.

183. FERRVGINEOS HYACINTHOS ferruginei, id est nigri, coloris: *ipse enim dixerat sunt et vaccinia nigra; qui enim graece hyacinthus, latine vaccinium dicitur.*

187. CORPORA CVRANT se reficiunt, ut fessique et equos et corpora curant. sane 'curare corpus' si de hominibus dicamus, et cibo et lavacro intellegimus vel alterutro; si de apibus, tantum cibo accipimus.

188. *FIT SONITVS MVSSANTQVE ORAS 'mussant' hic murmurant: quae vox ponitur et in tacendi significatione, ut apud Ennium in XVII. non possunt mussare boni, qui factam labore enixi militiam pepercre, interdum et pro dubitare, ut mussat rex ipse Latinus, quos generos vocet. 'mussant' autem murmurant: Ennius in X. sic ait aspectabat virtutem legionis sive spectans si mussaret*

1 formum enim ... dixerunt] cf. Isid. or. X 99; XIX 7, 3; XX 13, 3 ‖ 9 daedala] A. VII 282 ‖ 10 Sallustius ... masculino] cf Non. p. 202, 7; Luct. Plac. ad Stat. Theb. VI 210 ‖ Sallustius in historiis] I 80 Dietsch et Kritz ‖ 14 ferruginei ... coloris] cf. Non. p. 549, 2 ‖ 15 sunt et] buc. X 39 ‖ 17 fessique] A. VIII 607 ‖ 21 Mussant hic murmurant] cf. Non. p. 427, 15; Don. ad Ter. Adelph. II 1, 53 ‖ 22 apud Ennium in XVII.] VI v. 426 sq. p. 64 Vahl.; v. 299 p. 100 Baehr. cf. Paulus Festi p. 144 M. s. v. mussare ‖ 24 mussat] A. XII 657 25 Ennius in X.] VIII v. 348 sqq. p. 52 Vahl.; v. 234 sqq. p. 92 Baehr.

1 ex formo et capio: formum enim *Fabr.* ‖ 3 CECROPIIS (*sic*) id est athenienses a rege cecrope. Innatus autem insitus. ideo uero athenienses quod illic mel optimum gignitur et aliter cecropes (*sic*) hic ... regnauit. QVAMQVE SVO ... diripiant. VRGET premit *V* ‖ 5 VRGVET *AH* ‖ 9 circae *AM*. Multa nocte i. e. profunda. Referunt (*add.* 'se') reuertuntur: scilicet tota die operantes non nisi nocte cessant *add.* *M* ‖ 10 in quo *Sallustius* ‖ 11 est *om.* *P* ‖ 12 se] *om.* *V*. sed *p* ‖ 14 FERRVGINEVS *A* ‖ YACIMXCTVS *A* YACINTHOS *PH* YACINCTHOS *M* ‖ ferruginei] ferrugineos dicit *V* ‖ 15 FERRVGINEOS caeruleos dicit: ipse enim *e. q. s.* *Ursinus. cf. Non. l. l.* ‖ 17 se reficiunt ... curant *om.* *A* ‖ 19 et cibo ... accipimus *om.* *P*, *in marg. sup. add.* *p* ‖ 21 MVSSANT hic murmurant ... Latinus *edidit Fabr.*

dubitaretque denique causam pugnandi fieret aut duri labores.

190. SOPOR SVVS ipsis aptus: *nam ideo 'suus', quia altum dormiunt pro natura mellis, ut ipse alibi melle soporatam et medicatis frugibus offam. sed melius 'suus somnus' pro exiguitate corpusculi sui.*

192. AVT CREDVNT CAELO scilicet suos volatus.

193. AQVANTVR aquam hauriunt ex vicino.

195. INSTABILES fluctuantes. (*CVMBAE INSTABILES*) *FLVCTV IACTANTE id est iactante fluctu instabiles ne sint.*

198. CONCVBITV concubitui: nam 'indulgeo illi' dicimus. *et aliter: 'concubitu' dativus casus est, ut supra* ⟨158⟩ *victu invigilant.* NEC CORPORA SEGNES IN VENEREM S. in libidinem non resolvuntur: Persius ⟨V 57⟩ ille in Venerem putris.

199. NIXIBVS *EDVNT* '*nixibus*' partubus, *a nitendo:* unde et 'enixa' dicimus.

200. *VERVM IPSAE E FOLIIS apes, ut Plinius ait, gallinarum more incubant et vermiculos creant. sed rectius videtur ut ne hoc quidem sciant, si concubitus nescierunt.*

201. *QVIRITES audaciter 'Quirites', cum proprie Romani sint.*

202. *REFIGVNT id est sufficiunt, ut suffectus dicitur magistratus.* REFIGVNT figunt.

204. SVB FASCE sub onere, ut ⟨III 347⟩ iniusto sub fasce viam dum carpit.

205. TANTVS AMOR FLORVM ET G. G. M. supra ⟨III 112⟩ de equis tantus amor laudum, tantae est victoria curae.

208. AT GENVS INMORTALE M. gens manet, scilicet per successionem: *ideo inmortale genus. et alibi: AT potest abundare coniunctio; est enim ordo: ergo ipsas quamvis angustus terminus aevi excipiat, genus inmortale manet.*

---

4 alibi] A. VI 420 ‖ 11 Concubitu concubitui] cf. Gell. IV 16, 7 ‖ 17 Plinius] n. h. XI § 48 ‖ 23 Fasce onere] cf. Non. p. 312, 18

---

3 nam ideo ... corpusculi sui *edidit Vrsinus not. ad Serv. p.* 294 ‖ dormiunt] desinunt *Vrsinus* ‖ 7 HAVT *P* ‖ 10 id est iactante fluctu stabiles (*sic*) ne sint *edidit Vrsinus l. l.* ‖ 11 *ad v.* 198 NEC CONCVBITV INDVLGENT in libidinem non resoluuntur. et aliter. concubitu datiuus ... inuigilant *V* ‖ concubitui *om. H* ‖ indulge *A* indulci *H* ‖ 14 in uenerem ille *M* ‖ 15 partibus *AH* ‖ 16 dicitur *V* ‖ 17 apes *Vrsinus*: atque *V* ‖ 19 sicut concubitus nesciunt *Vrsinus* ‖ 22 REFIGVNT figunt *om. V* ‖ REFIGVNT (N supra) figunt (n supra) *P* ‖ 're' abundat id est figunt *Fabr.* ‖ 24 uia *A* ‖ dum carpit] dum carpet *V* d. c. *APHM, inde* dicit Cicero *Steph.* ‖ 26 tanta *AVH* ‖ uictoriae *H* ‖ curae] *om. AVH*, genti *M* ‖ 27 gens manet] *om. VM*, genus manet *vulgo* ‖ 28 et alibi] *malim* et aliter ‖ 29 aevi] eui *V* qui *Vrsinus*

209. DOMVS familia, ut da propriam Thymbraee domum.

211. MEDVS HYDASPES fluvius Mediae. de his autem gentibus dixit Sallustius adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis: quas *gentes* tamen apes dicit amore circa regem superare Vergilius. *MEDVS HYDASPES civitas Medorum. et aliter: apud omnes satis constat Hydaspen flumen Indiae esse, non Mediae; sed potest videri poeta Hydaspen Medum dixisse iure belli, quod Medi duce Alexandro vicerint Porum Indorum regem, et eum in suam redegerint potestatem. oritur autem Hydaspes ex Caucaso et miscetur Indo.*

212. OBSERVANT venerantur. alias 'observare' est callide advertere: Terentius observes filium, quid agat, quid cum illo consilii captet.

214. DIRIPVERE IPSAE quae etiam ipsae *animas* colligendo melli inpendere consuerunt, ut ⟨204⟩ ultroque animam sub fasce dedere, *ipsae diripiunt eadem mella.*

216. STIPANTQVE FREQVENTES quasi quodam satellitio ambiunt.

217. SAEPE ATTOLLVNT VMERIS aetate scilicet fessum.

218. PVLCHRAM MORTEM gloriosam, quippe quae pro rege suscipitur. traxit autem hoc de Celtiberorum more, qui, ut in Sallustio legimus, se regibus devovent et post eos vitam refutant.

219. *HIS QVIDAM SIGNIS ATQVE HAEC EXEMPLA SECVTI Pythagorae sectam versat, quam et stoici sequuntur. et quidam accusant, quod, cum sit Epicureus, alienam sectam usurpare videtur. sed ego puto simpliciter referri sententias philosophorum: neque enim statim Epicureus debet videri, si libertate poetica ait ⟨562⟩ illo Vergilium me tempore dulcis alebat Parthenope, studiis florentem ignobilis oti.* HIS QVIDAM SIGNIS ATQVE HAEC EXEMPLA SECVTI E. A. P. D. MENTIS locum hunc plenius est exsecutus in sexto ⟨724⟩, quem hoc

---

1 da propriam] A. III 85 ‖ 3 Sallustius] hist. V 1 Dietsch et Kritz ‖ 10 Observant venerantur] cf. Don. ad Ter. Adelph. prol. 2 ‖ 11 Terentius] Andr. I 1, 142. cf. Don. ad h. v. ‖ 19 in Sallustio] hist. I 73 Dietsch, II 20 Kritz

---

2 *ad v.* 211 LIBIE NEC POPVLI his autem gentibus ait (ut ait *v*) salustius adeo ingenita est sanctitas religionis quas gentes tamen ... uirgilius. MEDVS YDASPES fluuius mediae ciuitas medorum et aliter apud omnes satis constat ... et miscetur indo *V* ‖ YDASPES *libri* ‖ 3 regii nominis *P* regi nominis *M*: regi in omnibus *AH* ‖ 6 ydaspen *et hic et infra* *V* ‖ 11 opserues *A* ‖ quod agat *A* ‖ quicum *VHM* (quid cum *m. rec. in V*) ‖ 12 capiet *AH* ‖ captet] MENS OMNIBVS VNA EST id est concordanter operantur et vivunt *add. Steph.* ‖ 13 IPSE *et* ipse *AHM* ‖ qua *H* ‖ animas *V, om. APHM,* animam *vulgo* ‖ mel *Steph.* melle *Daniel* ‖ 14 animas *V* ‖ 15 dederunt *M* (*corr. m*) ‖ 17 ADTOLLENT *AM* ATTOLLENT *V* ‖ VMERIS *A*: HVMERIS *reliqui* ‖ 18 quippe qui *P* ‖ 20 legibus *A* ‖ et] ut *P* ‖ eas *A* ‖ refutent *P* ‖ 21 pithagorae *V* ‖ 22 uersant *V* servat *Broukhusius* ‖ 26 studii *V* (*corr. m. rec.*) ‖ 27 oci *V* ‖ 28 plinius *VM* (*corr. v*) ‖ executus *M* ‖ in sexto quem *om. H* ‖ in VIo *A*

loco breviter colligit, ut probet etiam apes partem habere divinitatis. namque omnia animalia ex quattuor elementis et divino spiritu constare manifestum est: trahunt enim a terra carnem, ab aqua umorem, ab aere anhelitum, ab igne fervorem, a divino spiritu ingenium. quod quia est in apibus, sicut etiam in hominibus, — namque metuunt, cupiunt, dolent gaudentque: quae probantur ex his quae faciunt; dimicant enim, colligunt flores, provident pluvias — fateamur necesse est, etiam apes partem habere divinitatis. ut autem hoc exemplis, id est rebus similibus, conprobaret, Lucretium secutus est, qui dicit ea, quae inter se probare non possumus, a similibus conprobanda: ventum namque docet esse corporalem, non quod eum tenere vel cernere possumus, sed quod eius similis atque aquae effectus est, quam corporalem esse manifestum est.

220. HAVSTVS AETHERIOS divinos spiritus.

221. DEVM NAMQVE IRE PER OMNES T. T. M. ipse in sexto ⟨724⟩ caelum ac terras cetera spiritus intus alit, Lucanus ⟨IX 580⟩ Iuppiter est quodcumque vides, quodcumque moveris.

223. HINC PECVDES A. 'hinc', id est ex deo, ex divino spiritu, sumunt omnia, cum nasci coeperint, vitam: ceterum *corpus* ex quattuor elementis est, ut diximus ⟨219⟩. *et aliter: more suo pecudes et armenta divisit, ut alibi* ⟨I 3⟩ *quae cura boum, qui cultus habendo sit pecori.*

224. *VITAS id est animas.*

225. SCILICET HVC REDDI D. A. R. R. sine dubio etiam cuncta dissolvi et redire rursus in originem suam necesse est. *et aliter: 'huc' id est unde sumptae sunt animae. et 'omnia' pro 'omnes'.*

226. LOCVM MORTI id est perditioni: nihil enim est, quod perire funditus possit, cum sit τὸ πᾶν, id est omne, in quod redeunt universa resoluta. res autem haec, quae mors vocatur, non est mors, quippe quae nihil perire facit, sed resolutio: unde mire a

9 Lucretium] I 271—297 | 27 nihil enim est ... resolvens] exscr. mythogr. III 6, 17

2 omnia *om.* *H* | 3 trahit *A* trahent *V* | 4 humorem *libri* | 5 quia *et* etiam *om.* *M* | 6 cupiuntque *vulgo* (*cf.* *A.* VI 753) | 7 ab his *P* | 8 divinitatis] dettatis *M* | 9 exemplis hoc *M* | 10 qui dicit eam probare inter se non possumus *H* | inter se] per se *Fabr.* | 11 ventum namque] ventumque *Fabr.* | 12 possimus *V* | 13 atque *om.* *AVM* | 16 terram *P* | cetera] *om.* *P*, et cetera *V* camposque liquentes *vulgo* | 18 A. *om.* *APV* | abhinc *P* | ex eo *H* | ex divino] et diuino *VM* | 19 vitam] ad uitam *V* | cetera *AM* | 25 dissoluit *AM* | necesse est] necesse *A* cogit necesse *M*. *qui* cogit *inseruit*, necesse (*i. e. nec esse*) *ad lemma insequentis scholii referendum esse sibi persuaserat* | 26 pro *ego*: per *V* | 27 NEC MORTI ESSE LOCVM morti id est perditioni *V* | 28 cum *M*: et cum *reliqui* | tottan *A* toipan *V* toitan *H* tonan *M* | 29 resoluta] quod non sit mors quae uocatur mors *add.* *M* | haec] est *M* | 30 quae *om.* *V* | mire] mors

plerisque interitus dicta est, quasi interveniens et mixtarum rerum conexionem resolvens: *Lucretius* ⟨I 671⟩ continuo hoc mors est illius, quod fuit ante. *et aliter: 'nec morti esse locum' pro 'nec mori'. 'sideris' quoque pro 'siderum'. et 'in numerum' id est in modum. et 'alto succedere caelo' ut ipsa sidera.*

228. *SIQVANDO SEDEM AVGVSTAM S. M. T. R. aliter 'sedem relines', aliter 'mella'. et utrum relines thesauros, an relines servata in thesauris?* SIQVANDO SEDEM AVGVSTAM id est alvearia. et proprie augustum est tectum augurio consecratum, abusive nobile, quasi maiestatis plenum.

229. THESAVRIS repositionibus, ac si diceret 'apothecis'. SPARSVS pro 'spargens': participium est pro participio.

230. *ORE FAVE FVMOSQVE MANV quia odores malos oderunt: ideo 'prius haustu sparsus aquarum'. 'ore fave' cum religione ac silentio accede: in XVI. Ennius hic insidiantes vigilant, partim requiescunt tecti gladiis sub scutis ore faventes. ponitur eadem vox et pro 'velle': apud eundem Ennium in XVI. matronae moeros complent spectare faventes, id est volentes.* ORE FOVE ipsos haustus scilicet. et hoc dicit: spargendo aquam imitare pluviam, fumum etiam praefer: quibus rebus cum territae illae discesserint, inpune poteris mella colligere. alii 'ore fave' legunt, ut sit 'tace': etiam ipse in quinto ⟨71⟩ ore favete omnes; Horatius favete linguis. FVMOS SEQVACES quippe apium persecutores, ut Maleaeque sequacibus undis.

231. BIS GRAVIDOS COGVNT FETVS gemina est fecunditas mellis. *et aliter: 'flores' emendatum fuit. et bene 'gravidos flores', quod ex his omnia generant.* DVO TEMPORA MESSIS id est fructus: Iuvenalis ⟨VII 112⟩ veram deprendere messem si libet.

232. TAYGETE SIMVL OS T. O. H. PLEIAS Taygete una est de

14 ore fave cum religione e. q. s.] cf. schol. Dan. ad georg. I 18 ‖ 15 in XVI. Ennius] XX v. 414 sq. p. 62 Vahl. ‖ 17 Ennium in XVI.] XIII, V v. 376 p. 56 Vahl. ‖ 22 Horatius] carm. III 1, 2 ‖ 23 Maleaeque] A. V 193

Fabricius ‖ a plerisque] bene *add. PH, rec. Fabr.* ‖ 1 quasi res interveniens *mythogr.* ‖ interveniens] † interiens *supr. vers. m* ‖ et mixtarum] conmixtarum *P* ‖ 2 Lucretius *V*: *om. APH*, nam *M*, *rec. Fabr.* ‖ 3 quod ante fuit connexio *Fabr.* quod fuit ante connexum *Masvicius* ‖ 8 ANGVSTAM *A* ‖ alueria *A* ‖ 9 angustum *A* ‖ 10 plenus *M* ‖ 11 repositionis *AH* ‖ 13 *malim* ideo et ‖ 14 haustus *V, correxi* ‖ 17 aput *V* ‖ eundem *om. Vrsinus* ‖ in XIII. *Vrsinus* ‖ matrone *V* ‖ moeros *schol. Dan. ad georg.* I 18: melos *V* ‖ 18 ORE FOVE *BPM*: ORA FOVE *AH*, *om. V* ‖ ipsos haustus *ABM*: ipse haustos *V* psos ausus *H* ipso haustu *P* ‖ 19 pluiam *A* ‖ 20 perfer *A* profer *V* praefert *H* ‖ discesser̄ *P* ‖ 23 quippe] *om. V*, quippe per *H* ‖ apum *M* ‖ 27 iuuenelis *A* ‖ 28 veram *V*: mellam *AH* mella *B* meiam *P* mallem *M* ‖ deprehendere *libri*

pliadibus septem. ut autem etiam supra ⟨100⟩ diximus, bis mel praecipit colligendum, orientibus pliadibus, id est verno, item cum occidunt, autumnali scilicet tempore.

233. OCEANI AMNES Homeri est *παρ' Ὠκεανοῖο ῥοάων*. 'amnes' autem bene ait, quia in morem fluminis eius fluenta reditura prorumpunt.

234. AVT EADEM SIDVS F. V. PISCIS AQVOSI australem piscem significat, qui aquarii undam ore suscipit — unde etiam 'aquosi' addidit —: tunc enim hic piscis oritur, quo tempore *tendere in occasum pliades coeperunt: nam ideo ait 'fugiens'*.

235. TRISTIOR vel propter occasum, vel propter propinquantem iam hiemis asperitatem.

236. ILLIS IRA MODVM SVPRA EST excedunt modum: nam cum suo irascuntur interitu.

237. SPICVLA CAECA brevia, quae possunt latere.

238. IN VVLNERE PONVNT non suo, sed a se illato. et amphibolicos dictum est, ut cum Turni iniuria Matrem admonuit, quam inferebat scilicet, non quam *patiebatur: Sallustius iniuria validiorum, scilicet quam* inferebant validiores.

239. *SIN DVRAM METVES HIEMEM PARCESQVE F. 'duram' gravem. 'parces' id est parces alimento illis futuro.*

240. RES MISERABERE FRACTAS id est afflictas.

241. SVFFIRE THYMO fumigare, ut exinde inimica illis animalia fugiant. CERASQVE RECIDERE INANES *dum sine melle sunt cerae.* sane hoc dicit: si nihil habuerint in alvearibus, vel te tollente vel exedentibus pravis animalibus, apibus minutatim incisam ceram ministra; stiliones vero et cetera thymi fumo ab eis repelle.

---

4 Homeri] cf. Il. III 5 ‖ 7 australem ... coeperunt] exscr. Isid. or. XII 6, 32 ‖ 17 cum Turni] A. IX 107 ‖ 18 Sallustius] hist. I 9 Dietsch, I 10 Kritz

---

1 septem *VM*: VIIII *APH* VIII *h* ‖ etiam ut *V* ‖ 2 item *om. P* ‖ 3 occidunt *PH*: occident *AVM* ‖ 4 Homeri est] homeriem *A* homerice *P* ‖ ita piu KΛNOIO POΛUIN *A* ΠΑΡ VI ΚΑΙΟΝ ΡΟΑωΝ *P* Ita pui KANOIO POAAN *V* ΠΑΡ ΙΚΛΙΟΝΟ ΡΟΛωΝ *H* ΠΑΡ UI KEANOTO POAUIN *M* ‖ 8 qui aquarii] quia quarum *A* ‖ undas *V* ‖ 9 hic] sic *P* ‖ quo tempore tendere ... fugiens. TRISTIOR *V* (*cf. Isid.*): quo tempore pleias tristior est *A* quo tempore tristior est *P* quo tempore. TRISTIOR *BH* quo tempore pliades occidunt. TRISTIOR *M*. nam ideo ait 'fugiens' *edidit Fabr.* ‖ 11 *alterum* propter *om. libri praeter P* ‖ propinquitatem *PV* (propinquam *v*) ‖ 12 asperitati *A* ‖ 13 cum *om. H* ‖ 16 amphiboli *V* amfibolico *H* ‖ 17 ut] ut alibi *M* ‖ Turni] dictum est *add. A* ‖ 18 ferebat *A* ‖ patiebatur ... quam *om. APHM, sed Servii sunt* ‖ 19 inferebat ualidior *V* ‖ validiores] parces futuro scilicet *add. M.* PARCES FVTVRO scilicet tempore. CONTVSOS ANIMOS confractos *add. Steph.* ‖ 21 illis *ego*: illius *V* ‖ 22 adflictas *A* ‖ 23 fumugare *M* ‖ 24 dum ... cerae *edidit Vrsinus l. l.* ‖ 25 sane *om. V* ‖ te tollente] tollent *H* ‖ 26 exsedentibus *M* ‖ 27 stiliones *APH*: stelliones *BM, quam scripturam probat Brambach Lat. Orthogr. p.* 260. stiliones ... repelle *om. V*

242. IGNOTVS ignobilis vel ex inproviso veniens. ADEDIT consumit.

243. LVCIFVGIS BLATTIS per noctem vagantibus.

244. INMVNISQVE S. *ALIENA AD PABVLA F. bene dixit 'inmunis fucus'* a labore scilicet, ventri tantum indulgens. *et aliter: 'inmunis' otiosus, piger et qui munere non fungitur.*

245. *AVT ASPER CRABRO INPARIBVS SE INMISCVIT ARMIS quia validiores sunt, quam* [*sint*] *apes. et aliter:* INPARIBVS ARMIS inaequali consilio; nam quod apes laborant, iste consumit: alibi et quaerere conscius arma, id est consilium.

247. FORIBVS SVSPENDIT ARANEA CASSES Vergilius quidem confundit; tamen sciendum, maiores animal ipsum masculino genere appellasse 'hic araneus', retia vero quae faciunt, feminino. ideo autem ait 'Minervae invisa', quod ab ea in hoc animal puella Lydia commutata est, cum deam lanificio provocasset inferior. *et aliter: invisam Minervae ex illa fabula dixit, quia videtur aranea, quondam virgo, Minervam lanificii subtilitate provocasse: a qua victa conversa est in hoc genus animalis, quod aranea texit.*

250. *HORREA spatia alveariorum.*

252. VITA TVLIT *id est* vitae longitudo, morborum creatrix: sic in bucolicis ⟨IX 2⟩ o Lycida, vivi pervenimus. *et aliter: longa parenthesis usque ad illum versum* ⟨264⟩ *'hic iam galbaneos suadebo incendere odores'.*

254. ALIVS COLOR id est pallidus, quia dixit supra ⟨99⟩ ardentes auro et paribus lita corpora guttis.

256. FVNERA DVCVNT cum exequiali scilicet pompa. et 'ducere' proprie funerum est: Persius ⟨II 14⟩ Nerio iam tertia ducitur uxor.

257. PEDIBVS CONEXAE hinc multi apes dictas volunt, quod se pedibus invicem tenent: licet crebrior sit illa opinio, quod sine pedibus primo esse dicuntur, ut ⟨310⟩ trunca pedum primo.

258. *AVT INTVS CLAVSIS ut in luctu homines solent.*

---

1 Ignotus ... veniens] exscr. Isid. or. X 146 ‖ 3 Lucifugis ... vagantibus] cf. Isid. or. XII 8, 7 ‖ 5 inmunis ... fungitur] cf. Non. p. 30, 12 ‖ 9 alibi] A. II 99 ‖ 11 Vergilius ... feminino] cf. Non. p. 192, 10 ‖ 29 hinc multi ... dicuntur] cf. Isid. or. XII 8, 1

---

2 consumsit *V* ‖ 3 BLATIS *APM* ‖ 6 otiosus *Masvicius*: uitiosus *V* ‖ 7 SCRABRO *V* ‖ 9 nam apes laborantes consumit *P* nam apis laborantes teconsumit *H* ‖ 10 consius *A* contius *M* ‖ 12 tamen] tam *A* ‖ 13 feminino] genere *add. vulgo* ‖ 14 inuisam *M* ‖ quod ab ea] pro eo quod ab ea *V* (ab ea *del. v*) ‖ 15 de eam *H* ‖ lanificii *V* ‖ 16 illa *secludit Broukhusius* ‖ 24 supra *om. V* ‖ 25 auro *om. AVH* ‖ 26 exquali *A* exequali *HM* (*corr. m*) ‖ 27 testi adducitur *APH* tertio ducitur *V* tercia ducitur *M*

260. TRACTIM sine intermissione, iugiter.

261. FRIGIDVS VT QVONDAM S. I. A. tres conparationes singulis impletae versiculis de Homero translatae sunt, quas ille binis versibus posuit.

264. HIC IAM id est cum huc processerit morbus, galbanus incendenda est, non, ut supra ⟨241⟩, thymus; mel etiam in alvearia, medicatum tamen, inferendum, non, ut supra, cerae inanes.

265. *INFERRE CANALIBVS VLTRO Varro divinarum libro VI. canales eas dispescit † templa feminino genere canales dixit.*

267. GALLAE SAPOREM multi pilas cyparissi accipiunt.

271. EST ETIAM FLOS IN PRATIS plene hanc herbam, ut etiam supra ⟨II 127⟩ arborem felicis mali, exsequitur: nam dicit ubi creetur, qualis sit, quid possit.

273. *INGENTEM TOLLIT DE CAESPITE SILVAM 'de caespite' non de terra, sed de radice.*

274. AVREVS IPSE flos scilicet.

275. VIOLAE SVBLVCET PVRPVRA NIGRAE mire ait 'sublucet', ut ostendat purpurei coloris folia quodam virore esse perfusa.

277. TONSIS IN VALLIBVS non silvosis, unde contra est intonsi montes.

278. PROPE FLVMINA MELLAE Mella fluvius Galliae est, iuxta quem haec herba plurima nascitur; unde et amella dicitur, sicut etiam populi habitantes iuxta Lemannum fluvium Alemanni dicuntur: Lucanus ⟨I 396⟩ deseruere cavo tentoria fixa Lemanno.

---

3 de Homero] Il. XIV 394—402 ‖ 8 Varro divinarum libro VI.] cf. Merkel prol. ad Ov. fast. p. CXXIV. Isid. or. XV 8, 16 ‖ 19 intonsi] buc. V 63 ‖ sicut ... Lemanno] exscr. Isid. or. IX 2, 94

---

5 cum] cum iam *Fabr.* ‖ huc *B*: hoc *A* hic *PVH*, *om. M* ‖ praecesserit *PVH* ‖ 6 ut non *A* ‖ ut supra dixit *vulgo* ‖ alueria *AH* (*corr. ah*) ‖ 7 medicatum tamen *BP*: medicata tamen *A* medicat tamen *H* medicatum *V*, *om. M* (cum fauis est *supr. vers. add. m*) ‖ est inferendum *V* ‖ 8 canalis ea dispescit templa *Rutgersius var. lect.* I *cap.* 2 ‖ 9 despescit *V* despicit *Mascicius* dispicit *Burmannus* ‖ templa] *fortasse* templum *vel* templo ‖ 10 pilas *AP Hm* pylas *B* pilos *V* pilis *M* ‖ accipiunt] florem *add. V* inguas (*lege* tinguas) sucos herbarum. DEFRVTA decocta (vina decocta *Fabr.*) et defraudata proprio sapore *add. M.* DEFRVTA ... sapore *edidit Fabr. cf. Serv. ad georg.* II 93 ‖ *ad v.* 270 *haec ex Plinii n. h.* XXV § 66 *exscripta edidit Fabr.* GRAVE OLENTIA CENTAVREA herbae hoc genus est a Chirone Centauro repertum, a qua et curatus dicitur, cum Herculis, excepti hospitio, pertractanti arma telum excidisset in pedem, quare aliqui Chronium (*lege* Chironium) appellant. folia sunt lata et oblonga, serrata, ambitu densa a radice, caule circumgeniculato, trium cubitorum ‖ 11 PARATIS *A* ‖ 12 exequitur *libri* ‖ 16 AVREIS *P* ‖ 18 virore | nitore *Fabr.*, nigrore *coni. vir doctus in marg. exemplaris Fabriciani, quo utor* ‖ 21 gallia ēē *A* ‖ 22 amella *ABHM*: amello *PV* ‖ 23 lemanum *AH* ‖ 24 caue *P* ‖ lemanni *P* lemanna *H*

et aliter: Mella amnis in Gallia cisalpina, vicinus Brixiae, oritur ex monte Brenno.

281. SED SIQVEM PROLES SVBITO DEFECERIT OMNIS miro usus est ordine; nam primo ait quemadmodum animalia apibus inimica pellenda sint, deinde quibus medicaminibus morbo possint carere; nunc dicit penitus amissae qua possint ratione reparari.

283. ARCADII MAGISTRI Aristaei. *MAGISTRI Aristaeum dicit, Apollinis et Cyrenes filium, qui primus invenit, quemadmodum apes possint reparari.*

284. CAESIS IVVENCIS verberibus occisis. bono autem sermone usus est: nam 'caedi' interdum occidi, interdum verberari significat.

285. INSINCERVS CRVOR vitiatus, corruptus: nam ideo verberantur, ut ex putrefacto cruore vermes creentur, unde apes sunt. *TVLERIT pro 'genuerit', ut alibi si duo praeterea tales Idaea tulisset terra viros.*

286. ALTIVS OMNEM EXPEDIAM P. R. A. O. F. contra in Aeneide ⟨I 342⟩ sed summa sequar fastigia rerum. sane sciendum, Plinium dicere de bubus apes, de equis crabrones, de mulis fucos, de asinis vespas creari.

287. PELLAEI CANOPI Canopus civitas est iuxta Alexandriam, quam Alexander condidit instar chlamydis suae: qui fuit de civitate Macedoniae, quae Pella nominatur. Canopus autem dicta est quasi Canobus, a Canobo Menelai gubernatore illic sepulto. *et aliter: 'Pellaei Canopi' ideo dixit, quoniam Macedones Alexandriam condiderunt; est autem Macedoniae civitas Pella, patria Alexandri, a quo dicta Alexandria est. a qua urbe XII. milia passuum distans vicus est Canopus, a Canobo, Menelai gubernatore, ita appellatus. longo autem epitheto 'Pellaei Canopi' sic usus est, ut alibi Tyrios et Agenoris urbem et Assaraci domum, Romam.*

289. FASELIS brevibus naviculis, quibus utuntur cum stagnaverit Nilus.

---

14 si duo praeterea] A. XI 285 ‖ 18 Plinium] nat. hist. XI § 70. cf. Isid. or. XII 8, 2 ‖ 28 Tyrios] A. I 338 ‖ 29 Assaraci] cf. A. I 284

1 brexiae *V* ‖ 3 SIQVEM] SIQVIDEM *AHM* ‖ 5 morbis *V* ‖ 6 reparari] TEMPVS subaudies (subaudi *vulgo*) 'est nunc' *add. M, edidit Steph., om. Fabr.* ‖ 7 Aristaei *om. V* ‖ MAGISTRI ... reparari *post* significat (*lin.* 11) *hab. V.* Aristaeum dicit ... reparari *edidit Fabr.* ‖ 12 uerberatur *V* ‖ 13 sint *Steph. fort.* fiunt. ‖ 16 EXPEDIAM ET P. *A* ‖ in Aeneide] est *add. PV* ‖ 17 sed] et *V* ‖ uestigia *VH* ‖ 18 scabrones *A* scrabrones *PHVM* ‖ 19 vespas] sicut in Aeneide (I 435) diximus *add. Fabr.* ‖ procreari *vulgo* ‖ 20 canopas *HM* ‖ 21 Alexander] a se dictam *add. Fabr.* ‖ clamidis *PV* halamydis *A* halamidis *H* lamidis *M, cui alia manus* pel *praescripsit, ut existeret* pellamidis (aliter clamidis *supr. vers. m*) ‖ 22 apella *P* ‖ canopos *HM* ‖ 23 canopus *A* ‖ 26 passibus *V* ‖ 28 epitheton *V. malim* longe a. petito epitheto ‖ 29 *expectatur* 'domus Assaraci' id est Roma ‖ 30 FASSELIS *P*

291. NIGRA FECVNDAT H. novum enim semper limum trahit, qui efficit fecunditatem: unde et Nilus dictus est quasi νέαν ἰλὺν trahens; nam antea Nilus latine Melo dicebatur.

293. (*VSQVE COLORATIS AMNIS*) *DEVEXVS AB INDIS Terentius ex Aethiopia usque [in] haec est, Sallustius item quem trans stagnum omnis usque ad flumen. hic ergo 'usque' e loco est, non in locum, ut ipse Italiam longe prospexit ab usque Pachyno.*

294. IACIT SALVTEM '*iacit*' *pro* '*habet*'. *et* ponit apium reparandarum salutem: Cicero iacta sunt fundamenta defensionis meae.

295. IPSOS CONTRACTVS A. V. ad sustinendum tantum et coartandum bovis cadaver.

296. ANGVSTIQVE IMBRICE TECTI licet et 'hic imbrex' lectum sit, melius tamen secundum Plautum 'haec imbrex' dicimus, namque ait fregisti imbrices meas, dum te dignam sectaris simiam.

298. *QVATTVOR A VENTIS 'quattuor' eos accipiendum, quos Homerus notavit: Eurum, Zephyrum, Boream, Notum. omnes autem venti praeter enchorios, id est regionales, sunt duodecim: Subsolanus, Eurus, Phoenix, Notus, Libonotus, Zephyrus, Argestes, Thrascias, Aparctias, Boreas, Circius, [Zephyrus.]* OBLIQVA LVCE FENESTRAS quae ex obliquo lumen infundunt, ut in horreis videmus.

---

1 novum ... dicebatur] exscr. Isid. or. XIII 21, 7 ‖ 4 Terentius] Eun. III 2, 18. cf. Don. ad h. v. ‖ 5 Sallustius] hist. inc. 17 Dietsch, III 19 Kritz ‖ 7 Italiam] A. VII 289 ‖ 8 iacit ... ponit] cf. Non. p. 327, 21 ‖ 9 Cicero] pro Murena 6, 14 ‖ 14 Plautum] Mil. glor. II 6, 24 sq. ‖ 17 quattuor e. q. s.] cf. Plin. nat. hist. II 47 § 119—121 et Gell. II 22

---

1 H.] HVMO *M* ‖ 2 fecunditatem] Lucanus (IV 135) 'sic cum tenet omnia Nilus, conseritur bibula Memphitis cymba papyro' *add. Masvicius* ‖ NEAN IΛYN *P* neaN IΛN (Y supra) *H* nean iayn *A* in elea in *V* \aniayn *M* (i. e. meon ilin *supr. vers. m*) ‖ 3 trahens] i. e. novum limum *add. Fabr.* ‖ ante *P* ‖ nilus *Ma* nilus *ex* nalus *P*: indus *AVH* ‖ 5 salustius *V* ‖ 6 usque a flumine *scripsisse videtur Sallustius: alioquin non intellegitur, cur haec verba laudata sint* ‖ in locum *scripsi*: in loco *V* ‖ 7 pachino *V* ‖ 8 iacit ... et *edidit Vrsinus l. l.* ‖ apum *M* ‖ 9 iactata *M* ‖ defessionis *H* ‖ 11 IPSOS ... IMBRICE *om. M, in marg. sup. suppl. m* ‖ cohortandum *H* ‖ 12 uobis *V* ‖ 13 AQVE *A* ATQVE *H* ‖ INBRICE *P* ‖ TECTI] imbricem quidam volunt tectum, quidam canalem, qua repellitur pluvia. imbrex tamen dicitur, quod imbrem arceat *add. Fabr.* ‖ hic imbrix *V* hic imbres *H* ‖ 14 haec imbrix *V* haec imbres *H* ‖ 15 te dignam *V*: te dictam *APH* ante dictam *M* ‖ 17 omerus *V* ‖ 18 zephirum *V* ‖ nothum *V* ‖ 19 inchorios *V* ‖ 20 fenix *V* ‖ nothus libonothus zephirus *V* Notus Libonotus Africus Zephyrus *Masvicius. malim* Notus, Libs, Libonotus, Z. ‖ Thrascias *Dorvillius*: trachias *V* Thracias *Vrsinus* ‖ Aparctias *Vrsinus*: aparceas *V* ‖ 21 circius *V* Caecias *Masvicius, sed cf. Plin. l. l.* § 121 *et Gell. l. l.* § 28 *sq.* ‖ zephirus *V, secl. Vrsinus* ‖ quae] que *A* qua *H* quia *Masvicius* ‖ *ad v.* 299 BIMA CVRVANS IAM CORNVA FRONTE aetatis biennii: bimus namque trimus biennis triennisque dicitur *add. Fabricius*

301. MVLTA RELVCTANTI *pro* 'multum': nomen est pro adverbio.

303. RAMEA FRAGMENTA fracta de ramis, id est ramorum fragmina. dicimus autem et 'hic ramus' et 'hoc ramale': Persius ⟨I 97⟩ ut ramale vetus. *et aliter: id est posteaquam subiecerunt ramea fragmenta.* CASIASQVE RECENTES statim carptas.

305. *ZEPHYRIS (PRIMVM IMPELLENTIBVS VNDAS) vult hoc sub occasum hiemis fieri.*

308. TENERIS TEPEFACTVS IN OSSIBVS VMOR utpote bimi vituli, in quo plurimum ferventis est sanguinis.

309. MODIS ANIMALIA MIRIS et quod ex cadavere nascuntur animalia, et quod apes ex vermibus procreantur.

310. TRVNCA PEDVM P. id est sine pedibus. et bene addidit 'primo': nam postea tam pennas quam pedes accipiunt.

311. PENNIS MISCENTVR inter se pennarum levitate conveniunt.

314. *PRIMA LEVES INEVNT 'leves' nunc ad armaturam.*

315. EXTVDIT studiose repperit.

316. INGRESSVS exordium. *HOMINVM* EXPERIENTIA *CEPIT 'experientia'* nullo docente ars per usum reperta. *et aliter: id est unde sagacitas hominum hos ingressus cepit?*

317. PASTOR ARISTAEVS Aristaeus filius fuit Apollinis et Cyrenes, filiae Penei, fluminis Thessaliae. qui cum Eurydicen nympham, uxorem Orphei, vitiare voluisset, et illa fugiens a serpente fuisset occisa, nympharum iracundia cunctis *apibus et* animalibus perditis matris imploravit auxilium. *PENEIA TEMPE quia per ea Peneus fluit.*

319. EXTREMI AMNIS *'extremi' dixit* id est summi, unde nascitur. *et* sic dicimus 'pro supreme Iuppiter', *id est summe. et aliter:*

---

13 sine pedibus ... accipiunt] exscr. Isid. or. XII 8, 1

---

ad v. 302 SOLVVNTVR VISCERA liquescunt et putrefiunt *hab. M, ediderunt Steph. et Fabr.* ‖ 3 fracta] facta *A, om. P V* ‖ 5 ut] at *H* ‖ uetas *M* (*corr. m*) ‖ subiecerunt *Vrsinus*: subiecerit *V* ‖ 6 carptas] teneras *add. A* ‖ 7 *ad v.* 305 ZEPHYRIS ... VNDAS incipiente unda *edidit Steph.* (*om. Fabr.*) ‖ vult ... fieri *edidit Vrsinus l. l.* ‖ 9 HVMOR *libri* ‖ bini *M* (*corr. m*) ‖ 14 pennas *ex* pinnas *P* ‖ 15 pinnarum *P* ‖ 17 EXTVLIT *PH* ‖ 18 INGRESSVM *A* ‖ exordium] *om. V,* exordia *M,* nam est accusatiuus pluralis *supr. vers. add. m, edidit Fabr.* ‖ 20 caepit *V* ‖ 21 cyrenes *V*: cirenis *ex* cirenes *P* cyrenis *AM* cirenis *H* ‖ 22 erudicen *H* ‖ 23 et illa] illa *A* illaque *M* ‖ 24 cunctis *PV*: functis *A* functus *H* funditus *M.* cunctis animalibus perditis funditus et cunctis apibus *vulgo* ‖ 25 matris imploravit auxilium *V*: inuocat m. a. *P* m. a. inuocat *H* m. a petit *M*, imploravit *om. A* ‖ 26 fluit] fluvius *Vrsinus* ‖ 28 pro ... Iuppiter] unde pro supraeme iuppiter *M* (unde *delevit,* dolentis *et* i. e. summe *supr. vers. scripsit m*) ‖ pro] per *A* ‖ suppraeme *H*

extremum caput sic dixit, ut tu sanguinis ultimus auctor, id est primus.

321. MATER CYRENE MATER invidiosum est nomine parentes vocare, unde est paulo post ⟨355⟩ et te crudelem nomine dicit: sic in duodecimo ⟨652⟩ in desperatione ait ruitque inplorans nomine Turnum. GVRGITIS HVIVS id est Penei fluminis.

324. INVISVM FATIS GENVISTI si natus ex diis, invisus est fatis: sic in primo Aeneidis ⟨250⟩ nos, tua progenies, caeli quibus adnuis arcem, item ⟨615⟩ quis te, nate dea, per tanta pericula casus insequitur?

326. VITAE MORTALIS HONOREM bene arare, bene pascere, apes etiam habere: nam in ingenti honore fuit rusticitas: alibi ⟨I 506⟩ non ullus aratro dignus honos.

327. CVSTODIA SOLLERS diligens et perita industria.

328. TE MATRE RELINQVO ac si diceret: sub ea perdo usum laboris, sub qua augere debueram. *et aliter: 'relinquo' pro 'amitto'.*

329. FELICES fertiles.

330. FER infer. INTERFICE MESSES secundum Pythagoram, qui animam habere dicit cuncta crescentia: unde alibi aret ager vitio moriens.

332. TAEDIA LAVDIS taedium est angor mentis et animi, non corporis valetudo.

333. SONITVM THALAMO S. F. A. S. cur non etiam vocem audivit? scilicet quia in ima fluminis parte erat, lanificiis occupata.

334. MILESIA VELLERA pretiosa: Cicero nam quid a Milesiis lanae publice abstulerit?

335. HYALI SATVRO F. C. '*hyali*' *pro* hyalino, vitreo, viridi, nymphis apto. 'saturo' autem largo, abundanti: aut certe Taren-

---

1 tu sanguinis] A. VII 49 ‖ 19 aret ager] buc. VII 57 ‖ 25 Cicero] in Verr. act. II lib. I 34, 86

3 parentis *PH* ‖ 5 ruitque *V*: irruitque *AHM* inuitque *P* ‖ 6 panai *A* paenai *H* paenei *M* ‖ 7 si *om.* *AV* ‖ 9 adnuis arcem] a. a. *AHM* ‖ per... casus] p. t. p. c. *AHM* ‖ 11 bene... habere] bene arare pascere apes etiam (honorem ait da *m*) habere (honor erat *m*) *M.* bene honorem ait quia arare bene, animalia pascere, apes etiam habere honor erat *vulgo* ‖ 12 nam... alibi] ingens honor fuit rusticis ita alibi *V* ‖ rusticitas *BMp*: rusticis *A* rustitas *P* rusticias *H* ‖ 13 ullus *PM*: nullus *AVH* ‖ onus *P* (*corr. p*) onos *H* ‖ 18 fytagoran *A* fythagoran *H* ‖ 19 diceret *H* ‖ *ad v.* 331 IN VITES contra vites. MOLIRE PIBENNEM (*sic*) ut eas succidas *hab. M, edidit Steph., om. Fabr.* ‖ 22 ualetudo *M*: ualitudo *APVH* inualetudo *Steph.* ‖ 23 audiunt *H* ‖ 25 nam *V*: iam *reliqui* ‖ quid a] quidam *AH* quidem *V* ‖ 26 publice *PH*: publicae *AVM* ‖ abstulerit *PV*: abstuleris *AM* abstruerit *H* ‖ 27 VALI *A* YALI *reliqui* ‖ SATYRO *AVH* ‖ yali *V* ‖ hyalino *A* yalino *reliqui* ‖ uiridis *H* ‖ 28 satyro *libri*

tino, a Satureio oppido: iuxta Tarentum enim sunt baphia, in quibus tinguitur lana. *et aliter: id est vitreo colore. et 'saturo' ebrio, ac per hoc, presso colore, ut in consuetudine dicimus.* (*'fucata'*) *meracius tincta, quae pingius lucent. alibi 'Saturo' Tarentino, quia ibi ager Saturus sit, dicitur: ipse alibi* ⟨II 197⟩ *et Saturi petito longinqua Tarenti. sed non placet, ut aquatiles lanificae Tarentinam purpuram carpant.*

336. DRYMOQVE XANTHOQVE hae sunt, ut multi volunt, de quibus ait Iuno sunt mihi bis septem praestanti corpore nymphae; sed magis poetice conficta nomina accipiamus. sane mira varietate usus est: nam ne continuatio nominum posset creare fastidium, in aliis habitum, in aliis commemorat virginitatem, in aliis pulchritudinem.

341. PICTIS INCINCTAE PELLIBVS A. nebridas habentes. sed hic venatricum est habitus, quem ideo nymphis dat, quia multas eas legimus ex venatricibus factas, ut ⟨343⟩ et tandem positis velox Arethusa sagittis. notanda autem figura honestissima, facta ex repetitione sermonis, ut 'Oceanitides ambae', 'ambae auro', 'incinctae ambae'.

343. *ET TANDEM POSITIS VELOX ARETHVSA S. id est tandem virginitate deposita.*

344. CVRAM INANEM definitio est amoris.

345. VVLCANI MARTISQVE secundum Donatum hic distinguendum est, ut 'dolos' ad Vulcanum, 'furta dulcia', id est adulterium, referamus ad Martem: scimus enim quod Sole indicante Mars cum Venere *deprehensus est et* per artem Vulcani est religatus catenis.

346. AQVE CHAO et a Chao narrabat crebros amores deorum.

---

9 sunt mihi] A. I 71

---

1 saturreio *P* saturoiani *V* ‖ bafya *APHM* uasa *V* ‖ 2 vineo *Vrsinus* ‖ 3 'fucata' *addidi* ‖ meracius ... lucent] meracius satura quae purius et meracius lucent *Vrsinus* ‖ 5 satyrus *V* ‖ 6 sed *scripsi*: et *V* ‖ Tarentinum *Vrsinus* ‖ 8 SANTOQVE *A* SANCTOQVE *PH* XANTOQVE *M* ‖ 9 p. c. n. *AHM* ‖ 12 fastidium] Tunc (primos) Lucinae experta labores: id est tunc primo (*lege* primum) iuncta marito *add. M* ‖ 13 pulchritudinem] Oceanitides ambae: patronymicon (patrinomicum *cod.*), id est Oceani filiae *add. M* ‖ 14 INIVNCTAE *P* ‖ 15 hic *ex* haec *H* ‖ dat] damus *V* ‖ 16 eas] deas *V* ex eis *Fabr.* lanificas *coni. Burmannus* ‖ 18 petione *P* (repetione *p*) rep////tione *H* ‖ 19 incinctae] in c. *AM* inc *H* pictis *V* ‖ *ad v.* 342 *sq.* Asia Deiopea: id est Asiatica; nam primitiuum pro deriuatiuo posuit. Tandem p. uelox A. s. quae ex uenatrice in nympham uersa fuerat *hab. M* ‖ 22 diffinitio *A* difinitio *M* ‖ 23 hinc *H* ‖ 24 est] et sic inferendum 'dolos et dulcia furta' *supr. vers. add. m* ‖ 25 etenim *M* ‖ 26 deprehensus est et *edidit Vrsinus l. l.* ‖ 27 ATQVE CHAO *AVHM* AQVA ECHO *P* (*alterum* A *del. p*) ‖ et ... deorum] et a chao iuū (*lege* diuum) narrauit amores narrabat crebros amores deorum *M* ‖ a *om. P, supr. vers. add. p*

349. *VITREISQVE SEDILIBVS ergo vellera similia esse debent, ubi perlucidus et caeruleus est color.*

351. SVMMA PLACIDVM C. E. V. mire veritatem per transitum tetigit; namque Arethusae fons dulcia fluenta inter medios habet fluctus.

353. CYRENE SOROR propter similitudinem potestatis ait 'soror': nam Cyrene Thessaliae, Arethusa vero de Elide. TVA MAXIMA CVRA quem plurimum diligis.

354. PENEI GENITORIS AD VNDAM aut tui: aut honoris est, ut Thybri pater.

356. NOVA FORMIDINE magna ut Pollio et ipse facit nova carmina.

357. FAS ILLI LIMINA D. T. utroque enim parente deo nascebatur: *ideo 'fas tangere' ait.*

362. *GENITRICIS ET HVMIDA REGNA aequora. 'genitricis' matris.*

363. SPELVNCISQVE LACVS CLAVSOS L. S. I. 'mirans' per omnia subaudimus. lacus autem dicit fontium et fluviorum receptacula. haec autem non sunt per poeticam licentiam dicta, sed ex Aegyptiis tracta sunt sacris: *nam certis diebus, in sacris* Nili, pueri de sacris parentibus nati a sacerdotibus nymphis dabantur. qui cum adolevissent, redditi narrabant lucos esse sub terris et inmensam aquam omnia continentem, ex qua cuncta procreantur: unde est illud secundum Thaleta ⟨381⟩ Oceanumque patrem rerum.

366. PHASINQVE fluvius Colchidis. LYCVM fluvius Asiae. *et aliter: 'diversa locis' pro 'diversis locis'. Phasis amnis in Colchide, Lycus in Syria, Enipeus in Thessalia. 'saxosusque sonans' non ut duo intellegendum, saxosus et sonans, sed ob saxa sonans. Hypanis*

10 Thybri] A. VIII 540 ‖ 11 Pollio] buc. III 86

1 ergo ... color *suspicari possis ad v. 335 pertinere et post* id est vitreo colore (*p.* 346, 2) *collocanda esse* ‖ 3 PLACIDVM *Serviani libri ex A.* I 127: FLAVVM *V* ‖ 4 dulcia quae fluenta *V* dulcia aquae fl. *Vrsinus l. l. p.* 296 ‖ inter] per *V* ‖ habet *M*: se habet *ABPH* emittit *V* servat *Fabr. fortasse* i. m. salis habet fluctus ‖ 6 propter ... soror *om. M, in marg. sup. add. m* ‖ 7 thessala *V* ‖ de elide *APV*: dedide *H* dea ē eọlidis *M* ‖ 9 aut tui ... pater] aut qui tibi tuique genitoris et ut honoris esset ut thibri pater *V* ‖ aut tui *BH*: auitui *A* aut tu *P* aut genitoris (tui genitoris *m*) est *M* ‖ 10 thibri *VM*: tibi *A* tibri *P* abi *H* ‖ 11 f. noua c. *AHM* ‖ 13 natus erat *M* ‖ 14 ideo ... ait *edidit Vrsinus l. l.* ‖ 15 *scholium ad v.* 362 *om. Vrsinus* ‖ 19 nam ... sacris *om. APHM, edidit Vrsinus l. l. Servii sunt* ‖ Nili] ubi nilides *M* ‖ 22 ex quo *H* ‖ 23 thaletam *V* thaletem (en) *M* ‖ partem *P* ‖ 24 PHASINQVE ... Asiae] SPECTABAT DIVERSA LOCIS PHASIM fluuius est apud colchidos. fasin fluuius sestiae (*an* Scythiae?) licus asiae fluuius *V* ‖ cholcidis *AHM* (cholchidis *hm*) ‖ LICVS *M* ‖ 25 colcide *V* ‖ 26 licus *V* ‖ enifeus *V* ‖ SAXOSVMQVE SONANS alias saxosusque sonans *Vrsinus* ‖ 27 sonans] id est asperum et vehementem sonum edens *add. Commelinus*

autem Scythiae, Caicus Mysiae, Eridanus Galliae cisalpinae, qui et Padus dicitur.

367. ENIPEVS Thessaliae fluvius. Tiberis et Anio Italiae sunt fluvii.

369. SAXOSVMQVE SONANS HYPANIS Ponti fluvius. et 'saxosum' legendum, non 'saxosus', ne sint duo epitheta: quod apud Latinos vitiosum est. MYSVSQVE CAICVS qui per Mysiam labitur.

371. ERIDANVS fluvius Italiae, qui et Padus vocatur.

372. PVRPVREVM autem nigrum ex altitudine accipimus: nam Padus non in rubrum mare, sed iuxta Ravennam in Adriaticum cadit. et 'purpureum' graecum est epitheton: Homerus εἰς ἅλα πορφυρόεσσαν: unde apparet Victorinum hoc loco errasse, qui 'purpureum mare' rubrum esse dixit, quod est iuxta Indiam. *'purpureum' altum et per hoc nigrum, tropice. legitur et 'influit'.*

374. FLETVS INANES his enim movebatur rebus, quarum erat facilis reparatio; *ideo 'inanes' dixit. et aliter: 'inanes' pro levibus et quibus succurri posset.*

375. DANT ORDINE FONTES rite, secundum morem epularum.

376. MANTELIA quibus manus tergunt. *TONSISQVE FERVNT MANTELIA huius singulare 'mantelum': Plautus in Captivis* ⟨III 3, 6⟩ *nec his sycophantiis nec fucis ullum mantelum obviam est. Lucilius autem mantela dicit mappas: mantela merumque.*

377. PLENA REPONVNT POCVLA iterant *vel* saepe offerunt.

378. PANCHAEIS ADOLESCVNT I. A. id est ture, Arabicis odoribus. 'adolescunt' autem pro 'incenduntur' κατ' εὐφημισμὸν ponitur. *et aliter: hic vim habet frequentationis. et 'Panchaeis adolescunt' id est Panchaeis odoribus incenduntur arae.*

11 Homerus] cf. Il. XVI 391 ‖ 19 Mantelia ... tergunt] cf. Isid. or. XIX 26, 6 ‖ 22 Lucilius] lib. V v. 32 p. 29 Muell.

---

1 autem *om. Vrsinus* ‖ scithiae *V.* amnis *add. Vrsinus* ‖ 3 *scholium ad v.* 367 *om. V* ‖ ENIPHEVS *PH* ‖ fluuius est *M* ‖ 5 SAXOSVS *V* SAXVMQVE *H* ‖ YPANVS *APHM, om. V* ‖ 6 sinit *A* ‖ 7 MISVSQVE *AP* MISSVSQVE *H* ‖ misiam *libri praeter V* ‖ 11 epitheton] mare rubrum etiam dixit *additur vulgo* ‖ EIC ΑΛΑ ΠΟΡΦΥΡΕΩΝ *A* CIC ΑΛΑ ΝΟΡΦΥΡΟΕCCA *V* EIC ΑΛΑ ΠΟΡΙΦΥΡΟΕCCΑΝ *H* EIC ΛΑ ΠΟΡΦΥΡΟΕCΑΝ *M* ‖ 15 INANES] bene inanes fletus *supr. vers. add. m* ‖ movebatur (*scil. natus*) *libri*: movebantur *Steph.* ‖ 18 morem] mouerem *A* ordinem *V* ‖ 19 MANTELIA ... tergunt *post* offerunt (*lin.* 23) *hab. APHM, om. V* ‖ MANTILIA *H* tergunt] terguntur *vulgo.* Varro appellat mantelia quasi manutenias (*cf. de l. l.* VI § 85 *cum adnot. Spengelii*). caeterum Plautus ... mantella merumque, quae Graeci μάνδυα vocant *add. Fabr.* ‖ 21 his sycophantiis *Fabr.*: hi sycophantes *V* ‖ 22 lucillius *V* ‖ 25 κατ' εὐφημισμὸν ponitur *om. V* (*cf. adnot. ad p.* 349, 2) ‖ cateūfemismon *A* cateufismon *P* cat eum femismon *H* cateufemismon *M* (i. e. per bonum omen *supr. vers. m*) ‖ 26 hic vim habet frequentationis *ad* adolescunt *retulit Vrsinus, sed haud scio an aptius ad* ignibus *vel* arae *pluralem referatur, ut supplendum sit* pluralis hic vim h. f. ‖ pancheis odoribus *V* Panchaicis o. *Vrsinus*

379. MAEONII BACCHI Lydii vini. CARCHESIA autem poculorum sunt genera. *ET MATER CAPE MAEONII CARCHESIA B. ideo ponitur* (*'carchesia*) *Bacchi', quia Baccho, id est vino, impleri solent. ceterum nymphis libari vino pontifices negant. et sane mox ita dictum evidenter apparuit, cum ait* ⟨383⟩ *'ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam'. 'Maeonii' Lydii. quae nunc Lydia, olim Maeonia vocabatur. in hac regione mons est Tmolus, ferax boni vini. LIBEMVS sacrificemus. SORORES aut inter se, aut suas. et Oceanum patrem rerum secundum physicos dixit, qui aiunt omnium rerum elementum aquam esse: in quibus Thales primus. CENTVM QVAE SILVAS CENTVM QVAE FLVMINA SERVANT pro 'incolunt et obtinent', ut ipse alibi* ⟨458⟩ ***servantem ripas alta non vidit in herba.***

380. OCEANO LIBEMVS AIT quasi nympha Oceano sacrificat.

381. OCEANVMQVE PATREM secundum Thaleta, ut diximus supra ⟨364⟩.

382. CENTVM QVAE SILVAS C. Q. F. S. aut ducentas esse dicit, aut finitus est pro infinito.

383. PERFVDIT NECTARE VESTAM id est in ignem vinum purissimum fudit: post quod quia magis flamma convaluit, bonum omen ostendit. *et aliter:* (*'Vestam'*) *pro igni. et vide superius* (*eum*) *de aqua sensisse, non de vino.*

386. *EST IN CARPATHIO NEPTVNI GVRGITE VATES 'Carpathio' Aegyptio: Carpathos enim insula est Aegypti, vel, ut Pompeius dicit, insula Rhodiorum. alii sic: Carpathium mare inter Rhodum et Alexandriam, quod † obesse dicitur a Carpatho insula, ut Lucilius* ***Carpathium***

---

1 Carchesia ... genera] cf. Non. p. 546, 20 ‖ 11 Servant pro incolunt] cf. Non. p. 387, 31 ‖ 25 Lucilius] lib. XIII v. 4 p. 62 Muell.

---

1 MAEONII ... vini *om. V* ‖ 2 ET MATER CAPE MAEONII CARCHESIA carchesia autem ... genera. adolescunt uero quod ait figura est cateufemismon. ideo ponitur *e. q. s. V* (ideo ponitur *om. Vrsinus*) ‖ 3 carchesia *addidi* ‖ quia *ego*: quae *V* ‖ ceterum ... Vestam *edidit Fabr.* ‖ 4 i//a dictum (*una littera deleta*) *V* interdictum *Vrsinus* ira, *omisso* dictum, *Fabr.*; *inde* ita *Masvicius.* ita (*i. e. ut 'nymphis libari vino p. n.'*) *recepi. ceterum neque* et sane ... Vestam, *neque illa quae ad v.* 383 *adscripta sunt* et vide ... non de vino *antiqui interpretis esse videntur* ‖ 6 Lydii *om. Vrsinus* ‖ 8 et *ante* Oceanum *et* patrem rerum *om. Vrsinus* ‖ 11 optinent *V* ‖ 12 herba] et aliter aut ducentas *e. q. s. apud Servium, add. V, in quo Serviana ad v.* 380 *sq. scholia et Servianum ad v.* 382 *lemma omissa sunt* ‖ 13 quasi nympha] quasi infra *A* ‖ 16 *ad v.* 381 quod ex eo omnia originem ducant et gignantur patrem ///// (*tres litterae deletae*) unum ex sapientibus qui dixerunt omnia ex aqua constare secundum thaletam ut diximus supra *M* (unum ... constare *post* supra *collocanda esse, notis a correctore additis significatum est.* quod ex eo omnia gignuntur et originem ducunt *edidit Fabr.* ‖ 17 est] numerus *M* est numerus *vulgo* ‖ 18 purissimum *om. P* ‖ 19 post] per *M* ‖ 20 Vestam *addidi* ‖ vide] videtur *Vrsinus* ‖ eum *addidi* ‖ 23 egipti *V* ‖ 24 rodiorum *V* ‖ carpatium *V* ‖ rodum *V* ‖ 25 obesse *V* abesse *Vrsinus.* nomen habere *coni. Muellerus adnot. ad Lucilii v. l. fortasse* quod prope esse

mare transvectus cenabis Rhodi. et aliter: EST IN CARPATHIO NEPTVNI G. V. C. P. Carpathos insula est contra Aegyptum, a qua vicinum pelagus Carpathium appellatum est. hic aliquando regnavit Proteus, relicta Pallene, civitate Thessaliae, ad quam tamen reversus est postea: quod ostendit hoc loco ⟨389⟩, dicens patriamque revisit Pallenen.

387. MAGNVM QVI PISCIBVS AEQVOR *ET IVNCTO BIPEDVM CVRRV METITVR E.* equi enim marini prima parte equi sunt, postrema resolvuntur in pisces. *et aliter: eosdem et pisces et equos dicit.*

390. *PALLENEN hoc ideo dixit, quia Proteus, antequam in Aepyptum commigraret, Thraciae fuit incola, ubi habuit uxorem Toronen, filios Telegonum et Polygonum. qui cum advenas luctari secum adigerent et excruciarent, ad postremum victi et interempti ab Hercule animum patris perculerunt. quapropter cum taedio praesentium rerum vellet solum vertere, Neptunus illic subter mare specum fecit, per quam in Aegyptum commeasse dicitur. Pallene autem est chersonesus in Thracia, cuius in faucibus Torone est oppidum, ab uxore Protei cognominatum. Emathiae, id est Macedoniae, propterea meminit hoc loco, quia contermina est Thraciae. alii sic: Pallene insula secundum Thermodontem, dicta a Pallene, Sithonis filia: quae nunc Chersonesus vocatur. hanc Proteus quondam, propter Busiridis crudelitatem relicta Aegypto, petiit.*

391. *GRANDAEVVS NEREVS Nereus Ponti et Terrae filius, deus maris. huius et Doridos filiae Nereides.*

392. QVAE SINT QVAE FVERINT Q. M. V. T. Homerus ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

393. ITA NEPTVNO VISVM EST ubi deest ratio, sic loquitur:

---

2 Carpathos insula ... postea] exscr. Luct. Plac. ad Stat. Ach. I 136 || Carpathos ... appellatum est] cf. Isid. or. XIV 6, 24 || 8 equi ... pisces] exscr. Isid. or. XII 6, 9 || 25 Homerus] Il. I 70

---

vel abesse d. a. Carpatho insula *vel* quod vocatum esse d. a. C. i. *possis et* obesse *abicere* || lucillius *V* || carphatium *V* || 1 rodi *V* || *Servianum lemma om. V* || 2 contra] iuxta *V* || 4 protheus *libri* || 5 quod] quia *V* || 6 Pallenen] pallenem *P.* bipedum equorum duos pedes habentium *add. M, delevit m.* hoc ideo dicit quia Proteus ... quapropter taedio praesentium rerum solum vertere coactus Aegyptum petiit *add. Fabr.* || 10 protheus *V* || 11 Toronen *Dorvillius*: coronen *V* || 12 thelogonum *V* thelegonum *v* || poligonum *V. cf. Apollod.* 2, 5, 9, 14 || 15 subter *Broukhusius*: super *V* || 16 Pallene *Vrsinus*: pallea *V* || 17 tracia *V* || corone *V* || prothei *V* || 19 pallenae *V* || 20 Pallene *Masvicius* (*cf. Steph. Byz. s. v. Παλλήνη p.* 497 *Mein.*): pallam *V* Palla *Vrsinus* || cherronesus *V* || 21 hac *Vrsinus* || protheus *V* || relicta Aegypto *Masvicius*: relictam aegyptum *V* relicta Aegyptum *Vrsinus* || 25 *scholium ad v.* 392 *om. V* || OC HΔH TΛTEONTΛTCTE ECCO . M . ATI POTEUNTΛ *A. similia reliquorum librorum testimonia exscribere inutile est* || 27 deest ratio *PM*: dextratio *AH* detractio est *V*

nam ita et in tertio dixit ⟨2⟩ visum superis, cum praemisisset inmeritam.

394. ARMENTA ET TVRPES PHOCAS magnas, ut ⟨III 52⟩ cui turpe caput. phocae sunt boves marini. *et aliter: hic truces, ut cui turpe caput, vel potius enormes.*

396. EXPEDIAT MORBI C. E. Q. S. duo enim ista requiruntur in oraculis, causa mali et remedium.

397. SINE VI NON VLLA D. P. ne eum speraret posse precibus flecti. *PRAECEPTA responsa.*

399. DOLI CIRCVM HAEC DEMVM F. I. circa vincula novissime eius desinent doli, id est formarum varietas: cuius figmenti physicam volunt esse rationem, quia habet homo in se libidinem, stultitiam, ferocitatem, dolum. quae dum in eo vigent, pars illa quae vicina est divinitati, id est prudentia, non apparet: quae tunc potest suas vires tenere, cum fuerint illa religata, id est cum quis caruerit omnibus vitiis. unde sacerdotem hunc dicit tunc posse vaticinari et suscipere divinitatem, cum religata in eo fuerit *ignea* cupiditas, silvestris asperitas, lapsus animi, aquarum mobilitati similis. *FRANGENTVR INANES secundum haec, id est cum se victum viderit. et 'inanes doli' non quia inanes sunt, sed inanes eos facies, si adhibueris vim.*

400. MEDIOS CVM SOL ACCENDERIT AESTVS fere enim numina tunc videntur: Lucanus ⟨III 423⟩ medio cum Phoebus in axe est aut caelum nox atra tenet, tunc ipse sacerdos accessum dominumque timet deprendere luci.

401. *CVM SITIVNT HERBAE quando siccantur.*

---

4 phocae . . . marini] cf. Isid. or. XII 6, 9 ‖ 11 cuius figmenti . . . similis] exscr. mythogr. III 11, 25

---

1 dixit] dum *V* ‖ premisset *A* ‖ 2 inmeritam *V*: *om. APH,* cecidit *M* ‖ 3 ET *om. AHM* ‖ TVRPESQVE *AM* ‖ 4 phocae] Toces *H* ‖ 5 inormes *V, correxit Vrsinus* ‖ 8 PRAECEPTA responsa. NEQVE ILLVM ORANDO ne eum sperare precibus posse flecti *V* ‖ NON *om. A* ‖ NVLLA *AH* ‖ speraret posse *Steph.*: sperare possit *A* sperare posset *PHM* ‖ 10 nouissima *H* ‖ 11 uarietas *AVM*: uarietates *PH* ‖ figmenti *Fabr.*: figmentum *libri.* cuius rei figmentum physicam volunt habere rationem *mythogr.* ‖ 12 quia] namque *V* quae *H* ‖ 13 in eo uigent *P* in euigent *H*: in uno uigent *AM* inuicem uigent *V* ‖ quae uicina est *AM* qua uicina est *V*: qua uicinus est *P* que uicinus est *H* ‖ 14 prudentiae *V* ‖ 15 quis] quiscumque *A* ‖ 16 sacerdotem hunc dicit tunc *VM*: sacerdotem hunc dicit *A* sacerdotem dicit hunc *PH* ‖ 17 divinitatem] uicinitatem *AH* ‖ fuerint *APh* ‖ ignea *edidit Vrsinus l. l., hab. Fabr.* ‖ 18 cupiditas *om. H* ‖ *'silvestris' dicitur 'asperitas', quia ferae, quarum formas Cyrene dicit Proteum sumpturum esse, silvas habitant* ‖ lapsusque *M* ‖ animae *AM* ‖ 19 'circum haec' secundum haec, id est cum quis caruerit omnibus vitiis *Vrsinus* ‖ 23 medios *A* ‖ axa *H* ‖ 24 mox *H* ‖ tunc *APHM*: pauet tunc *V* pavet *Lucanus* ‖ accessus *Lucani exemplaria* ‖ 25 tomet *A* tumet *H* ‖ deprendere *V*: dep̄hendere *AHM* deprehendere *P* ‖ 26 *scholium ad v.* 401 *om. Vrsinus*

402. IN SECRETA SENIS D. fere omnes dii marini senes sunt: albent enim eorum capita spumis aquarum.

403. *SE RECIPIT Proteum dicit.*

405. *TVM VARIAE INLVDENT SPECIES id est facies.*

406. ATRA TIGRIS id est saeva.

411. TANTO NATE MAGIS alii legunt 'tam tu nate magis'.

414. LIQVIDVM AMBROSIAE D. O. unxit eum, quo posset esse videndi numinis capax *et habere licentiam.*

415. *CORPVS PERDVXIT prius 'unxit'.*

417. HABILIS vegetabilis. SPECVS INGENS in singulari numero 'hoc specus', in plurali 'hi specus' dicimus.

418. *EXESI vacui.*

420. DEPRENSIS periclitantibus. *et aliter 'olim' pro 'aliquando'. et 'deprensis' verbum proprie nauticum, cum tempestate occupantur: sic alibi Argolicove mari deprensus.*

421. TEGIT tegere consuevit: nam tunc illic non erat. OBICE obiectione. et melius 'hic obex', quam 'haec obex' dicimus.

422. *HIC IVVENEM Aristaeum.* AVERSVM LVMINE paululum obliquum a lumine. et sciendum, Proteum temporalem suscipere divinitatem; alioquin potuit etiam Aristaeum cum Cyrene scire latitantem.

424. IAM RAPIDVS hic distinguendum propter duo epitheta. SIRIVS autem stella est in ore canis, per quam nimios aestus accipimus. SITIENTES INDOS populos subsolanos. *et aliter: 'Sirius' stella in ore canis. hac oriente maximi calores et ex his graves morbi: ideoque Romae omnibus annis sacrum canarium fit per publicos sacerdotes. 'medium' autem 'orbem' ideo dixit, quoniam in medio mundo*

---

1 fere omnes ... aquarum] exscr. mythogr. III l. l. ‖ 15 alibi] A. V 52 ‖ 19 et sciendum ... latitantem] exscr. mythogr. III l. l.

---

1 di *VM* ‖ 3 protheum *V* ‖ 4 INLVDVNT *V* ‖ 5 saeva] ut *add. V* ‖ 6 tam tu] tantu *A* tantum *reliqui* ‖ 7 D.] DEFVNDIT *V* ‖ possit *AVM* ‖ 8 et habere licentiam *om. Vrsinus* ‖ 9 prius 'unxit'] *voluisse videtur interpres, ante Vergilium perducendi verbo neminem ita usum esse, ut idem esset quod 'ungere'. possis tamen conicere* Vergilius primus pro 'unxit' *vel* proprie (*scil. dicitur*) 'unxit' ‖ 10 HABILIS vegetabilis *om. V* ‖ 11 hoc specu *V, sed cf. Serv. ad Aen.* VII 568 ‖ 12 EXESI vacui *om. Vrsinus* ‖ 13 DEPREHENSIS OLIM quando in uentis periclitantibus *V* ‖ DEPHENSIS *libri* ‖ 14 deprehensis *V* ‖ verbum nauticum est ... deprensus *edidit Fabr.* ‖ 16 ille *A* ‖ 17 obiectionem *M* ‖ haec] hee *A* ‖ 18 HIC ... Aristaeum *om. Vrsinus* ‖ paulolum *A* (*corr. a*) ‖ 19 protheum *libri* ‖ 20 alioqui *P* ‖ potuit etiam Aristaeum cum cyrene scire latitantem *P*: p. e. a. yrascare latitentem *A* p. a. yrenascere l. *B* p. e. a. yrescare l. *H* p. prescire etiam aristheum l. *V* p. e. a. agnoscere l. *M* alioquin rescire potuit etiam sibi vincula iniecturos *mythographus* potuit *vel* potuit etiam A. cognoscere l. *vulgo* ‖ 24 SITIENTES ... subsolanus (*sic*) *post* epitheta *hab. V* ‖ SITIENTIS *P* ‖ subsolanes *H* ‖ syrius *V*

*terra est et in hac omnis aqua, quam sidera in alimentum trahunt, maxime meridiano tempore, quo ardentissimus sol est. et 'hauserat' hic pro 'tenuerat'; ut ibi simul hausit dextera. alii sic: ordo 'torrens Indos Sirius ardebat'; Sirius enim a poetis et pro sole ponitur: ab aliquo eorum canicula intellegitur. *'ardebat caelo' siccabat. 'hauserat' invaserat.**

426. CAVA FLVMINA alta: Lucanus ⟨I 396⟩ deseruere cavo tentoria fixa Lemanno.

433. *VESPER non vesper, sed pastores tempore eius admoniti.*

436. *CVIVS ARISTAEO QVONIAM 'quoniam' pro postquam: Pacuvius quoniam ille interiit, imperium Calefo transmissum est.*

437. VIX DEFESSA S. P. C. M. aviditatem exprimit tenere cupientis, unde eum contra matris praeceptum cito in Proteum fecisse impetum dicit: per quod incontinentes animos hominum docet poeta.

442. *FALLACIA VICTVS legitur et 'pellacia', id est fraus, ut pellacis Vlixi, et Lucretius ⟨II 559⟩ subdola cum ridet penitus pellacia ponti.*

443. HOMINIS ORE humana scilicet voce.

444. NAM QVIS TE IVVENVM C. id est 'quisnam'. hodie enim 'nam' particula postponitur, antea praeponebatur: Terentius in Phormione ⟨V 1, 5⟩ nam quae est haec anus, a fratre agressa meo? *et aliter: ordo 'quisnam'. 'confidentissime' pro audacissime: confidentiam enim veteres pro inpudenti audacia dicebant, ut Terentius o ingentem confidentiam.*

446. PROTEV vocatius graecus *est*, ut 'Orpheu'. FALLERE CVIQVAM alii 'quicquam' legunt. hoc autem dicit: cum omnia noveris, desine adventus mei causam velle cognoscere.

447. DEVM PRAECEPTA propter matrem † hoc nomen.

449. *VI DENIQVE MVLTA hoc loco suscipit numen.*

---

2 et hauserat ... tenuerat] cf. Non. p. 319, 30 ‖ 10 Pacuvius] v. 392 p. 129 Ribb. ‖ 16 pellacis] A. II 90 ‖ 23 confidentissime ... dicebant] cf. Non. p. 262, 8; Isid. diff. verb. 217 ‖ 24 Terentius] Andr. V 3, 5. cf. Don. ad h. v.

---

3 simul ... dextera] *fortasse obversabatur interpretis animo A.* XII 26 *'simul hoc animo hauri'* ‖ 4 syrius *et hic et infra V* ‖ 5 ardebat ... invaserat *post* admoniti (*lin.* 9) *hab. V* ‖ 7 FLVMINIS *A*. FLVMINAS *H* ‖ 8 lemannuo *A* ‖ 11 Cefalo *Ribbeck* ‖ 13 maris *A* ‖ cito *om. H* ‖ protheum *libri* ‖ 14 p d continentes *M* (*corr. m*) ‖ 17 penitus] placidi *Lucretius* ‖ 20 IVVENEM *A* ‖ 26 PROTHEV *libri* ‖ 27 CVIQVAM] QVISQVAM *V* ‖ 28 cognoscere] fallere *V* ‖ 29 hoc nomen *ABPH* hoc dicit *V* hoc nomen posuit *M*. *possis suspicari* propter matris honorem *vel* propter matrem honorifice 'deum'. *sed veri videtur similius, ea quae in Vaticano sunt* hoc dicit ... suscipit numen *omnia Serviana esse: ut librarii alicuius oculi a* dicit *ad* suscipit *aberraverint,* numen *postea in* nomen *corruptum sit*

451. GRAVITER FRENDENS cum ingenti tumultu; *grandem sonitum dentibus reddens. et aliter:* (*'fatis'*) *hoc est ad fata proferenda.*

452. NON TE NVLLIVS id est non humilis, magni. *bene dixit 'non te nullius': haec enim numina non humiles sunt, sed magni. et significat Tisiphonen, id est mortis ultricem: nam ideo Tisiphone dicta est, quasi* [*ulturae*] *mortis ultio, quae dicitur graece τίσις φόνου. et aliter: Asper 'non nullius', inquit, id est non levis numinis; significat autem nympharum* (*iram*), *non, ut quidam volunt, Orphei manium.*

453. *MAGNA LVIS id est magnum scelus. et aliter:* MAGNA LVIS COMMISSA TIBI id est magnorum scelerum est ista persolutio. et alii ita distingunt, ut sit 'a te commissa'; alii 'tibi has miserabilis Orpheus'. non humile autem numen dicit Tisiphonen, id est mortis ultricem: nam ideo Tisiphone dicta est, quasi cui cura est τίσις φόνου, id est mortis ultio.

454. HAVDQVAQVAM OB MERITVM P. id est non tales quales mereris: nam eius uxoris causa mortis fuisti. inferret autem digna supplicia, nisi fata prohiberent: quibus faventibus ira numinum minora infert, licet maiora non possit.

457. MORITVRA PVELLA merito non vidit, quippe moritura, *serpentem.*

458. SERVANTEM RIPAS tenentem, ut tantas servabat filia sedes. *et aliter: 'servantem' hic obtinentem.*

459. AT CHORVS AEQVALIS DRYADVM ergo et Eurydice dryas. et bono conpendio eius praetermisit interitum. SVPREMOS MONTES *hic 'supremos' longe positos implerunt. et 'supremos montes' bene dixit* summos, ut pro supreme Iuppiter. Rhodope mons Thraciae, sicut Pangaea.

---

21 tantas] A. VII 52 ‖ 24 Supremos ... summos] cf. Non. p. 388, 5 ‖ 26 pro supreme] Ter. Adelph. II 1, 42

---

1 GRAVITER FRENDENS *om. M* ‖ cum ingenti tumultu *om. V* ‖ 2 fatis *addidi* ‖ ad fata *Masvicius*: affata *V* ‖ 3 non humilis, magni *om. V* ‖ humilis] ullius *in rasura p* ‖ magni] *om. P,* sed magni *M* ‖ 4 haec enim numina non humilis sunt sed magni *Vrsinus* haec enim numinis non humilis sunt sed magni *Masvicius. sed 'humiles' et 'magni' videtur dixisse interpres, quasi 'hi dei', non 'haec numina' praecederet* ‖ 5 tisiphonem *V* ‖ 6 ulturae *aut secludendum, aut* ultimae *scribendum esse censet Broukhusius* ‖ *τίσις φόνου ego*: tisia phonos *V* *τισιφόνος Vrsinus Τισιφόνη Masvicius* ‖ 7 non ullius inquid *V* ‖ 8 iram *addidi* ‖ 9 et aliter commissa quidem magnorum scelerum *e. q. s. V* ‖ LVIS *P*: LVES *AHM* ‖ 11 *fortasse* ut sit 'commissa tibi', id est a te commissa ‖ 12 tisifonem *libri* ‖ TICIA ΦONOY *APH* ICIA ΦONOY *V* TICIA ΦYNOC *M. cf. adnot. crit. ad Aen.* IV 609 ‖ 15 HAVDQVANQVAM *BH* ‖ id est *om. M* ‖ 16 uxoris *ABVH*: uxori *PM* ‖ inferet *A* ‖ 17 prohiberet *M* ‖ 18 licet ... non possit] *expectatur* cum maiora n. p. *vel* quoniam maiora non licet ‖ maiore *M* ‖ 19 quippe moritura *om. P, supr. vers. add. p* ‖ 22 optinentem *V* ‖ 23 uridice *P* euridicen *V* ‖ diyas *A* driadis *V* ‖ 26 RODOPE *A.* Rhodopeiae arces altaque Pangaea *praescribuntur vulgo* ‖ 27 panchea *libri*

461. RHESI MAVORTIA TELLVS quam postea Rhesus tenuit. et est prolepsis ex persona poetae: quo enim tempore Orpheus fuit, Rhesus necdum regnabat in Thracia. *et aliter: 'Pangaea' Thraciae montes. Rhesus dux Thracum. et est prolepsis, quia Orpheus Rheso antiquior est. idcirco autem Thracia 'Mavortia tellus' dicitur, quia in divisione terrae Marti cessit.*

462. *ATQVE GETAE Gothi.* HEBRVS fluvius Thraciae gelidissimus. ACTIAS ORITHYIA Atheniensis nympha, quam Boreas in suum matrimonium rapuit. *et aliter: 'Orithyia', Erechthei et Praxitheae filia, ab Aquilone in Thraciam rapta, Zetum et Calain filios edidit. 'Actias' autem ideo dicta, quod Atheniensis fuit. quidam volunt 'Αττικὴν primo vocitatam 'Ακτικὴν, quia sit litoralis.*

463. CAVA TESTVDINE periphrasis citharae, cuius usus repertus est hoc modo: cum regrediens Nilus in suos meatus varia in terris reliquisset animalia, relicta etiam testudo est. quae cum putrefacta esset et nervi eius remansissent extenti intra corium, percussa a Mercurio sonitum dedit. ex cuius imitatione cithara est composita. AEGRVM AMOREM maestum, deceptum.

464. SOLO IN LITORE deserto, in quo sine uxore morabatur.

466. TAENARIAS ETIAM FAVCES Taenarus Laconicae promuntorium est circa finem Maleae, ubi inferorum dicitur esse descensus. *et aliter: in Taenaro enim, promuntorio Laconicae, demonstratur alta quaedam vorago, per quam emersisse Herculès ab inferis dicitur, cum duceret Cerberum.*

468. MANESQVE ADIIT REGEMQ. T. haec omnia ad laudem pertinent citharae, qua fretus ista superavit.

469. NESCIAQVE HVMANIS P. M. C. ad exitum futurae rei respexit, non ad principium: nam primo meruit Eurydicen.

---

13 cuius usus ... cithara est composita] exscr. Isid. or. III 21, 8 ‖ 20 Taenarus ... descensus] cf. Luct. Plac. ad Stat. Theb. I 96

---

1 RESI *A* RHESSI *PH, ut et infra bis* rhessus *P* ‖ rhesustinuit *A* ‖ 2 prolempsis *AM* prolemsis *PH.* id est praeoccupatio *supr. vers. m* ‖ 3 pancheia trachiae *V* ‖ 4 prolempsis *V* ‖ reso *V* ‖ 5 trachia *V* ‖ diitur *V, in quo post hanc vocem* resus dux thracum *iterantur* ‖ 7 ATQVE ... Gothi *om. Vrsinus* ‖ 8 ACTIA *V* ‖ 9 suum *om. V* ‖ orithia *V* ‖ erecphei *V* ‖ Praxitheae *Masvicius*: praxiotelis *V. cf. Apollod.* 3, 15, 1, 2 ‖ 10 in trachiam raptam *V* ‖ Zethum *Vrsinus. cf. Serv. ad Aen* III 209; X 350 ‖ 11 actia *V* ‖ 12 atticen *V* ‖ 'Ακτικὴν *ego* (*cf. Bursian Geogr. von Griechenl.* I *p.* 251 *adnot.* 2): acthiacen *V* Actiacen *Vrsinus* Acten *Broukhusius* ‖ 13 *ante* CAVA T. *quod Fabricius edidit* IPSE id est Orpheus *unus hab. M* ‖ citharae *PV*: uaerae *A* chatariae *H* chytarae *M* ‖ 15 etiam] etenim *V* ‖ 16 et *om. A* ‖ intro *A* ‖ 20 promuntorium *Phm*: promontorium *A* promunctorium *V* promantorium *H* promutorium *M* ‖ 21 Maleae *VM*: mala eii *A* melaei *P* malaeu *H. fortasse* Malei. *cf. Plin. n. h.* IV § 16 ‖ discensus *A* ‖ 22 promunctorio *V*

470. EREBI DE SEDIBVS IMIS de interioribus tenebris inferorum.

478. (*COCYTI*) *Cocytus fluvius inferorum. et aliter: Cocytus amnis apud inferos, ex Styge profluens, ἀπὸ τοῦ κωκύειν, quod est gemere et flere.*

479. *STYX palus apud inferos.*

481. INPLEXAE involutae, inplicitae, *ἐμπεπλεγμέναι.*

482. *EVMENIDES TENVITQVE id est tacuit.*

483. VENTO ROTA CONSTITIT deest 'cum'. et hoc dicit: cum vento suo rota constitit, id est cum causa volubilitatis quievit. *et aliter: 'vento' pro adventu significat, ut sit septimus càsus: aut 'ventu' verbum gerundi est — nam intellegi debet adventu —: fit enim gerundi sic 'ventum ventu': ipse alibi et pacem Troiano ab rege petendum. quidam sic: 'vento' audiendum 'consistente', ut est illud cum placidum ventis staret mare.*

487. INCAVTVM AMANTEM epitheton amantis est.

488. IGNOSCENDA QVIDEM S. S. I. M. participium sine verbi origine: non enim facit 'ignoscor', sicut nec 'triumphor', 'regnor'. *et aliter: 'ignoscenda' participium passivum sine substantia verbi: Terentius culpam conmeritam non ego, sed ea quae sit ignoscenda.*

489. EVRYDICENQVE SVAM IAM alii legunt 'iam luce sub ipsa'.

490. VICTVSQVE ANIMI sic hoc dixit, ut o praestans animi iuvenis. RESPEXIT id est commisit in legem *sibi datam.*

492. TERQVE FRAGOR AVDITVS AVERNI quasi exultarent umbrae reditu Eurydices: Lucanus in Orpheo dicit factum strepitum redeunte Eurydice ob hoc, quia gaudent a luce relictam Eurydicen, iterum sperantes Orphea manes.

---

7 Tenuit tacuit] cf. Non. p. 412, 7 ‖ 12 alibi] A. XI 230 ‖ 13 cum placidum] buc. II 26 ‖ 18 Terentius] Phormio V 9, 25 'culpam meritum non nego, sed ea quin sit ignoscenda' ‖ 22 o praestans] A. XII 19

---

3 stige *V* ‖ apo tu cocyn *V* ‖ 6 IMPEXAE *V* ‖ *ἐμπεπλεγμέναι*] ENΠΛEMENE *A* enneimene *P* ENΠΛEIMENE *H*, *om.* *VM* ‖ 10 ventu] vento *Vrsinus* ‖ 11 verbum gerundi est] *cf. Prisc.* VIII 44 (I *p.* 409, 5 *sqq. H.*) ‖ 12 Romano *Vrsinus* ‖ 13 consistente *ego*: consistentem *V* ‖ 17 nec *inter* triumphor *et* regnor *supr. vers. add. v* ‖ 18 et aliter ... ignoscenda *om. Vrsinus, e Guelferb. I edidit Lion* ‖ 21 EVRIDICEMQVE *PHM* ‖ sua *inter* iam *et* luce *supr. vers. add. v* ‖ 22 hoc] hoc loco *vulgo* ‖ 23 iuvenis *om. APH* ‖ sibi datam *ediderunt Vrsinus l. l. et Fabr.* ‖ *ad v.* 491 IBI OMNIS EFFVSVS LABOR id est finitus (functus *Steph.*) et frustratur (frustratus *m et Steph.*). TIRANNI plutonis *hab. M, edidit Steph., om. Fabr.* ‖ 24 AVERNI *ABPH*: AVERNIS *V* ‖ exaltarent *A* (*corr. a*) ‖ 25 reditu *V*: reditum *ABPH* redditam Eurydicen *Masvicius* ‖ euridices *H* curidices *B* erydicis *P* eurydicis *V* eurydicen *A* ‖ in orpheum *V* ‖ 26 relictam] reductam *coni. Burmannus* ‖ Eurydicen] quis tantus furor (*v.* 494) *add.* *V* ‖ 27 sperantes *BPV*: peranthes *Ah* perantes *H*

494. ITERVM CRVDELIA RETRO FATA VOCANT Ovidius bis rapitur vixitque *tibi* semel.

495. NATANTIA LVMINA in mortem reducta.

497. INVALIDAS PALMAS in umbrae tenuitatem redactas. HEV NON TVA quia supra dixit ⟨489⟩ Eurydicenque suam iam.

499. FVGIT DIVERSA *id est* per diversa.

501. PRAETEREA postea, ut et quisquam numen Iunonis adoret praeterea? *et aliter: 'praeterea' ultra.*

502. AMPLIVS OBIECTAM P. T. P. mysticum est: dicitur enim bis eandem umbram evocari non licere.

506. EX ORDINE sine intermissione.

507. DESERTI asperi, inculti. Strymon autem fluvius est Thraciae, circa quem ad extinguendum amoris morabatur calorem. *et aliter:* (*AERIA*) *quae sit vicina astris. Strymon autem amnis est finiens Thraciam, sed hic pro Hebro positus.*

508. HAEC talia qualia ipse commemorat.

510. PHILOMELA pro quavis ave: nam species est pro genere. *et aliter: luscinia.*

513. FLET NOCTEM iugi nocte, continua. 'flet' ὀδύρεται.

514. *INTEGRAT renovat.*

516. TANAINQVE NIVALEM fluvium Scythiae. *et aliter: Tanais fluvius, qui dividit Asiam ab Europa. est autem Scythiae.*

517. NVMQVAM VIDVATA PRVINIS semper nivibus plena.

519. CICONVM QVO MVNERE MATRES nuptiali scilicet. Cicones autem Thraces mulieres sunt, quae ab Orpheo spretae carpsere eum per Liberi sacra simulata. *et aliter: Cicones, gens Thraciae, a Cicone, Apollinis filio, dicti. Orpheus autem quoniam post mortem Eurydices omnes feminas fastidiit, translato in pueros amore, discerptus*

---

7 et quisquam] A. I 48 ‖ 19 iugi nocte, continua] cf. Arus. Mess. VII p. 474, 14 K. ‖ 20 Integrat renovat] cf. Non. p. 126, 32; Don. ad Ter. Andr. IV 2, 5; Luct. Plac. ad Stat. Theb. V 30

---

1 CREDVLIA *A* ‖ Ovidius] *Heinsius cum verba a Servio laudata in Ovidii carminibus non invenisset,* unde idem *scribendum et ex Lucani carmine illa deprompta esse coniecit* ‖ 4 in umbrae . . . TVA *om. V* ‖ 8 adorat *P* ‖ 10 evocari] me uocare *B* ‖ 13 quem] quaē *A* ‖ ad *om. ABH* ‖ 14 strimon *V* ‖ 15 trachiam *V* ‖ 16 commerat *A* commouerat *V* (*sed* oue *in rasura*) ‖ *ad v.* 509 AGENTEM CARMINE QVERCVS id est moventem *edidit Steph., non hab. Fabr.* ‖ 17 pro quavis ave *BV*: pro queuis auis (*ex* anis) *A* pro quaeuis auis *P* pro quaeius auis *H* ‖ 19 iugiter *V* ‖ noctem *A* ‖ flet ὀδύρεται *scripsi*: fleto dipete *A* fleto dypete *B* flety dypete *P* flete dypete *H* flet (*omisso* dypete) *V* continuo fletu *vulgo* ‖ 22 scithiae *V* ‖ 24 NVMERE *P* ‖ 25 carpserunt *B* discerpsere *vulgo* ‖ 26 eum *om. ABH* ‖ 27 dicti *ego*: dicte *V* dicta *Vrsinus* ‖ mortem] obitum *Vrsinus* ‖ 28 euridicis *V* ‖ pueris *V, corr. Vrsinus*

est. Asper 'quo munere' ob quam rem vult accipi. potest et 'spretae quo munere' id est matrimonii.

520. *NOCTVRNIQVE ORGIA quia sacra eius nocte celebrantur: ex quo Nyctelius est cognominatus. 'nocturnique orgia' pro 'nocturna orgia', ut udae vocis iter.*

522. *CAPVT A CERVICE REVVLSVM constat caput Orphei in Hebrum proiectum et fluctus in Lesbum insulam detulisse. Hebrus autem fluvius in Thracia est, qui ex fontibus Rhodopae montis prolabitur, dictus ab Hebro, Boreae fratre: quem nunc Oeagrium dicit ab Oeagro, rege Thraciae, Orphei patre. et aliter:* MARMOREA CAPVT A CERVICE REVVLSVM id est pulchra. sane alludit ad id quod dicit Ovidius, quia cum caput eius delatum ad ripam *serpens* mordere voluisset, est conversus in lapidem.

523. OEAGRIVS HEBRVS Oeagrus fluvius est, pater Orphei, de quo Hebrus nascitur, unde eum appellavit Oeagrium.

529. AT NON CYRENE deest 'territa est', quod ex sequentibus datur intellegi. *et aliter: discessit.*

534. PETENS PACEM beneficium, benivolentiam. FACILES NAPAEAS exorabiles nymphas, ad ignoscendum paratas. sane sciendum, easdem esse napaeas, quae et dryades sunt: nam supra ait ⟨459⟩ at chorus aequalis dryadum. *et aliter: 'napaeas' nemorum nymphas: νάπας enim Graeci dicunt nemora. et 'faciles' hic pro placabiles.*

539. INTACTA CERVICE indomitas. et dicit (ita) animalium sacrificium esse faciendum, ut tantum occidantur hostiae.

540. *AD DELVBRA DEARVM ad templa.*

541. *DEMITTE CRVOREM 'sacrifica' modo.*

544. *INFERIAS ORPHEI ut irarum obliviscatur.* ORPHEI dativus est graecus. LETHAEA PAPAVERA agrestia.

---

5 udae] A. VII 533 ‖ 11 Ovidius] metam. XI 56 sqq. ‖ 24 Intacta cervice indomitas] cf. Macrob. Sat. III 5, 5

---

3 NOCTVRNAQVE *V* ‖ 4 nictelius *V* ‖ nocturnique . . . iter *om. Vrsinus* ‖ 6 constat . . . patre dicunt *edidit Fabr.* ‖ 8 trachia *V* ‖ rodope *V* Rhodopes *Vrsinus* ‖ manans perlabitur *idem* ‖ 9 yagrium *et* yagro *V* ‖ quem Oeagrium ab Oeagro patre dicunt *Fabr.* ‖ 10 trachiae *V* ‖ 15 *ad v.* 527 HAEC PROTEVS subaudi dixit *ediderunt Steph. et Fabr.* ‖ 17 et aliter: discessit *om. Vrsinus* ‖ 18 PACE PETENS *A* ‖ 21 at *om. ABPH* ‖ 22 napas *V* ‖ 24 indomitas *ABH*: indomita *PV* ‖ ita *add. Fabr.* ‖ 25 ut non tantum o. h. sed caedantur *Fabr.* ‖ hostiae *V et impressa exemplaria*: orosthiae *A* OROſthiaſ *B* orostiae *P* oroschiae *H* aroschiae *R Burmanni. recepi Vaticani scripturam, quamquam non dubito, quin in 'ut tantum occidantur'* (*scil. animalia*) *verbis desinat ad v.* 539 *scholium, ea autem quae sub corruptis Servianorum librorum testimoniis lateant ad v.* 540 *referenda sint. scripsit fortasse Servius* ARAS *θυτήρια: quod adnotasse videtur, quia victimis aras constitui paulo insolentius dixit hoc loco Vergilius: alibi enim dis aras statui dicit. cf. buc.* I 7; V 65 *sq.* ‖ 28 ORFI *A*

546. PLACATAM EVRYDICEN V. V. C. hypallage pro 'veneratam placabis'. *et* (*aliter:*) *'placatam'. placabilem.*

547. FACESSIT facit: frequentativum est pro principali: aut certe ideo 'facessit', quia plures hostias immolavit.

553. SVBITVM AC DICTV MIRABILE MONSTRVM res enim haec ex inproviso venit, ut apes ex bubus erumperent, quia praecepta Cyrenes tantum ad placandum numina pertinebant. notandum sane, quia ex hoc eventu illa ars inventa est, quam supra memoravit, et melior facta per industriam.

555. STRIDERE APES VTERO ET R. E. C. haec verba et secundae sunt coniugationis et tertiae, nunc tamen tertiae.

557. VVAM DEMITTERE RAMIS in morem uvae, id est botryonis, defluere: quod Graeci *βοτρυδὸν* dicunt.

558. HAEC SVPER ARVORVM CVLTV primum librum per hoc significat; per pecora autem tertium et quartum, quia et apes pecora sunt; per arbores secundum. et hoc dicit: haec ego, id est georgica, scripsi, dum Caesar in oriente pugnaret.

560. EVPHRATEN orientis fluvium. FVLMINAT fortiter facit. *et aliter: Euphrates flumen, quod dividit Mesopotamiam a Syria et Cappadocia,* VICTORQVE VOLENTIS PER POPVLOS D. I. unum virtutis est, aliud iustitiae: nam vincere virtutis est; *non invitis vero, sed* volentibus imperare iustitiae.

561. VIAMQVE AFFECTAT OLYMPO praeparat sibi divinos honores. *et aliter: 'affectat' pro 'intendit', ut apud Plautum ut me deponas vino, eam affectas viam et apud Terentium nam disciplina est isdem munerarier ancillas, qui ad dominas affectant viam.*

563. *PARTHENOPE Lutatius libro IV. dicit, Cumanos incolas a parentibus digressos Parthenopen urbem constituisse, dictam a Parthenope*

---

24 apud Plautum] Aulul. III 6, 39 ‖ 25 apud Terentium] Heautontim. II 3, 59 ‖ 28 Lutatius] p. 193, 3 sqq. Peter.

---

2 placabis] placabilis *AB* ‖ et ... placabilem *om. Vrsinus* ‖ aliter *addidi* ‖ 3 FACESCIT *et infra* facescit *P* ‖ frentatiuum *A* ‖ 4 ostias *A* ‖ 6 quia *BPH*: quam *A* nam *V* ‖ 7 plicandum *P* ‖ 11 tamen] tantum *exemplaria praeter Lionianum* ‖ 12 DIMITTERE *APH* ‖ botryones *A* botrionis *BPV* botyones *H* ‖ 13 botpyanon *A* botpyaon *BPH* botrion *V* ‖ 14 primum ... significat] per arvorum cultum primum librum significat *Fabr.* ‖ 15 per pecora ... pugnaret] Pecorumque canebam tertium. et super arboribus. Caesar dum magnus ad altum. quartum quia et apes pecora sunt. praeter arbores et haec dicit haec ego id est georgica scripsi. dum caesar in oriente pugnaret. Fulminat eufrates. fortiter facit *V* ‖ 18 EVPHRATES *et* fluuius *V* ‖ 21 aliud] alterum *Fabr.* ‖ iustitiae uero non inuitis sed uolentibus imperare *V* (*edidit Vrsinus l. l.*) uolentibus imperare iustitiae *Serviani libri* ‖ 23 ADFECTAT *AH* ‖ 25 deponat *et* affectat *Plautus* ‖ 29 condidisse *Vrsinus*

sirena, cuius corpus etiam (*illic sepultum sit.*) *postquam ob locorum ubertatem amoenitatemque magis coepta sit frequentari, veritos* (*Cumanos*), *ne Cumae omnino desererentur, inisse consilium Parthenopen diruendi. postea tamen pestilentia affectos ex responso oraculi urbem restituisse sacraque Parthenopes cum magna religione suscepisse, nomen autem Neapoli ob recentem institutionem imposuisse.* PARTHENOPE id est Neapolis, quae primo ex corpore unius sirenis illic *sepultae* Parthenope est appellata. STVDIIS FLORENTEM IGNOBILIS OTI id est artis poeticae, quam otium ignobile appellavit, nequid de se videretur arrogans dicere.

564. CARMINA QVI LVSI PASTORVM qui etiam bucolica scripsi, audax aetate iuvenili: nam, ut diximus supra, viginti octo annorum *bucolica scripsit.* et bene breviter a se scriptarum rerum exsecutus est titulum. *et aliter: quidam 'audax' propterea dictum volunt, quod in duabus eclogis, quae sunt in bucolicis, occulte invectus sit in Augustum propter agros. et 'carmina lusi' figurate. 'Tityre te patulae cecini sub t. f.' primum librum praeter hunc significat.*

12 supra] praef. bucol. p. 3, 26

1 syrena *V* ‖ illic sepultum sit *addidi,* nunc tumulo conditum Neapoli viseretur *Roth rel. hist. Rom. p.* 333 ‖ 2 coepta *V*: coeptum *v, rec. Vrsinus* ‖ Cumanos *add. Cluverius Ital. ant. tom.* II *p.* 1148 ‖ 3 ne Cumae omnino desererentur *scripsi*: ne cymaeam desererent *V* ne Cumam incolae desererent *Cluverius l. l.* ‖ 4 postea tamen] post etiam *V* postea autem *Cluverius* post tamen *Reifferscheid Suet. rel. p.* 350 ‖ 5 parthenopis *V* ‖ 6 restitutionem *Vrsinus* ‖ 7 quae a primo *A* ‖ sirenis *V*: syrenes *B* sineres *APH* ‖ illic *V*: illi *ABPH* ‖ sepultae *Servii esse videtur et librarii errore omissum. cf. Isid. or.* XV 1, 60 ‖ 8 S. F. *AH* ‖ OTI *P*: OTII *AH* OCII *B* OCI *V* ‖ 9 quam] quod *V* ‖ 10 adrogans *A* ‖ 11 LVSIT *H* ‖ PASTOR *A* ‖ scripsit *B* ‖ 12 iuuenili *AB*: iuuenali *PVH* ‖ 13 scripturarum *V* ‖ 15 eglogis *V* ‖ 16 Tityre ... significat *om. Vrsinus* ‖ 17 preter hunc *V* propter hunc *Guelferb. I.* '*praeter hunc*' *i. e. praeter hunc georgicon librum. sed fortasse* per hunc versum ‖ FINIT ·IIII· LIB. GEORGICOR̄ *B* EXPLICIT LIBER QVARTVS *H.*